UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118340

urn:nbn:de:hbz:466:1-66444

Visual Library

Th. 5178.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CLAUDII FLEURII
ABBATIS
HISTORIA ECCLESIASTICA
A QUODAM ANONYMO CONTINUATA,
ATQUE A
R. P. ALEXANDRO
A S. JOANNE DE CRUCE CARMELITA EXCALCEATO
PROVINCIÆ BAVARICÆ, OLIM S. THEOLOGIÆ
AC SS. CANONUM LECTORE
LATINE REDDITA, NOTISQUE CASTIGATA.

CONTINUATORIS
TOMUS SEXTUS,
SEU IN ORDINE
TOMUS XXX.
Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494.

Collegii S. J. Paderb. 1769



AUGUSTÆ VINDELICORUM & OENIPONTI
IMPENSIS JOSEPHI WOLFF. MDCCLXVIII.
Cum Privilegio Sacræ Cæsareæ Majestatis.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

PRÆFATIO.

Cum uberrima sit Historiæ Ecclesiasticæ utilitas, atque ex assidua illius lectione, prudentique studio in orbem literarium plurima redundent commoda, tum illud, meo quidem judicio, haud ultimum debet duci, quod exinde providam fidei conservandæ sollicitudinem nanciscamur, atque ætatis præteritæ magisterio edocti, amittendæ Religionis Christianæ pericula prævertere discamus, vel, ut paucis dicam, ex

alieno damno ſapiamus. Eapropter præcipua Hiſtorici Eccleſiaſtici dos eſt, ut integra fide non modo ea referat, quæ Eccleſiæ incrementa reſpiciunt, Sacerdotii ſanctitatem ac profanæ quoque Reipublicæ prudentiam, pietatemque commendant, ſed etiam vitia, quibus variæ conditionis homines olim ſcatebant, minime reticeat, ſimulque enarret molimina, quibus impii Eccleſiam illa ætate divexabant, diris ſchiſmatibus proſcindebant, ac fidem ex proborum cordibus non raro perverſis ſuis opinionibus velut ex inſidiis eripere conabantur.

Ejusmodi rerum memoriam, atque exempla tanquam in perpetuo vitæ humanæ ſpeculo poſteris exhibet præſens Eccleſiæ hiſtoria, eo fine, ut turpe ab honeſto, pium ab impio & verum a falſo diſcernamus, nosque, qui noviſſima hæcce tempora vivimus, piis Majorum noſtrorum geſtis ad æqualem, melioremque virtutum frugem atque amorem accendamur, vel flagitiorum memoria, funeſtisque eventibus, atque aliorum pœnis, quæ ferme ſemper preſſo

pede

pede vitia insequuntur, a noxiis deterreamur, atque alieno periculo cauti fiamus. Hinc merito Historia appellatur *continua vitæ humanæ Magistra*; hæc enim omnis generis exempla velut humanæ vitæ præcepta tradit, ut ea ad usum nostrum traducamus, mortuosque in consilium vocemus, eorumque monitis mores emendemus, virtutes colamus, & vitia detestemur.

Enimvero non raro præterita sæcula redire videntur; sicut enim in profanis cernimus, quod persæpe novitatis amor, perinde acsi nova inveniendi ars, atque facultas exhausta esset, ad veterum temporum rationem revertatur, eumque agendi, vestiendi, scribendi &c. morem revocet, qui jam pridem velut obsoletus, atque incultam antiquitatem redolens vilescebat; ita etiam in Christiana Republica quandoque evenire videmus, ubi noviſſimis temporibus eæ opiniones, ac sententiæ approbantur, & summopere commendantur, quæ dudum a Majoribus nostris communi suffragio fuere damnatæ, ex adverso autem ea vituperantur, quæ tota retro antiquitas,

omnesque Viri doctrina æque ac pietate conſpicui tanquam ſecura vitæ Chriſtianæ præcepta ac Regulas præſcripſerunt. Quid ergo utilius juxta ac jucundius, quam ex hiſtoriæ lectione velut retrogrado aſpectu præſentis temporis fata in præteritis ſæculis inſpicere, atque in illis emolumenta vel damna, quæ tum ex ejusmodi geſtis ſequebantur, ponderare? Quid magis ſalubre eſſe poterit, quam caſus & eventus, quos nunc timemus, jam priori ætate velut in antiqua imagine depictos cernere, malaque, quæ nunc ex Religionis contemptu, nunc ex perverſis quorumdam opinionibus orta fuere, ex præteritorum calamitatibus præſentire, ac denique periculis, quæ ex ejusmodi ſceleribus tam fidei, quam morum integritati in maximum profanæ etiam Reipublicæ damnum impendent, præſagire, iisque provida cautella obviare.

Eo fine adeo accurate Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ Scriptores recenſent exorta in Eccleſiis ſchiſmata, & hæreſum auſpicia, progreſſus, atque exitus, ſtructasque aliorum inſidias & falſa perverſorum

ſorum dogmata, fraudes, necnon impias eorum ſimulationes detegunt, ut, ſi forte noviſſimis temporibus rurſum exurgerent ii, qui Eccleſiam ſcindere, pietatem ſub falſis prætextibus a fidelium cordibus eliminare, ac perverſas doctrinas ſpargere molirentur, eo facilius ac promptius illi, quibus ad id a Deo data eſt poteſtas, atque auctoritas, ejusmodi malis occurrere, unionem fidelium cum ſuo ſupremo capite, perfectamque inter ipſa membra conjunctionem conſervare, atque impiorum licentiam coercere valeant: Subditi vero ſibi ab ejusmodi corruptoribus cavere poſſint, cum illos ſuis fraudibus ac lenociniis nonniſi in animarum exitium, ac fidei jacturam conſpirare jam ex priorum ſæculorum caſibus, fatisque didicerint.

Providæ hujus eruditionis exempla prorſus inſignia nobis ſuppeditant geſta, quæ in tomo XXIX, ac XXX. continuatæ Fleurii Hiſtoria enarrantur. Prior nobis præcipue exhibet diuturni juxta ac pernicioſiſſimi ſchiſmatis Occidentalis exitum; præſens vero varios Doctorum errores, tumultus in Eccle-

sia suscitatos, ac denique nominatissimi Hæresiarchæ Lutheri ortum. Utrinque nobis panditur ampla lætandi simulque plangendi materia, necnon crebra ac salutaria traduntur præcepta, juxta quæ nostris temporibus mala nobis impendentia prævertere, atque ad priora sæcula retroflectentes impiorum technas eludere edocemur. Equidem æternæ Mentis consilio ac cœlesti dispensatione actum legimus, ut extincto schismate pax ac concordia Ecclesiæ redderetur, nec sine speciali immortalis Dei nutu, atque imperio paulopost abrogabatur Sanctio Pragmatica, quæ velutî inveterati schismatis surculus adhucdum Sedis Apostolicæ auctoritatem opprimere videbatur. Insuper etiam eodem ferme tempore, quo ad plectendam Græcorum schismaticorum perfidiam Turcicæ impietatis potentia in Græciæ imperio longe lateque diffundebatur, Dei providentia Mahometicæ superstitionis Reliquias ex toto Hispaniæ Regno eliminavit, ac nonnullas antehac ignotas Africæ gentes, pluresque Indiæ populos Evangelica luce collustravit, novumque

vumque Orbem, cujus nequidem tenuem atque obſcuram famam ampliſſima Aſſyriorum, Græcorum, & Romanorum potentia vel unquam aſſecuta eſt, aperuit, ut in eo Chriſti Gloria, fidei veritas, ac ſummi Pontificis auctoritas extincto dæmonum imperio, proſtratisque idolis effloreſceret. Amplum ſane hoc erat lætandi ſimulque diſcendi argumentum; exinde enim luculento comprobatur teſtimonio, quam vere Sanctus Auguſtinus fuerit effatus, *felices eſſe Principes, qui ſuam poteſtatem ad Dei cultum dilatandum Majeſtati ejus famulam faciunt.*

Attamen non usque adeo perverſæ Latini ſchiſmatis radices fuerunt evulſæ, quin non identidem cum ſummo Eccleſiæ luctu ex illis nova impietatis ſemina pullularent; ſicut enim annoſa arbor, licet ſecuri ferme ad radicem poſita abſcindatur, tractu tamen temporis ex latentibus quibusdam radicibus latius diffuſis arbuſta, atque aggreſtes plantas progerminat, quæ paulatim excreſcentes aliis arboribus ſuccum eripiunt, ramisque ſuis umbram & tenebras ubique

diffundunt, ita etiam ex Occidentalis ſchiſmatis quantumvis extincti reliquiis adhucdum noxia ſuccrevere ſemina, quæ ſenſim tam altas egerunt radices, ut etiam ad publicam hæreſin late diffuſam excreſcerent, totusque obſtupeſceret orbis, quod parva læſæ unionis ſcintilla incautius ſub cineribus latere permiſſa, tam magnum faciat incendium.

Poſtquam enim Baſileenſes quorumdam Principum auxilio ſuffulti, non modo ſummum Pontificem eorum conciliabulo in quibusdam eventibus ſubjicere, ſed etiam eundem exauctorare, atque avita Sedis Apoſtolicæ jura decretis omnino iniquis imminuere, atque auſu temerario evertere præſumpſerant, ea res, quamvis antehac nunquam audita, tantam tamen in poſteris mali exempli vim obtinuit, ut revocata etiam Eccleſiæ pace, agnitaque ſuprema primi Capitis auctoritate, necnon ſæpius abrogatis Baſileenſium decretis, nihilominus poſtea diverſis temporibus quidam invenirentur, qui variis modis, ac prætextibus in ſummos Pontifices, atque Eccleſiam inſurgebant, novam

hanc

hanc Basileensis decreti doctrinam innovabant, sanctiones impiis ejusmodi statutis consonas promulgabant, in Apostolicæ Sedis jura involabant, debitamque supremo Ecclesiæ Capiti obedientiam frivolis ad Concilia appellationibus eo liberius eludebant, quo securius, firmiusque suos ausus cujusdam Oecumenicæ, ut inquiunt ipsi, Synodi auctoritate stabiliri jactitabant. Neminem sane latet; quod ad Basileensium normam, atque exemplum Biturigibus in damnum Sedis Apostolicæ condita fuerint Sanctionis Pragmaticæ decreta, quæ Ludovicus XI. Galliarum Rex tandem abrogabat, eoquod, ut ipsus fatetur, *ea essent infensa Sedi Apostolicæ, Prælatis templum licentiæ erigerent, ac conformitatem ad alia Regna, unitatemque tollerent, necnon summam in Ecclesia Sedis Apostolicæ auctoritatem imminuerent.* Nec tamen usque adeo hujus Regis auctoritas in quorumdam suorum subditorum animis prævalebat, quin non ipsi eadem decreta rursum innovarent, totoque studio in usum deducere molirentur. Invalescente insuper Basileensium

ſileenſium ſententia de ſubjectione Pontificis erga Concilium, poſt aliquot annorum intervallum audaciæ ſuæ præſidium in ejusdem Baſileenſis Conciliabuli decreto quærebant pauci quidam Cardinales ac Prælati, qui ſub obtentu emendandæ Eccleſiæ Piſis ſeditioſorum conventum indicere, atque legitimum, certumque Pontificem in jus vocare, illumque irrito licet conatu exauctorare præſumebant, cumque ea diuturni mali indoles ſit, ut illo etiam ſublato, peſſimum tamen poſteris exemplum remaneat, atque ad pejora liberius perpetranda illecebra exiſtat, ita etiam Pontificis auctoritate a Baſileenſibus depreſſa non modo Piſani Præſules, ſed etiam ſucceſſu temporis plures alii divulgare attentabant, quod in omnibus eventibus etiam legitimus, ac minime dubius Pontifex Generalis Concilii decretis, auctoritatique ſubjiciatur. Nec hic ſtetit noxiæ hujus doctrinæ venenum; cum enim ea ſententia, qua ſupremum corporis myſtici caput membris ſuis obnoxium declaratur, apud nonnullas gentes invaleſceret, ſenſim ad excutien-

dam

dam obedientiam Chriſti Vicario debitam ea ſpargebatur doctrina, quod Baſileenſis decreta tanquam norma præſcriberentur, juxta quam Univerſalis Eccleſia gubernaretur, perinde acſi doctrinam, & Regulas ab ipſomet Chriſto Domino traditas, omnium retro ſæculorum uſu comprobatas, ac nonniſi ab Eccleſiæ rebellibus, & ſeditioſis quibusdam membris in dubium vocatas rejicere ac damnare integrum eſſet, ex adverſo autem omnino liceret pro paucorum arbitrio Eccleſiæ Hierarchiam, atque a primo Eccleſiæ Conditore inſtitutam, præſcriptamque regiminis formam immutare, & privatam quorumdam opinionem, recentem, dubiam, adhucdum controverſam ac reprobatam pro temporum viciſſitudine velut univerſalem Eccleſiæ legem præſcribere, eaque adoptare decreta, quæ in tali ſtabilita fuere conciliabulo, ad cujus diſſolutionem ipſi etiam Principes ſæculares, atque inter eos præcipue Franciæ Delphinus poſt maturam totius negotii diſcuſſionem omnes conatus, atque ipſa quoque arma contulerant. Ex tam perverſo

perverſo principio pejores adhuc eruebantur doctrinæ; non deerant enim, qui, cum Epiſcopis in Synodo congregatis majorem ipſo Pontifice auctoritatem attribui cernerent, ſingulis etiam Præſulibus tantam quoque adſcribebant auctoritatem, ut eorum quisque in ſua Diœceſi æqualem eandemque, quam Papa in univerſam Eccleſiam habet, poteſtatem, atque jurisdictionem ex primævo jure exercere valeret, cum tamen in corpore bene diſpoſito membra non eundem actum cum Capite habeant, ut inquit Apoſtolus.

Verum quæ lingua edicere poterit, quanta inde mala, ac damna Sedi Apoſtolicæ, totique Chriſtianæ Reipublicæ fuerint illata; vilipenſa enim ſupremi Capitis auctoritate imminuebatur etiam ſubmiſſio inferioris Hierarchiæ Præſulibus debita, exinde vero totius Sacerdotii etiam apud vulgus, ac Chriſtianum populum vileſcebat auctoritas, quinimo ipſa quoque Chriſtianæ doctrinæ veritas ab Eccleſiaſticis promulgata in falſitatis ſuſpicionem trahebatur; poſtquam enim fideles adeo impune

pune Papæ leges, & anathemata vilipendi, cunctosque Ecclesiasticæ Hierarchiæ gradus confundi, ac contemni cernebant, ægre illis amplius persuaderi poterat, quod vera essent dogmata a Sacerdotibus prædicata, aut quod primi capitis auctoritas, legesque ferendi facultas existeret, aut Ecclesiasticis a Deo data esset potestas, vel eorum statutis obedientia deberetur. Hæc fuere ad Lutheri, aliorumque Novatorum hæreses præludia; unde Henricus VIII. Angliæ Rex in suo aureo libello de septem Sacramentis adversus Lutherum, loquens de hujus Hæresiarchæ ausu, quo sacrosanctum Ordinis Sacramentum tollere nitebatur, *quid aliud*, inquit, *molitur ille, quam ut, postquam mysteriorum Ministri viluerint, incipiant quoque vilescere Sacramenta utpote quæ etiam per viles ministrentur.*

Insuper jam dudum in Ecclesia observatum, quod priusquam aliqua hæresis palam invalesceret, Sacerdotum contemptus præcesserit, inde vero mox cultus divini neglectus fuerit subsecutus; raro enim illi, qui Ecclesiam subvertere

vertere moliuntur, aperta vi atque impetu ab initio eam oppugnant, sed veluti cuniculos agunt, ac primo variis, atque specietenus piis quibusdam prætextibus perversa sua consilia occultare satagunt, veriti, ne tanquam aperti Ecclesiæ hostes per vigilantissimos Pastores statim a fidelium grege arcerentur; hinc sollicite nequitiam suam pietatis, aut zeli obtentu tegunt. Crebra ejusmodi exempla jam sæpius suppeditabat præsens Ecclesiæ Historia: nonne Basileæ congregati Præsules primo suam ambitionem atque rebellionem in summos Pontifices motam specioso prætextu *reformandæ Ecclesiæ in capite & membris* velabant, quæ vox sane in Ecclesia ante infausta hæc tempora nunquam fuit audita? nonne horum exempla novissimis temporibus sequebantur omnes, qui vel arrogantiæ vel vindictæ stimulis agitati vel perversis aliorum opinionibus seducti adversus Ecclesiam, ejusque supremum Caput insurgere parabant? ita, ut supra memoravimus, Pisani Præsules, qui circa annum Domini millesimum quingentesimum undecimum

cimum Conciliabulum ſuum adverſus Julium II. Papam indicere auſi ſunt, varias, easque pias cauſſas falſo obtendebant, *magna*, inquiebant illi, *inſtat neceſſitas univerſalis Concilii congregandi pro vera pace Chriſtianorum fundanda, & bello contra infideles ſtabiliendo, necnon potiſſimum pro reformatione morum univerſalis Eccleſiæ in capite, & in membris.* Enimvero omnium ſæculorum annales crebris exemplis demonſtrant, quod nunquam Chriſtiana Reſpublica turbata fuerit absque ſpecioſo quodam Religionis, pietatis, bonive publici prætextu. Nonne ipſemet Lutherus in primo hæreſis ſuæ exordio ejusmodi fucatis mercibus, ac quæſitis prætextibus venenum ſuum occultabat; ut enim incautos eo facilius deciperet, obtendebat Eccleſiam reformandi, atque abuſus tollendi neceſſitatem, cum tamen ipſus ingenue fateatur (a) prætenſum hoc reformandi *negotium nec propter Deum cæptum, nec propter Deum finiendum.*

Urge-

(a) Ulemberg. in vita Lutheri c. 4. pag. 44.

Urgebat ipſum ad aggrediendum hoc facinus vindictæ cupido, invidia, & *ambitio*, *qua miſelli*, ita loquitur Puffendorffius, *Fraterculi inter ſe* de facultate indulgentias promulgandi *rixabantur*. Has vero genuinas diſſidii cauſſas exſtitiſſe conſtat, eoquod Lutherus ſat firmiter ſibi perſuaſum haberet, Sanctitatem ſupremi Pontificatus, ipſamque Pontificis auctoritatem in ipſo Chriſti Domini verbo eſſe fundatam, ut ipſe prælaudatus Puffendorffius ſub nomine Monzambani latitans in ſuo libro de ſtatu Imperii cap. 5. §. 9. pag. 112. fatetur, dicens, *Luthero ſanctam fuiſſe initio Papæ auctoritatem; nil enim minus*, inquit Oldenburgerus (b) *cogitavit Lutherus, quam integrum Papatum reformare, & Papæ auctoritatem nequaquam violare in animo habuit. Initio enim Papam adhuc pro vero Eccleſiæ capite agnovit, ejusque cenſuræ ſua ſcripta reverenter ſubmiſit.* Poſtea vero ſimulata ſua pietate, fictoque veritatis indagandæ

(b) Ad inſtrumentum pacis Diſc. 1. præſim. num. 8. 12. 14. fol. 8. & ſeq.

gandæ obtentu fretus ad res novas manum extendit *non ſtudio erga Deum, ſed odio erga Romanam Curiam*, ut ipſus ait in epiſtola ad Argentoratenſes (c) carpebat Romanæ Curiæ faſtum, ut ipſam quoque ſummi Pontificis auctoritatem exoſam redderet, ac denique ſe Eccleſiam reformaturum, atque Evangelii puritatem reducturum jactitabat, cum tamen firmum, fixumque haberet ipſa etiam Chriſti dogmata impugnare, piosque Eccleſiæ ritus atque uſus in odium Pontificis ex vindictæ pruritu penitus evertere. Hujus Magiſtri exemplum ſecuti ejus Diſcipuli novam hanc ſectam nullatenus ex veritatis amore, aut purioris diſciplinæ ſtudio amplectebantur, ſed *maxima eorum pars*, inquit ipſemet Bucerus (d) *viſa eſt id tantum in Evangelio petiiſſe, ut jugum qualiscunque diſciplinæ, pœnitentiæ, & Religionis univerſæ, quæ in Papatu reliqua erat, abjicerent:*

(c) Apud Pallavic. in Hiſt. Conc. Trid. l. 1. c. 3. pag. 17.

(d) L. 1. de Regno Chriſti cap. 4. apud Fo-rerum.

jicerent: Tum non ingratum fuit iis audire, juſtificari nos fide, non bonis operibus, quorum nullo ſtudio tenebantur, nec pauci eorum, proſequitur idem, *qui Papatum deſeruerunt, qualemcunque Evangelii prædicationem eo tempore receperunt, ut in opes Eccleſiaſticas invaderent. Multos*, inquit Godefridus Arnoldus Lutheri aſſecla (e) *ad Religionem Proteſtanticam attraxerat novitas, ut avitæ fidei valedicerent: Magnates, ut plurimum allexit bonorum Eccleſiaſticorum opima præda, Eccleſiaſticos libertas, plebem excuſſio jugi in tortura exomologetica, aliisque oneribus: potiſſima pars privatis commodis invitabatur, reformationis titulo, & veritatis amore pallium commodante.* Hoc autem obtentu illi non modo perverſa ſua conſilia tegebant, ſed etiam quamplurimos miſere decipiebant, atque hæreſis ſuæ venenum in alios eo periculoſius diffundebant, quo nullius rei obtentu Religio crudelius oppugnatur, quam ipſius Religionis prætextu; inde enim factum eſt, ut multi

(e) In der Kirchen- und Ketzer-Hiſtorie 2. Theil. l. 14. c. 6. §. 8. fol. 512.

ti Principes, ac non pauci quantumvis vigiles Prælati, atque animarum Paſtores malo, quod ſub ſpecie boni occultabatur, remedium opportuno tempore opponere negligerent, ac ſimulata Novatorum pietate, zeloque decepti, etiam inviti erroribus recens natis creſcendi ſpatium concederent.

Non deerant equidem, qui fidei conſervandæ ſtudio animati ante infauſta hæc tempora perverſas opiniones ſubinde a nonnullis liberiori calamo ac lingua divulgari deprehenderent, jugibusque lacrimis mala inde ſecutura deplorarent. Verum ubi ejusmodi nequitiæ Architectos ad meliorem frugem reducere nitebantur, hi latenter ſuos errores variis prætextibus excuſabant, eos vero, qui illis adverſabantur, *velut pertinaciſſimos antiquæ barbariei propugnatores ac peritioris literaturæ, meliorumque ſtudiorum hoſtes traducebant.* Hac arte ante Lutheri tempora Eraſmus Roterodamus, pluresque alii illudebant celeberrimis etiam illius ævi Doctoribus atque Theologis, qui eos ob plurima Chriſtianæ pietati adverſa, ac Lutheri

erroribus haud multum diſſimilia in vulgus ſparſa carpebant. Hos illi *velut aggreſtes & barbaros Viros ob vocum inconditarum in ſcholis uſum* ludibrio habebant, ac maxime Religioſarum familiarum alumnos, qui eos impugnabant, dicteriis proſcindere, & per ora hominum traducere, ſacræque fidei cenſores intolerandæ tyrannidis inſimulare præſumebant, eo fine, ut eorum auctoritas, quam timebant, vileſceret, atque infirma redderetur, ipſi vero impune, ac non ſine multorum applauſu ſuos errores ſenſim fidelium animis inſtillare poſſent. *Inde autem* inquit Albertus Pius, *factum eſt, quod & tu Eraſme fateris, ut, quotquot veſtratium amabant bonas literas, ſe naſcenti Lutheri furori fautores exhibuerint; hinc Luthero natura temerario crevit audacia & arrogantia tantis videlicet auxiliis confidenti . . . . Inde autem,* inquit idem in reſponſo primo ad Erasmum, *conflatus eſt turbo Lutheranus, qui Eccleſiam Dei tantopere concuſſit.* Haud inepte ſubdolas haſce artes, quibus Lutheri præambulones Eccleſiam occulte perverſis ſuis opinionibus impugnabant, deſcri-

describit Odoricus Raynaldus, dum in continuatis Baronii Annalibus ad annum Christi millesimum quingentesimum decimum sextum numero centesimo de Erasmo ita differit: *Hoc virulento errore inficiebat incautam juventutem, antequam Lutherus in Ecclesiam erumperet, eaque venena avidius hauriebantur, quo Latinarum eloquentiarum melle perlita erant; nec hæresiarcharum more commentarios omni ex parte inquinatos conficiebat, sed brevibus, & aculeatis sententiolis hæreses instillabat, atque cum sectam concedere non videretur, interdumque etiam nonnullas elucubrationes pro Ecclesiæ, & Pontificis auctoritate, necnon adversus impia aliqua Lutheri dogmata ederet, ita tamen, ut neutri parti se addictum gereret: a plerisque etiam Cardinalibus, Episcopis, & Doctoribus ut Catholicus habitus est, cum ex parte alia hæretici illum sibi palam vindicarent, donec excussa ejus scripta primum a Stunica, deinde a Beda, postea ab Alberto Pio, qui ad convellendas inanes ejus excusationes singulos textus hæresibus inquinatos recensuit, ac viginti duobus libris egre-*

gie confutavit, demum ab Eccleſia damnata fuerunt.

Haud igitur multum mireris, benevole Lector, ſi poſt redditam Eccleſiæ pacem, extinctumque ſchiſma mox Eccleſiam novis tumultibus agitatam in utroque hujus Hiſtoriæ opuſculo cernis, atque ad Lutheri hæreſin viam jam tunc paratam fuiſſe deprehendis. Ea autem ætas fatali prorſus rudimento, atque experientia te docebit, quod opiniones erroneæ, ac perverſæ quorumdam ſententiæ, niſi in primis incunabulis funditus evertantur, usque adeo fidelium mores corrumpant, ut ſenſim in hæreſin degenerantes univerſam Eccleſiam cum maximo animarum detrimento dire proſcindant, atque Chriſtianæ Reipublicæ incolumitatem, ſtatusque politici tranquillitatem bellis, ſeditionibus, ac continuis tumultibus perturbent. Ex horum vero factorum lectione cautus fieri diſcas, ne ab illis ſeducaris, qui ſeſe politioris literaturæ cultores, vel ſublimioris ingenii homines, ſeu ut Galli loquuntur, *Eſprits forts* jactitant, atque

aurea

aurea sæcula rediisse, necnon de rebus fidei ac Ecclesiæ puriorem, magisque sanam cogitandi, sentiendique methodum tandem inventam, atque eliminatam credulæ plebis simplicitatem deprædicant, & omni publica auctoritate destituti semetipsos tanquam totius Orbis Christiani Reformatores fallaciter extollunt; plerumque enim sub herba anguis latet, qui blande sese insinuat pectori, nec periculosus esse ab incautis creditur, usque dum mortifero suo morsu animam occiderit. Hos vero abominare tanquam lupos animarum saluti insidiantes, qui quamvis sub ovina pelle incedant, lupi tamen esse haud desinunt; non ergo doctis eorum fabulis intende; sed Ecclesiæ voci obtempera *de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta; a quibus quidam aberrantes, conversi sunt in vaniloquium, volentes esse legis Doctores non intelligentes, quæ loquuntur, neque de quibus affirmant* (f) *Tu autem o homo Dei hæc fuge, sectare vero*

(f) 1. ad Timoth. c. 1. v. 5.

vero juſtitiam, pietatem & fidem (g) quam tamen nunquam illibatam conſervare poteris, niſi in omnibus fidelem erga ſummos Pontifices obedientiam profitearis. Ita enim diſpoſuit Chriſtus Dominus primus Eccleſiæ ſuæ conditor, ut per ejus Vicarios in univerſum orbem fidei lumen ac puritas diffundatur, & immota perſiſtat. Revolve enim cuncta totius Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ monumenta, & reperies, quod jam a primis naſcentis Eccleſiæ ſæculis ſummi Pontifices ad omnia regna, ditiones, ac Provincias Viros Apoſtolicos atque Epiſcopos emiſerint, ut ii cunctis populis veræ fidei lumen inferrent, vel Chriſti doctrinis jamjam imbutos in Religionis cultu præcipue in Germania noſtra firmarent. Hinc Marquardus Freherus, quantumvis Calvini erroribus infectus, nihilominus veritatis pondere preſſus ingenue *tom. 2. rerum Germanicarum* fatetur, *Chriſtum a Clavigero ſcilicet D. Petro & Diſcipulis ejus ad nos Roma miſſis, nobis prædicatum, & ab eodem, a quo omne datum optimum, ad fidem Ro-*

ma

(g) Ibid. c. 6. v. 11.

ma ipsa illustrata est, quo Germania; ideoque non minus pro accepta Religione ad gratitudinem Roma Christo, quam Germania Romæ obnoxia esse videtur. Unde merito illis Germanis, qui se per summos Pontifices atque per Episcopos ab eis missos Dei agnitionem ac fidei doctrinam accepisse vel negant, vel id obliviscuntur, Æneas Sylvius postea Pius II. (h) exprobrat: *In dubium vocatis Germani, an Apostolica Sedes* Christi fidem vobis instillaverit, *indigna vox, quæ Viri docti ex ore prodeat, legite Historias, attendite ad Petram* (Christum) *unde excisi estis, & ad Abraham* (dico Petrum ejusque Successores) *Patrem vestrum, & ad Saram* (Ecclesiam) *quæ peperit vos*, ac ut inquit D. Augustinus (i) *quæ ab Apostolica Sede per successiones Episcoporum, frustra circumlatrantibus inimicis, culmen auctoritatis obtinuit.* Cum ergo præter Ecclesiæ Romano-Catholicæ doctrinam, nulla alia dogmata vel aliam vel propinquiorem originem

(h) De moribus Germanorum fol. mihi 1070.

(i) Tom. 6. de utilitate credendi c. 17.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ginem inveniant, quam qualem calculus ad ipsa Apostolorum tempora reductus manifeste ostendit, hinc omnis alia novitas quocunque demum veri aut boni prætextu velata incedat, suspecta habeatur; *Novelli enim*, verba sunt Vincentii Lirinensis (k) *dogmatis introductione non solum parvæ res, sed etiam maximæ labefactatæ sunt; nec enim tantum affinitates, cognationes, amicitiæ, domus verum etiam urbes, populi, Provinciæ, Nationes, universum postremo Romanum Imperium funditus concussum est*, prout ex præsentis ac subsequentium tomorum Lectione atque Historia aperte demonstratur.

(k) Lib. contra profanas hæreses.

CON-



CONSPECTUS LIBRORUM.

LIBER CXV.

§. 1. Papa ad veniam Florentinis dandam tardus Pagina 1.

§. 2. Petri Oxomenſis errores damnati 3

§. 3. Archiepiſcopi Toletani ſententia a Pontifice confirmata 4

§. 4. Joannes de Weſalia ab Inquiſitione damnatus 5

§. 5. Joannes de Weſalia Palinodiam canere compulſus 7

§. 6. Papienſis Cardinalis obitus 8

§. 7. Turcæ ab Hungaris cæſi 10

§. 8. Prima Moſchovitici Imperii auſpicia 12

§. 9. Tartarorum jugum a Joanne Baſilide Moſchorum Duce excuſſum 13

§. 10. Moſchoviæ Ducum ſervitus ſub Tartaris 15

§. 11.

§. 11. Quis primus titulum Czar adoptaverit 16
§. 12. Joannis Arragoniæ Regis obitus 18
§. 13. Pax Caſtellanos inter & Luſitanos 19
§. 14. Eleonora Comitis Fuxi vidua, Navarræ Regina 20
§. 15. Inſulæ Canariæ a Caſtellanis detectæ. 21
§. 16. Jugum Mediolanenſis Ducis a Genuenſibus excuſſum 23
§. 17. Angliæ Rex in Archiducem a Ludovico XI. concitatus 24
§. 18. Burgundiæ Ducis Vidua Angliam petit, auxilium contra Ludovicum imploratura 25
§. 19. Fœdus inter Franciæ & Angliæ Reges 26
§. 20. Copiæ a Flandris pro Maximiliano conſcriptæ 28
§. 21. Terrouanna urbs ab Archiduce obſeſſa 29
§. 22. Guinegatanum prælium 30
§. 23. Archiducis victoria 31
§. 24. Archidux neglecta Terrouannenſi obſidione in cujusdam arcis expugnatione detentus 32
§. 25. Cardinalis S. Petri ad vincula in Gallias ablegatus 34
§. 26. Induciæ inter Ludovicum XI. & Archiducem ſancitæ 36
§. 27. Duciſſæ viduæ epiſtolæ ad Maximilianum de induciis 37
§. 28. Legatus a Maximiliano non admiſſus 38
§. 29. Breve Pontificis ad Archiducem de Legato 39

§. 30.

§ 30. Monita Archiducis pro audiendo Legato 40
§. 31. Ludovicus XI. apoplexia tactus 42
§. 32. Morosum atque affectatum Regis genium 43
§. 33. Cardinalis Balvis libertas a Legato petita atque obtenta 44
§. 34. Exauctoratio peditum sagittariorum: Helvetii eis subrogati 46
§. 35. Renati Andegavensis Siciliæ Regis obitus 47
§. 36. Carolus Cenomanensis Comes Renati hæres 48
§. 37. Comes mortuus, Ludovicus XI. ejus hæres 48
§. 38. Rhodi expugnatio a Mahomete II. tentata 50
§. 39. Hujus Insulæ atque urbis situs 51
§. 40. Obsidionis initia 52
§. 41. Turcarum classis ab Equitibus magna clade dispersa 53
§. 42. Magni Magistri cædes a Vezirio tentata 54
§. 43. Invicta Rhodiorum virtus; Vezirius obsidionem solvere coactus 57
§. 44. Duæ naves a Neapolis Rege Rhodum missæ 60
§. 45. Turcicæ classis Fuga 61
§. 46. Ecclesia a Magno Magistro in grati animi memoriam extructa 61
§. 47. Pax Florentinis a Pontifice concessa 62
§. 48. Turcarum incursiones in Italiam 63

§. 49.

§. 49. Hydruntina Provincia a Turcis expugnata 64
§. 50. Solicitudo Pontificis in repellendis Turcis 65
§. 51. Joannis Dugloſſi Scriptoris Poloni obitus 66
§. 52. Controverſia de Annulo B. Virginis 67
§. 53. Principes ad expeditionem in Turcas a Papa ſtimulati 69
§. 54. Mahometis II. Turcarum Imperatoris obitus 70
§. 55. Duo Filii Bajazetes & Zizimus Mahometi ſuperſtites 72
§. 56. Diſſidia inter ambos fratres de Imperio; Bajazetes Victor 73
§. 57. Bellum inter ambos hoſce Fratres 74
§. 58. Tumultus poſt Mahometis obitum Conſtantinopoli ſuſcitati 75
§. 59. Amurathis Filius imperii Turcici æmulus 76
§. 60. Hydruntum recuperatum 78
§. 61. Officia Curiæ Romanæ vænum expoſita 79
§. 62. Feſtum S. Joſephi a Sixto IV. inſtitutum 80
§. 63. Creatio Cardinalium 83
§. 64. Imperator a Matthia Hungariæ Rege bello petitus 84
§. 65. Alphonſi V. Luſitaniæ Regis obitus 85
§. 66. Phœbi Navarræ Regis, & Regis Daniæ extrema 86
§. 67. Mors Platinæ Hiſtorici 86
§. 68. Adverſitas & vexatio a Platina tolerata 87

§. 69.

§ 69. Platinæ Opera 89
§. 70. Legati Angliæ ad Galliarum Regem 91
§ 71. Ludovicus XI. iterato apoplexia tactus 92
§. 72. Comminæus ad ſedandos tumultus in Sabaudiam decretus 93
§. 73. Comes Camerenſis Sabaudiæ Gubernator juſſu Regis captus 94
§. 74. Maximilianus pacem cum Ludovico XI. inire detrectans 95
§. 75. Burgundiæ Duciſſa Maximiliani conjux vivis erepta 96
§. 76. Ariæ civitas a Cordæo ex inſidiis capta 98
§. 77. Archiducis Filia Delphino in Sponſam oblata. 100
§. 78. Atrebatenſis congreſſus de pace Maximilianum inter & Ludovicum XI. 101
§. 79. Atrebatenſis pacis Articuli 102
§. 80. Maximilianus huic paci graviter oblu-ctatus. 104
§. 81. Alverniæ Duciſſæ obitus 105
§. 82. Leodienſis Epiſcopi cædes 106
§. 83. Ludovicus ob adverſam valetudinem de vita ſua ſollicitus 107
§. 84. Monita a Ludovico XI. Delphino Filio ejus data 109
§. 85. Canoniſatio fratris Joannis de Gandavo a Rege ſollicitata 113
§. 86. D. Bonaventura in cenſum Sanctorum relatus 114
§. 87. Initia belli Granatenſes inter & Mauros 117
§. 88. Alhama urbs a Ferdinando Mauris erepta 118
§. 89. Maximi Patriarchæ Conſtantinopolitani obitus 120
§. 90. Concilii Florentini Decretum ab utroque Maximi Succeſſore receptum 121
§. 91. Diſſidia Bajazethem inter & Zizimum continuata 122
§. 92. Bajazethes a Zizimo ad ſingulare certamen provocatus 123

§. 93. Zizimus datis ad Rhodiorum Magiſtrum literis recipi efflagitans 124
§. 94. Zizimus Rhodum delatus, & perhonorifice exceptus 125
§. 95. Quædam literæ Magiſtro a Zizimo traditæ 126
§. 96. Rhodo relicta in Gallias delatus, atque equeſtri Beneficio donatus 127
§. 97. Nominalium Libri a Rege prælegi conceſſi 128
§. 98. Quatuordecim propoſitiones Tornaci prædicatæ, atque a Facultate Theologica damnatæ 131
§. 99. Harum propoſitionum cenſura 133
§. 100 Cenſura propoſitionis de Indulgentiis 134
§. 101. Eccleſia S Mariæ de Pace a Sixto Pontifice condita 135
§. 102. Bulla Pontificis de Conceptione B V. 136
§. 103 Controverſia de Stigmatibus S. Catharinæ Senenſis 138
§. 104 Auctus Cardinalium Senatus 140
§. 105. Margarithæ Auſtriacæ adventus in Gallias 141
§. 106 Eduardi IV. Regis Angliæ obitus 142
§. 107. Gloceſtriæ Dux regnum invadere molitus 143
§. 108. Eduardi filii a Duce tanquam ſpurii falſo infamati 145
§. 109. Uterque Eduardi filius a Duce morti traditus 146
§. 110. Gloceſtriæ Dux Rex Angliæ coronatus 147
§. 111. Ludovicus XI. mortis terrore fractus 149
§. 112. Rex in caſtro Pleſſiaci ſponte incluſus 149
§. 113. Franciſcus de Paula juſſu Regis ad aulam accitus 150
§. 114. Sanctus in Gallias appulſus & Pleſſiacum delatus 152
§. 115. Frequens colloquium Sancti cum Rege 153
§. 116. Rex de inſtanti morte caute admonitus 154
§. 117. Rex ſibi præſens usque ad mortem 156

§. 118. Ludovici XI. obitus 157
§. 119. Binæ Ludovici conjuges, ejusque liberi 161
§. 120. Carolus VIII. Franciæ Rex Ludovici XI. Succeſſor 162
§. 121. Duo adminiſtrationis æmuli 163
§. 122. Maximilianus defuncto Rege Ludovico ditiones ſuas recuperare ſollicitus 165
§. 123. Genuenſium conſpiratio adverſus Baptiſtam Fulgoſium 167
§. 124. Tumultus in Bohemiæ Regno 168
§. 125. Factio in Anglia adverſus Richardum Regni uſurpatorem 169
§. 126. Diſſidium inter Maurorum Reges 170
§. 127. Mauri ab Hiſpanis cæſi 171
§. 128 Juvenis Maurorum Rex tributarius 173
§. 129. Phœbi Navarræ Regis obitus 175
§. 130. Martini Lutheri ortus 176
§. 131. Eſtutevillæ Cardinalis obitus 176
§. 132. Variæ Sixti IV. Papæ conſtitutiones 178
§. 133. Contentio Canonicorum Regularium cum Eremitis S. Auguſtini 181
§. 134. Sixti IV. Pontificis obitus 182
§. 135. Manus S Joannis Baptiſtæ Magno Rhodiorum Magiſtro a Bajazethe dono data 184
§. 136. De veritate hujus Translationis 187
§. 137. Sixto defuncto ſeditiones populi Romani 189
§. 138. Caſtra a Columnenſibus occupata 190
§. 139. Caſtrum S. Angeli cæteræque urbes a Comite Hieronymo reſtitutæ 192
§. 140. Promiſſa a Cardinalibus populo facta. ibid.
§. 141. Cardinales conclave ingreſſi 194
§. 142. Electionis modus 195
§. 143. Quidam Cardinales ad ferenda ſuffragia pollicitationibus ſollicitati 196
§. 144. Joannes Baptiſta Cibo Melfitenſis Cardinalis in Papam electus 198

§. 145. Neo-electus Papa appellatus Innocentius VIII. 200
§. 146. Cardinalis de Bourdelis obitus 201
§. 147. Casimiri Junioris Regis Hungariæ pietas, & virtus 204
§. 148 Juvenis istius Principis extrema 205
§. 149 Ordo Monialium de Conceptione 206
§. 150. Bellum Hispanorum adversus Mauros 207
§. 151. Juvenis Granatæ Rex fœdera cum Ferdinando pactus 208
§. 152. Dissidia in Galliis de regiminis auctoritate 210
§. 153. Aurelianensis in Britanniam ad Ducem confugiens 212
§. 154. Turonensium Comitiorum initia 214
§. 155. Administratio Regni Bellojovensi Comitissæ ab Ordinibus adjudicata 214
§. 156. Querelæ Cleri Gallicani discussæ 216
§. 157 Nobilium querelæ ad Ordinum comitia delatæ 217
§. 158. Civium querelæ. 218
§. 159. Sacra Caroli VIII. Regis unctio 221
§. 160. Aurelianensis comprehendi jussus, sed Vernolium fuga dilapsus 222
§. 161. Ingens Procerum concursus ad Aurelianensem 223
§. 162. Dux Aureliam veniens, ast ingressu prohibitus 226
§. 163. Aurelianensis a Regis exercitu invasus 227
§. 164 Concordiæ Pacta Regem inter & Aureliæ Ducem 228
§. 165. Britanniæ proceres jussu Bellojovensis Comitissæ suis dignitatibus restitui 230
§. 166. Richemundium in Angliam revocandi consilia 232

LIBER CXVI.

§. 1. Leopoldi Austriæ Marchionis Canonisatio 234

§. 2. Principes Christiani ab Innocentio ad bellum in Turcas excitati 236
§. 3. Belli auxilia a Principibus Italiæ promissa 238
§. 4 Alia Pontificis consilia de bello Turcico 230
§. 5. Chienses pro auxilio adversus Turcas Pontifici supplices 240
§. 6. Albusonii Legatio ad Papam 241
§. 7. Aliæ Legationes ad eundem 242
§. 8. Bellum Hungariæ Regis in Austria: Vienna ab eo obsessa 243
§. 9. Cardinalis Balves Legatus in Francia 244
§. 10. Epistola Innocentii Papæ ad Galliarum Regem 246
§. 11. Bellum Pontificis adversus Ferdinandum Neapolis Regem 247
§. 12. Dissidia Romæ a Ferdinando vindictæ studio suscitata 249
§. 13 Articuli pacis inter Papam & Regem 250
§. 14. Ferdinandus ob violatam fidem excommunicatus 252
§. 15. Pontificis literæ ad Episcopum Passavienſem, & Austriæ Archiducem 252
§. 16. Tumultus in Hispania occasione Inquisitionis 254
§ 17. Facultas decimas a Clero exigendi a Papa Hispaniæ Regi concessa 258
§. 18 Occidentales Indiæ primum detectæ 260
§. 19. Columbus a Lusitano neglectus, Castellam profectus. 261
§. 20. Columbi navigatio ad detegendam Americam 263
§. 21. Angliæ Rex Richemundii ausibus turbatus 265
§. 22. Richemundius in reditu tempestate Dieppam ejectus 266
§. 23. Comes Britannia in Franciam profugus 267
§. 24. Richemundius cum copiis Gallicis in Anglia appulsus 268

§. 25. Richardi clades; Comitis in Regem coronatio 270
§. 26. Landraſius communi Britonum conſilio ad ſupplicium vocatus 271
§. 27. Idem Judicum ſententia apud Nannetes laqueo ſuſpenſus 272
§. 28. Dux Aurelianenſis inſalutato hoſpite in Britanniam profugus 274
§. 29. Concilium Senonenſe 275
§. 30. Propoſitiones a Joanne Lalliero enuntiatæ 277
§. 31. Aliæ ejusdem propoſitiones a Facultate Theologica damnatæ 279
§. 32. Alia Lallierii propoſitio ab eadem Facultate cenſuris notata 282
§. 33. Propoſitiones a Lallierio explicatæ 283
§. 34. Publica Lallierii Palinodia 285
§ 35. Lallierius a Pariſienſi Epiſcopo ab omnibus cenſuris abſolutus 292
§. 36. Facultatis Theologicæ provocatio a ſententia Epiſcopi Pariſienſis 293
§. 37. Binæ Pontificis Bullæ hac ſuper cauſſa 294
§. 38. Cenſura Propoſitionum Joannis Mercatoris Ord. Minorum obſervantum 295
§. 39. Alia cenſura Facultatis Theologicæ Pariſienſis 301
§. 40. Henrici VII. connubium, & Lanceſtrienſium ſucceſſionis jura a Pontifice confirmata 302
§. 41. Peacockus & Milvertonus in Anglia a quadam Synodo damnati 303
§. 42. Lambertus Simnel ſe Comitem Varvicenſem mentitus 305
§. 43. Auxiliares copiæ a Duciſſa Hibernis ſuppeditatæ 308
§. 44. Clades rebellium ibid.
§. 45. Pax cum Pontifice ſancita a Ferdinando violata 309
§. 46. Iniqua Matthiæ poſtulata 311

§. 47.

§ 47. Hungariæ Regis bellum adverſus Imperatorem 312
§. 48. Tumultus in Regno Granatæ 313
§. 49 Victoriæ Ferdinandi in Regno Granatæ 314
§. 50. Belli progreſſus inter ambos Granatenſium Reges 316
§. 51. Quidam a Luſitaniæ Rege in Æthiopiam miſſi 317
§. 52. Maximilianus Romanorum Rex ſalutatus 319
§. 53. Inauguratio Maximiliani 320
§. 54. Lex de pace Germaniæ 321
§. 55. Acres literæ Maximiliani ad Galliarum Regem. 322
§. 56. Diſſidia Flandrorum Procerum circa Bellum contra Gallos. 324
§. 57. Maximiliani bellum adverſus Gallos. 326
§. 58. Fœdus Galliarum Regis cum Britonibus Aurelianenſis adverſariis. 327
§ 59. Comminæus captus cum pluribus aliis. 328
§. 60 Epiſtolæ Pontificis ad Reges Catholicos de eorum victoriis. 329
§. 61. Auxilia contra Turcas Poloniæ Regi a Pontifice promiſſa. 331
§. 62. Fœdus inter Innocentium Papam & Venetos. 331
§. 63. Pontificis timor de Turcarum conatibus. 333
§. 64. Diſſidia inter Pontificem & Neapolis Regem innovata. 334
§. 65. Hiſpanorum victoria de Mauris. 336
§. 66. Malaca a Ferdinando capta. 337
§. 67, Scoti pro Canoniſatione Margaritæ Reginæ Pontifici ſupplices. 339
§. 68. Joannis Pici Mirandulani propoſitiones a Papa proſcriptæ. 340
§. 69. Propoſitiones ex Pici Theſibus excerptæ. 342
§. 70. Maximiliani conatus ad conflandum fœdus contra Gallos. 349.
§. 71 Urbs Nannetenſis in Britannia a Regio exercitu obſeſſa. 351

§. 72. Galli obſidionem ſolvere a Dunenſi Comite compulſi. 352
§. 73. Britanniæ Dux Rivenarum Mareſcallo reconciliatus. 354
§. 74. Fœdus inter Galliarum Regem & Matthiam Regem Hungariæ. 356
§. 75. Carolinæ Cypri Reginæ obitus. 357
§. 76. Gregorii Trapezuntini extrema. 358
§. 77. Mors Alexandri de Imola. 360
§. 78 Maximiliani contentio cum Flandris. 361
§. 79. Maximilianus Brugis cuſtodiæ datus. 362
§. 80. Pactis conditionibus Maximilianus libertati reſtitutus. 362
§. 81. Britanno atque Aurelianenſi dies dictus a Galliarum Rege. 365
§. 82. Aurelianenſis in prælio Sant-Albinenſi captus. 366
§. 83. Fœdus concordiæ Gallum inter & Britannum 369
§. 84. Franciſci II. Britanniæ Ducis obitus. 370
§. 85. Genuenſes ſub Mediolanenſis Ducis Imperio. 371
§. 86. Scotorum diſſidia. 373
§. 87. Calatravenſis Magiſterii adminiſtratio Ferdinando a Pontifice conceſſa. 376
§. 88. Bellum adverſus Mauros a Ferdinando continuatum 377
§. 89 Sicilia a Turcis incaſſum invaſa. 378
§. 90. Rex Hungariæ per ſuos Oratores Zizimum ſibi tradi a Rhodiis poſtulans. 380
§. 91. Joannes Epiſcopus Varadinenſis injuſte de hæreſi accuſatus. 381
§. 92. Hiéronymus Riarius a conjuratis trucidatus. 382
§. 93. Abuſus in Anglia occaſione Aſylorum exorti. 384
§. 94. Bulla Pontificis de reſtringendis Aſylorum privilegiis. 386
§. 95. Nonnulli abuſus ab Vniverſitate Pariſienſi ſublati. 387

§. 96.

§. 96. Ferdinandus Neapolis Rex a Papa anathemate perculsus. 388
§. 97. Sixti IV. privilegia Ferdinando & Isabellæ concessa ab Innocentio confirmata. 390
§. 98. Validus exercitus a Ferdinando contra Mauros conscriptus. 391
§. 99. Reconciliatio inter Sueciæ Reginam, & Stenonem a Pontifice tentata. 393
§. 100. Parisiensis Parlamenti appellatio ob decimas a Clero petitas. 394
§. 101. Zizimus a multis Principibus expetitus. 395
§. 102. Bajazethis legatio ad Galliarum Regem in causa Zizimi. 396
§. 103. Zizimus nuntiis Papalibus traditus, Romamque delatus. 398
§. 104. Magnus Rhodiorum Magister in Cardinalem nominatus. 399
§. 105. Cardinales ab Innocentio VIII. creati. 401
§. 106. Res Britanniæ. 403
§. 107. Legatio Gallorum ad Regem Angliæ. 404
§. 108. Responsum Angliæ Regis ad Oratores Gallos. 406
§. 109. Fœdus Anglorum cum Britonibus & bellum contra Gallos. 408
§. 110. Connubium Britanniæ Ducissæ cum Romanorum Rege. 409
§. 111. Papæ conatus in conciliandis Francorum & Romanorum Regibus. 410
§. 112. Pacis Articuli inter utrumque Regem. 412
§. 113. Articulus de Britannia reddenda a Gallis violatus. 413
§. 114. Tartarorum clades a Polonis illata. 414
§. 115. Bellum inter Hungaros & Bohemos. 415
§. 116. Bourcherii, Piccolominæi, & Wesselii Cardinalium obitus. 416
§. 117. Principes ad bellum Turcicum a Pontifice excitati. 420
§. 118. Legationes Bajazethis & Ægypti Sultani ad Papam. 422

§. 119. Bajazethis Consilium Zizimum veneno necandi. 426
§. 120. Pontificis studium in uniendis Principibus contra Turcas. 427
§. 121. Matthiæ Hungariæ Regis obitus. 428
§. 122. Wladislaus Bohemorum Rex in Hungariæ Regem salutatus. 430
§. 123. Hungari nuptiis Regis sui cum Beatrice oblectati. 432
§. 124. Episcopus Varadinensis, aula relicta, vitam monasticam professus. 433
§. 125 Societas Misericordiæ a Pontifice confirmata. 433
§. 126. Papa apoplexia tactus. 434
§. 127. Viri Apostolici in Regnum Congi a Lusitano Rege missi. 435
§. 128. Victoriarum progressus Ferdinandi Aragonum Regis contra Mauros. 436
§. 129. Gallorum conatus ad impediendas nuptias Maximiliani cum Britanniæ hærede. 438
§. 130. Consilia de desponsanda Britanniæ Ducissa cum Rege Francorum. 439
§. 131. Aureliæ Dux ad abjiciendam nuptiarum spem sollicitatus. 441

LIBER CXVII.

§. 1. Nova Pontificis studia ad concitandos Principes in Turcas. 443
§. 2. Constitutio Innocentii pro libertate Ecclesiastica. 445
§. 3. Pax Hungariæ Regis cum Alberto fratre suo, & Poloniæ Rege. 446
§. 4. Pax Wladislaum inter & Maximilianum. 447
§. 5. Apparatus Regis Catholici pro obsidione Granatensi. 448
§. 6. Ferdinandi castra uno lapide ab urbe Granatensi. 449

§. 7. Obsidionis castra in urbem mutata. 450
§. 8. Granata expugnata. 452
§. 9. Deditionis pacta 452
§. 10. Granata a Maurorum Rege tradita Ferdinando. 454
§. 11. Nomen REGIS CATHOLICI Ferdinando & Isabellæ a Pontifice datum. 456
§. 12. Obitus Marci Barbi, Balvis, & Arcimboldi Cardinalium. 457
§. 13. Aurelianensis Dux a Carolo Rege libertati restitutus. 460
§. 14. Britannæ consensus in matrimonium cum Galliarum Rege. 463
§. 15. Nuptialia pacta 464
§. 16. Connubium Galliarum Regis cum Britanniæ Ducissa 464
§. 17. Galliarum Regina in oppido S. Dionysii coronata, ac Parisios solemniter ingressa. 466
§. 18. Dunensis Comitis obitus. 467
§. 19. Maximilianus de duplici injuria sibi a Galliarum Rege illata conquestus. 468
§. 20. Bellum ab Anglo Gallis indictum. 469
§. 21. Ruscinonensis, ac Ceretanus Comitatus a Gallo Arragoniæ Regi restitutus. 471
§. 22. Cessio Comitatuum suasu duorum Franciscanorum a Rege facta. 472
§. 23. Pacis consilia Angli cum Gallo. 474
§. 24. Pacta in Congressu Stapulensi firmata. 476
§. 25. Atrebatum a Maximiliano captum. 477
§. 26. Titulus S. Crucis inventus. 478
§. 27. Ferrum Lanceæ a Bajazethe ad Papam missum. 482
§. 28. Inter Papam, & Ferdinandum Neapolis Regem Pax restituta. 484
§. 29. Obitus Innocentii Papæ. 485
§. 30. Tumultus, Papa mortuo, Romæ excitati. 488

§. 31. Cardinalis Borgia in Papam electus. 49
§. 32. Romanorum jubilus ob Alexandri electionem. 49
§. 33. Nepos Pontificis ad purpuram evectus. 49
§. 34. Auſpicia Pontificatus Alexandri VI. 49
§. 35. Laurentii Medicei obitus. 49
§. 36. Caſimiri IV. Poloniæ Regis extrema. Joannes Albertus ejus filius ſucceſſor. 49
§. 37. Mors Maphæi Gerardi Cardinalis 50
§. 38. Extrema quorumdam Scriptorum Eccleſiaſticorum fata. 50
§. 39. Ardicini de la Porta Cardinalis receſſus in Monaſterium. 50
§. 40. Hieronymi Savonarolæ initia. 50
§. 41. inveſtitura Inſularum a Columbo detectarum Arragonum Regi a Pontifice conceſſa. 50
§. 42. Mauri a Ferdinando ad Baptismum coacti. 50
§. 43. Ferdinandus Barcinone periculo vitæ expoſitus. 51
§. 44. Ruſcinonis & Ceretaniæ Comitatuum reſtitutio confirmata 51
§. 45. Pax inter Galliarum & Romanorum Regem. 51
§. 46. Caroli conſilia de bello Neapolitano. 51
§. 47. Regis Jura in hoc Regnum. 51
§. 48 Neapolim occupandi propoſitum a nonnullis reprobatum. 51
§. 49. Italiæ ſtatus illius temporis. 51
§. 50. Fœdus Neapolitani Regis & Florentinorum adverſus Ludovicum Sfortiam. 52
§. 51. Principum Italiæ Legatio ad neoelectum Pontificem. 52
§. 52. Papa a Ludovico Sfortia in Neapolis Regem concitatus. 52
§. 53. Petrus de Medicis flecti neſcius. 52
§. 54. Fœdus inter Papam, Venetos, & Mediolani Ducem. 53

§. 55.

§. 55. Gallorum fœdus a Ludovico expetitum. 533
§. 56. Galliarum Rex contra Senatus ſui ſententiam his rationibus cedens. 535
§. 57. Fœdus inter Galliarum Regem, & Ludovicum Sfortiam. 536
§. 58. Bellicus Neapolitani Regis apparatus adverſus Gallos. 537
§ 59 Ferdinandus Gallorum apparatu territus. 539
§. 60. Legatio Ferdinandi ad Galliarum Regem. 541
§. 61. Ferdinandi perfugium ad Papam, Venetos, & Reges Catholicos. 542
§. 62. Caroli Legatio ad Papam, Venetos, & Florentinos. 543
§ 63. Venetorum excuſatio ob bellum Turcicum. 544
§. 64. Florentini ægerrime Regis petito aquieſcentes. 545
§ 65. Ambiguum, ac vulgare Pontificis reſponſum. 546
§. 66. Friderici III. Imperatoris obitus. 547
§. 67. Maximilianus Imperii Succeſſor. 549
§. 68. Pontificis ſtudium Hungaros ad pacem & Huſſitas ad Eccleſiam revocandi. 550
§. 69. Epiſcopalium Sedium erectio in Granatenſi Regno. 552
§. 70. Suprema adminiſtratio trium Ordinum militarium in Hiſpania a Papa Ferdinando conceſſa. 553
§. 71 Chriſtophori Columbi reditus in Hiſpaniam. 555
§. 72. Novus orbis a Columbo detectus Regibus Hiſpaniæ a Papa donatus. 559
§ 73. Diſſidium inter Caſtellæ & Luſitaniæ Reges de novi orbis Imperio 559
§. 74. Cardinales ab Alexandro VI. creati. 560
§ 75. Ordo S Franciſci de Paula a Pontifice confirmatus. 562
§. 76. Breve abſolutionis Pico Mirandulano a Papa conceſſum. 564

§. 77.

§. 77. Censura Facultatis Theologicæ Parisiensis de Astrologia Judiciaria. 565
§. 78. Aliæ Censuræ quarumdam Propositionum. 567
§. 79. Ferdinandi Neapolitani Regis obitus. 568
§. 80. Ferdinandi & Alphonsi ejusdem Filii indoles. 569
§. 81. Alphonsus novus Neapolis Rex investituram a Papa petit. 571
§. 82. Novi Senatorum conatus ad impediendum Regis iter. 572
§. 83. Consilia Regis de bello suasu Cardinalis maturata. 573
§. 84 Legatio Regis Franciæ in Italiam. 574
§. 85. Legati a Papa minus benigne excepti. 575
§. 86 Proxima Regis profectio in Italiam. 577
§. 87. Rex Lugduno Gratianopolim profectus. 578
§. 88. Classis Neapolitana ab Aurelianensi oppugnata. 579
§. 89. Rex Astam ingressus, pustularum morbo affectus 580
§. 90. Fœdus cum Bajazethe a Papa propositum. 582
§. 91. Bajazethis responsum ad Papam. 583
§. 92. Auxilia Castellæ, atque Arragoniæ Regum implorata. 584
§. 93. Pontificis monita a Galliarum Rege neglecta. 585
§. 94. Caroli VIII. exercitus in Italia. 587
§. 95. Alphonsus Genuam improviso capere molitus. 588
§. 96. Alphonsus, & Petrus Medicæus discordias inter Galliarum Regem & Ludovicum seminare conati 590
§ 97. Ludovicus objectam sibi perfidiam apud Carolum purgare conatus. 592
§. 98. Rex Papiæ Juvenem Mediolani Ducem invisit. 594

§. 99

§. 99. Joannis Galeatii Juvenis Mediolani Ducis obitus. 595
§ 100. Ducatus Mediolanenſis a Ludovico uſurpatus. 596
§. 101. De itinere verſus Neapolim conſultatum 597
§. 102. Florentini ob Sereſanellum a Rege obſeſſum perterriti. 599
§. 103. Fœdus Petri cum Rege Sereſanelli initum. 600
§. 104. Commoda in Gallos ex hoc fœdere redundantia 601
§. 105. Galliarum Rex a Lucenſibus & Piſanis receptus. 603
§. 106. Seditio Piſanorum contra Florentinos. 605
§. 107. Contentio Ludovici de Sereſanello, & Petra ſancta arcibus. 606
§. 108. Petrus de Medicis Florentia profugus. 607
§. 109. Petrus Florentiam reverti ab amicis rogatus. 609
§. 110. Petrus ad Regem venire ſollicitatus. 610
§. 111. Regis ingreſſus Florentiam 611
§. 112. Diſcordiæ Gallos inter & Florentinos. 612
§. 113. Concordia Florentinorum cum Rege Carolo. 613
§. 114. Rex Florentia Senas profectus. 614
§. 115. Calabriæ Dux caſtra Viterbii ponere prohibitus. 615
§ 116. Papa turbatus Legatos ad Regem mittit. 616
§. 117. Minæ Regis de convocanda Synodo adverſus Papam. 618
§. 118. Rex Viterbio Nepitam profectus. 620
§ 119 Papa ad arcem S. Angeli profugus. 621
§. 120. Galliarum Rex Romam ingreſſus. 621
§. 121. Ementitus Dux Eboracenſis a viduæ Burgundiæ Duciſſa in Henricum VII. concitatus 623
§. 122. Perkinus Dux perſonatus in Flandria apud Duciſſam. 624

§. 123.

§. 123. Perkinus in Hibernia velut genuinus Eboracenſis Dux exceptus. 626
§. 124. Conſpiratio in Anglia in favorem Perkini. 626
§. 125. Henrici inveſtigatio in Eboracenſis Ducis obitum, & Perkini originem. 627
§. 126. Conjuratorum præcipui capti, ac puniti. 63
§. 127. Huſſitarum motus in Bohemia. 63
§. 128. Judæorum crudelitas erga adoleſcentem Chriſtianum. 63
§. 129. Ordo mulierum pœnitentum. 63
§. 130. Res Luſitaniæ. 63
§. 131. Jus Africam occupandi Regibus Catholicis a Papa conceſſum. 63
§. 132. Ordo militaris Equitum S. Georgii a Papa confirmatus 63
§. 133. Joannis Pici Mirandulani obitus. 63
§. 134. Angeli Politiani extrema 64
§. 135. Bernardini Tomitani fata. 64
§. 136. Opera Trithemii, ejusque controverſia de Conceptione B. V. Mariæ. 64

HISTO.



Ludovicus IX. Rex ad pedes S. Francisci de Paula provolutus.

I. Sterckhn. fec. A.V.

HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ

LIBER CXV.

SIXTUS IV. PONTIFEX MAXIMUS.
FRIDERICUS III. OCCIDENT. IMPERATOR.

§. I.

Papa ad veniam Florentinis dandam tardus.

Difficilior erat, quam credebatur Pontificis cum Florentinis reconciliatio, nil proficientibus Franciæ Legatorum precibus, atque minis. Exstat hanc *Papiens. epist. 680.* in

Secul. XV. A.C. 1479.

Sæcul. XV. A. C. 1479.

in rem Epistola, quam Anno millesimo quadringentesimo septuagesimo nono die prima Januarii ad Cardinalem Papiensem quidam illius Amicus Romadedit, ac de rebus Mediolanensibus agen hæc scripsit: *Legationes de pace ex tot orbe Romam missæ, infecto negotio domu redierunt. Occlusit aures sanctissimus Dominus flecti nescius: in postulatis illa est pracipua contentio, ut Laurentius Medicæ Florentia expellatur, atque dedatur.* Hi idem Amicus Cardinalem adhortatur, Papam a vindicanda Pisani Archiepisc pi cæde avocaret, *Da operam*, inquit le, *circa summi Pontificis aures, qualem b ni omnes cupiunt. Sat pugnatum est, n fortasse nisi temere utrobique. Sed ea sanctissimi Domini gloria, nolle etiamsi po sit, dolorem ultra ulcisci. Cernis, quo periculo versemur. Immanissimi hostes Tu cæ præ foribus sunt, quibus Respublic Christiana intestinis discordiis proditu* Nihilominus plusquam integer annus e fluxerat, donec deferveſceret ira Pontifcis, & quamvis Regibus, & Principibu Christianis concordiam assidue com mendaret, rogaretque, ut junctis animi atque viribus bellum adversus Turca suſciperent, ipse tamen pacem fidelibu Christianis concedere recusabat, eoquod hac agendi ratione de Medicæis ultionem sumere statuisset, si tamen potissima

Scripto-

Scriptorum pars hac in re fidem meretur. (*) Sæcul. XV. A.C. 1479.

§. II.

Petri Oxomensis errores damnati.

Hoc anno Sixtus IV. confirmavit sententiam, qua Alphonsus Carillus Toletanus Archiepiscopus errores perstrinxit, quos Petrus Oxomensis Theologiæ in urbe Salmanticensi Doctor vulgaverat; hic enim in quodam tractatu de confessione typis impresso sequentes erroneas propositiones docebat. I. *Peccata mortalia tam quoad culpam, quam quoad pœnam alterius vitæ sine respectu ad claves Ecclesiæ sola cordis contritione delentur.* II. *Confessio peccatorum in particulari & quoad speciem non a jure divino, sed duntaxat ab universalis Ecclesiæ decreto descendit.* III. *Pravæ cogitationes confessioni non sunt subjiciendæ, sed sola displicentia absque ordine ad confessionem expiandæ.* IV. *Peccata occulta, non vero aliis cognita confessione sunt perpurganda.* V. *Confitentibus absolutio ante adimpletam injunctæ* *Argentre collect judic. de nov. error p. 298.*

(*) *Impia pax, quæ enormi scelere obnoxiis, & contumacibus, cum læsione sacrarum legum, ac Pontificiæ auctoritatis vilipensione, concessa fuisset; ac præcox veniæ facilitas, & impunitatis spes maxima est illecebra peccandi.*

Sæcul. XV. A. C. 1479.

ctæ pœnitentiæ ſatisfactionem non eſt conce-denda. VI. *Nec poteſt Pontifex Purgatorii pœnas remittere.* VII, *Eccleſia urbis Romanæ in ſuis deciſionibus errare poteſt.* VIII. *Papa non poteſt ſuper his, quæ uni-verſalis Eccleſia ſtatuit, diſpenſare.* IX. *Sacramentum pœnitentiæ quantum ad gratiam quam producit, eſt Sacramentum legis na-turæ, nec in veteri nec in novo Teſtamenti inſtitutum.* Pater Natalis Alexander re-ferens Oxomenſis errores, nec ſexti, ſe-ptimi, nec octavi mentionem facit, quam-vis eos Caranza in ſua Summa Concilio-rum recenſeat.

P. Alex. hiſt. Eccl. part. 1. ſæcl. 15. p. 429 Caranza ad hunc annum.

§. III.

Archiepiſcopi Toletani ſententia Pontifice confirmata.

Alphonſus Carillus Toletanus Archi-epiſcopus has propoſitiones a plu-mis Doctoribus per plures dies matu-diſcuti juſſit, easque hanc in rem convo-catis Viris ſuæ Diœceſis ſcientia long-eminentiſſimis damnavit, edicto die vi-geſima quarta Maji promulgato decla-rans, eas eſſe *hæreticas, erroneas, ſcanda-loſas, male ſonantes*, atque *Auctoris li-brum a Promotore fidei igni adjudicandum.* Præterea omnes, niſi mentem mutarent anathematis ignominia notavit, qui ho-ſce errores tenerent. Hæc Archiepiſco-

pi

pi sententia Romæ confirmata fuit Constitutione Sixti IV. summi Pontificis quinto Idus Augusti, seu die nona ejusdem Mensis edita, *multas alias*, inquit, *Petri pravas assertiones propter earum enormitatem subticemus, ut ii, qui de illis notitiam haberent, obliviscerentur earum, & qui eas ignorarent, non instruerentur ex earum propalatione.* Hæc Constitutio integra ab Argentreo Tutelensi Episcopo in sua collectione recitatur, qui etiam ejusdem Petri Oxomensis retractationem recenset, quam celebris quidam ea ætate Theologus Joannes Prexanus nomine, exagitandam suscepit justo volumine.

Sæcul. XV. A.C. 1479.

Argentr. ib. pag. 300. Bannez in 2. 2. S. Th. q. 1. art. 10. Bull. tom. 1. Sixt. IV. Constit. 17.

§. IV.

Joannes de Wesalia ab Inquisitione damnatus.

Eodem anno Joannes de Wesalia Theologiæ Doctor, ac Concionator in Ecclesia Wormatiensi quasdam prædicabat assertiones ab Inquisitione damnatas: Has inter prima erat *Episcopi non habent auctoritatem condendi leges*; II. *Indulgentiæ nullius sunt momenti*, III. *nulla habenda est fides scriptis ac dictis Patrum*, IV. *Mandata Ecclesiæ non obligant ad peccatum.* Insuper de gratia sequentes vulgabat propositiones: I. *Soli Dei gratia salvantur electi. Et quem Deus vult*

Argent. ibid. p. 290. in fascr. rer. nov. edit. tom. 7. p. 325.

Sæcul. XV. A.C. 1479

salvare donando ipsi gratiam, si omnes Sacerdotes vellent illum damnare, aut excommunicare, adhuc salvaretur ille. Et quem Deus vult damnare, si omnes Presbyteri, Papa, & alii vellent hunc salvare, adhuc ipse damnaretur.

II. *Si nullus unquam Papa fuisset, adhuc salvati fuissent hi, qui salvati sunt. Papa, & Episcopi, & Sacerdotes nihil sunt ad salutem; sed sola concordia sufficit, & pax hominum, & pacifice vivere.*

III. *Si S. Petrus instituisset jejunium, forte ideo feciſſet, ut eo melius pisces suos vendidisset.*

IV. *Christus nunquam instituit aliquod jejunium, nec prohibuit quemcunque cibum quocunque die, sicut carnes essent.*

V. *Sacrum oleum est, sicut aliud oleum, quod comedis domi in offa.*

VI. *Christus nullum festum præcepit celebrare. Item, nullam orationem docuit, nisi Dominicam: neque mandavit Sacerdotibus canere, vel legere septem horas Canonicas, jam longas, jam breves Matutinas. Si Missa jam est gravata in Christianitate. Dum enim S. Petrus legeret Missam, præmisso solo,* Pater noster, *consecravit, & se, & alios communicavit, tunc totum fuit expeditum.*

VII. *Scriptura sacra non dicit Spiritum Sanctum procedere a Filio.*

VIII.

VIII. *Peregrinantes Romam fatui* Sæcul. XV. A.C. 1479.
sunt.

IX. *In Symbolo Fidei circa illum articulum* sanctam Ecclesiam, *ego non pono* Catholicam, *neque Hieronymus ponit, quia Catholica seu universalis Congregatio omnium Baptizatorum non est sancta.*

§. V.

Joannes de Wesalia Palinodiam canere compulsus.

Archiepiscopus Moguntinus datis ad Heidelbergensem, & Colonienſem Universitatem literis hasce Joannis de Wesalia propositiones examinari efflagitabat; quapropter hanc in rem frequentes instituebantur consultationes, quibus cum interesset Joannes, suæ doctrinæ rationem reddere compulsus est, præcipue circa ea, quæ de indulgentiis, de satisfactione pro pœnis peccatorum, de potestate Ecclesiæ, de consecratione & benedictione Altarium, omniumque, quæ Sacrificium Missæ concernunt, necnon de Matrimonio, & de gradibus consanguinitatis, ac denique de salute prædestinatorum asserebat. His quæstionibus propositis, plures aliæ habebantur Sessiones, in quarum una decretum est, ad Joannem de his accusatum tres ablegandos esse Viros, qui eum ad revocan-

Argentr. p. 297.

Sæcul XV. A.C.1470

dos suos errores hortarentur; Ille primum tergiversabatur, demum biduo post responsum dabat, se ad revocationem opinionis suæ paratum esse. Ergo Joannes coram Archiepiscopo, nonnullis Præsulibus, ac plurimis Doctoribus comparet, iisque præsentibus Inquisitoris jussu, quæ temerarie sparserat, retractavit: Examinatores vero, cum Joannis caussam immoderato animi impetu agitasse dicerentur, criminationes eorum effugere haud poterant, qui contendebant, quod cum majori lenitate ac clementia res pertractari debuisset, præcipue cum ex assertionibus Joanni adscriptis nonnullæ sana interpretatione temperatæ propugnari possent.

§. VI.

Papiensis Cardinalis obitus.

Aubery hist. Card.
Paul. Jov. in elog. c. 20.

Hoc anno Jacobus Papiensis Cardinalis sub nomine Ammanati, & Piccolominæi notus e vita migravit. Natus erat Lucæ ex familia non adeo nobili, clarior autem evasit ob ingenii excellentiam, ac insignes in literis progressus. Romam delatus primum Cardinali Capranicæ, postea Calisto III. ac demum Pio II. ab epistolis fuit; Idem Pontifex, cum in omnes literatos summe benevolus esset, Jacobum singulari benevolen-

Leonard. Aretin. de script. Ital.

tia

tia profecutus est, eumque Piccolominææ familiæ, unde ipse Pius ortum traxerat, per adoptionem accensuit, atque ad Papiensem sedem evexit, tandemque Anno millesimo quadringentesimo sexagesimo primo Purpuratorum collegio adscripsit. Pio II. Pontificatum gerente gravibus præficiebatur negotiis, necnon sub Sixto IV. celebri legatione in Umbria functus ab eodem Tusculanæ Ecclesiæ ac Lucensis dignitate augebatur. Edidit varios ingenii sui partus, ex quibus ad posteros transmissum est volumen epistolarum, necnon historia sui temporis, seu commentariorum libri septem, quibus omnia per Europam gesta a Pii II. profectione Anconitana usque ad mortem Cardinalis Carvajali, id est ab Anno millesimo quadringentesimo sexagesimo quarto usque ad Annum sexagesimum nonum calamo suo emensus est. Hic Vir omni laude dignissimus, cum quartanæ febris morbo aliquantulum laborasset, imperitissimi cujusdam Medici ex quodam pago acciti consilio usus, adeo violentum sumpsit medicamen, ut eo hausto paulo post e vivis excesserit in oppido Laurento prope lacum Volsinensem die decima Septembris, postquam annos quinquaginta septem, sex Menses, duosque dies expleverat. Corpus ejus ex Pontificis & Cardinalium decreto Romam delatum

Sæcul. XV. A C. 1479.

Paul. Jov. l. cit.

Sæcul. XV. A. C. 1479.

tum in æde Fratrum Eremitarum S. Augustini sepulchro conditum est, quamvis ipse testamento, quod ad calcem suarum epistolarum legitur, cavisset, ut in Ecclesia Sancti Petri penes Pium II. Benefactorem suum reponeretur; aut suprema ejus voluntas emergentibus aliis causis immutata est. Hujus Cardinalis vitam Jacobus Volaterranus, quem a secretis habuit, succincto admodum calamo descripsit, (*) testaturque, Papiensem praeter suos commentarios atque epistolas scripsisse summorum Pontificum vitas quæ tamen nunquam in publicam lucem prodierunt. Ex ejus epistolis tamen conjicimus, Cardinalem in animo habuisse, amplam omnium suo ævo gestorum historiam concinnare. Ceterum suos Commentarios typis impressos Cardinali de Ambacia nuncupabat.

§. VII.

Turcæ ab Hungaris cæsi.

Vehementiam doloris, quo summus Pontifex Cardinalis Papiensis mortem planxit, felix faustusque nuncius mitigabat: quippe sub idem ferme tempus Papa literas accepit, quibus Turcas ab

(*) *Exstat ante opera Cardinalis Papiensis.*

ab Hungaris ingenti cæde proſtratos fuiſſe nunciabatur: Cum enim Barbarorum centum millia cum quinque eorum Ducibus, quos Baſſas vocant, Tranſilvaniam infeſtis armis invaderent, Hungari horum adventum edocti ad defendendam Provinciam cum exercitu in tria agmina diviſo, totidemque Ducibus commiſſo accurrebant. Hos inter Belliduces haud infimus erat Stephanus Batorius, qui in primam Turcarum aciem incidit, eamque aggreſſus eſt; unde acerrimum, ac pertinax initur prælium, quod vix Stephanus ſuſtinere potuiſſet, niſi reliqua duo agmina prompto adfuiſſent auxilio; Ergo hi tres Belliduces junctis viribus in Turcas irruunt, eosque ingenti clade fugant, cæduntque. Hujus victoriæ gloriam Stephanus Batorius Matthiæ Regi in acceptis referebat, qui tamen interim gravi pedum dolore in Hungaria decumbebat; Nihilominus Matthias, licet adverſa valetudine affectus eſſet, ſub idem tamen tempus bellum adverſus Fridericum Imperatorem reſtaurabat; gravi enim in Cæſarem ira accendebatur, vel ob pecuniam in nupero tractatu promiſſam, necdum tamen ſolutam, vel ob Hungariæ Coronam a Friderico detentam, quam Bernardus Strigonienſis Archiepiſcopus, a cujus arbitrio Cæſar totus dependebat, unacum

Sæcul. XV. A.C. 1479.

Cromer. l. 29.

Bonfin 4. decad. 6.

the-

Sæcul. XV. A. C. 1479.

thesauro Regio in Germaniam eo fine transtulerat, ut vindictam sumeret de connubio, quod Matthias Hungariæ Rex contraxerat non sine violatione pactorum, quæ cum Friderico Imperatore inierat. Nihilominus hoc bellum paulo post induciis utrinque sancitis extinctum fuit.

§. VIII.

Prima Moschovitici Imperii auspicia.

Possevin. de rebus Moscov. Petrus Petræus de Edelsunda Chro. Mosco.

Hoc item anno novum in orbe cæpit exurgere, vel saltem innotescere imperium Czaræ id est magni Ducis Russiæ seu Moscoviæ. Adeo incerta, atque obscura sunt antiquiora hujus regni monumenta, ut ubi de aliarum regionum historia amplus excurrendi campus aperitur, de hac vix quicquam tuti fide afferere liceat: quæ tamen ex Historicis depromere potuimus, hic subjicimus. Juxta horum ergo relationem Woldomira Eslai filius erat primus hujus Provinciæ Dux seu Princeps; hic Anno Domini nongentesimo octogesimo octavo a Græcis ad Christiana sacra receptus est, nomenque Basilii in sacro fonte suscepit. Successorem habuit Jroslaum, post cujus obitum continua serie recensentur Wzevoldus, Wolodomira II, & Wzevoldus II, ac demum alii septem, quorum

quorum nomina ignorantur. Hos excipiunt Georgius I, Demetrius I, Georgius II, qui a Batto Tartarorum Rege Anno milleſimo ducenteſimo trigeſimo ſeptimo trucidatus obiit; ſequebantur Jroslaus Georgii II. frater, Alexander, Daniel, Joannes cognomento *Kaleta*, id eſt Crumena, ita dictus, eoquod plerumque pro eleemoſyna pauperibus elargienda marſupium deferret. Regnabant poſtea Simeon, & Joannes II. Baſilii II. frater, necnon Demetrius ejusdem Baſilii filius, qui anno Domini milleſimo quadringenteſimo vixit, eique Joannes Baſilides cognomento *Magnus* ſucceſſit, qui excuſſit Tartarorum jugum, a quibus Moſcoviæ Duces velut mancipia indigniſſime habiti fuerant. Hic Princeps conjugem ducebat Sophiam Palæologam, filiam illius Thomæ, qui Conſtantini XV. ultimi Conſtantinopolitani Imperatoris capta urbe occiſi frater erat. *Sæcul. XV. A.C. 1479.*

§. IX.

Tartarorum jugum a Joanne Baſilide Moſchorum Duce excuſſum.

Igitur Joannes Baſilides a dūræ ſervitutis jugo, quod ei Tartarorum potentia impoſuerat, feliciter ſeſe exemerat, atque in Ruſſia alba, quæ Lithuaniæ Duci parebat, plures occupaverat urbes, demum *Nicolaus l. 4. c. 72. Cromer. l. 29.*

Sæcul. XV. A.C. 1479.

demum vero amplam, insignemque Novogardiam Russiæ metropolim in suam potestatem redegit. Nec minus prospere res ei successit Moscoviæ, quam urbem flumen Moskua alluit, suumque nomen non solum præfatæ civitati, sed toti etiam regioni impertitur. Joanne igitur capta Novogardia cunctos Imperii sui Proceres urbe exire, eosque Moscuam abduci jussit, ibidemque sub specie convivii, præcipuos urbis incolas convocavit; cum vero circumcirca copias suas ad imperii nutum paratas haberet, his populis comminatus est, se eorum urbem obsessurum, penitusque eversurum, nisi ultro sese dederent. Cives, cum cunctos Patriæ suæ Proceres jamjam in Joannis potestatem redactos cernerent, sese quoque suaque omnia ejus arbitrio reliquerunt. Ceterum Moscovia celeberrimum totius Septentrionis emporium erat, atque ab illo tempore, quo ab Alexandro Witholdo subacta fuit, quotannis magno Lithuaniæ Duci centum aureorum millia pendebat; tantis enim abundabat divitiis, ut ex civium opibus ac præcipue ex Archiepiscopi ærario Joannes Basilides trecentos currus auro argento, unionibus & gemmis onustos exportari jusserit, ac nihilominus tertiam facultatum partem singulis civibus intactam reliquerit: Unde Joannes potentia vix ulli secundus evasit. §. X

Sæcul. XV. A.C. 1479.

§. X.

Moscoviæ Ducum servitus sub Tartaris.

Joannes potissimum impellente uxore sua durissimum Tartarorum, qui trans Volgam fluvium degebant, jugum excussit. Hi Russiam usque adeo sibi vectigalem, ac stipendiariam fecerunt, ut hujus Provinciæ Dux Tartarorum Legato, qui equo vehebatur, longius obviam pedes ire compelleretur. Eundem quoque honorem exhiberi petierunt eorum Oratoribus, quoties vel tributum exigebant, vel ob alia negotia advenerant; his etiam Dux poculum lactis equini, qui potus est Tartaris gratissimus, porrigere jubebatur, & si forte guttula inde in jubam equi defluxisset, eam lambere cogebatur; cum autem Tartarorum Imperatoris, quem *Cham* vocant, legerentur literæ, ipse Moscoviæ Dux eas percepturus, genua flectere tenebatur, nec ullum hujus Imperatoris imperium, etiamsi bellum contra Christianos, fœderatos, aut sanguine sibi junctos indiceretur, detrectare poterat. Subacta autem Novogardia atque Moscovia, Joannes Basilides non modo ab aliena dominatione liber evasit, sed etiam ad tantam exsrevit potentiam, ut ceteris terrori esset, ac

Krantz. 18. *Vandal.* 15.

Sæcul. XV. A C. 1479. ac Poloniæ Rex, necnon magnus Lithuaniæ Dux satius ducerent cum eo indutias pacisci, quam cum tam valido hoste congredi.

§. XI.

Quis primus titulum Czar adoptaverit?

Inter Moschorum Duces omnium primus Basilidis Filius appellari voluit *Moscoviæ & Russiæ Czar*, quod nomen juxta quorumdam Auctorum opinionem idem sonat ac *Imperator*. Agebatur autem annus Domini millesimus septingentesimus vigesimus primus, cum Moscovitarum Czar primus adoptaret titulum Imperatoris Russiæ, quem ab Imperatore Turcarum obtinuit, eundemque Hollandiæ Provinciæ Anno millesimo septingentesimo vigesimo secundo tanquam Cæsarem agnoverunt. Referunt nonnulli Moscoviticarum rerum Scriptores, quod Joannes Basilides Novogardiam subegerit, opera usus Theophili Archiepiscopi, qui supremam in urbe auctoritatem habebat, ac vindictam parabat adversus præcipuos illius cives, eoquod illi a suo ritu, qui a Græco haud absimilis erat, ad Romanam Ecclesiam transire meditarentur; Tunc enim Russi adhuc dum Constantinopolitani Patriarchæ jurisdictio-

risdictioni subjecti, religiose ritum græcum sequebantur, tractu vero temporis Lutheri, & Zwinglii hæreses amplexati sunt. Nihilominus Joannes Archiepiscopum neglecto, quod ei præstitit, obsequio, sede sua expulit, aliumque in ejus locum subrogavit, cui tamen exiguam admodum redituum portionem concessit, Principatum autem Novogardiensem usque ad Lithuaniam, Finlandiam, Sueciam & Norvegiam extendit. Tum nonnisi triginta octo vel novem annos natus erat, eumque Contarenus patria Venetus in suo itinerario Persico plurimum commendat, narratque, se sæpius eidem non sine animi sui gaudio collocutum, illumque forma Regiæ Majestatis digna præditum fuisse. Hic idem Contarenus Anno millesimo quadringentesimo septuagesimo secundo ad Usumcassanum Persarum Regem, quem Orientales Osum-Asambegum appellant, a Venetis ablegatus fuerat, inde vero Anno supra millesimum quadringentesimo septuagesimo septimo reversus, italico idiomate in lucem edidit Persici itineris sui historiam, quam postea Jacobus Geuderus latine reddidit, & collectioni Scriptorum rerum persicarum inseruit. (*)

Sæcul. XV. A.C. 1479.

Contar. in itiner. Persico.

§. XII.

(*) *Hæc collectio prodiit Francofordiæ anno* 1601.

Sæcul. XV.
A. C. 1479.

§. XII.

Joannis Arragoniæ Regis obitus

Marian hiſt. Hiſp l. 4, *c.* 18 *Surita l.* 20. *c.* 27.

Hoc anno in Menſe Januario Barcino Joannes Arragoniæ Rex extremu clauſit diem, poſtquam ferme octoge mum ſecundum ætatis ſuæ annum e pleverat. Poſt ejus obitum agi cæptu eſt de pace Luſitanos inter & Caſtell nos: Joannes enim, poſtquam quinqu ginta tribus annis Navarræ, & vix n viginti duobus Arragoniæ imperium nebat, teſtamenti tabulis Ferdinandu Arragoniæ Regni hæredem ſcripſit, N varræ autem ſceptrum Eleonoræ fil ſuæ Comitis Fuxi viduæ reliquit. H ita conſtitutis pax rediit, tandemque f mata eſt, indefeſſa opera ac ſtudio Be tricis, quæ erat magna auctoritate p rique prudentia percelebris fœmina, n non Iſabellæ matertera, & Joannis L ſitaniæ Principis ſocrus. Referunt H ſtorici, inter pacis conditiones has fui præcipuas I. Alphonſus Luſitaniæ R Caſtellæ Regis nomine, regiisque inſig bus abſtineret, II. Ferdinandus titulu Luſitaniæ Regis, quem eodem tempo ſibi attribuebat, deponeret; nec Joan amplius ſe Reginam vel Principem pellari pateretur; III. Alphonſus vero f conjugem duceret Iſabellam natu ma re

rem Ferdinandi filiam, & Joanna connubiali fœdere Joanni Aſturiæ Principi jungeretur; cum vero hic, ejusque ſoror adhucdum teneræ eſſent ætatis, ambo curæ Beatricis committerentur, donec ad nuptias maturi fierent. Sæcul. XV. A.C. 1479.

§. XIII.

Pax Caſtellanos inter & Luſitanos.

Alia adhuc ſanciebatur pacis conditio, qua cautum, quod ſi forte Joanna apta Viro, Joanni nubere recuſaret, annuam ex Caſtellæ regno centum millium Duplionum (*) penſionem, vel Tarenſem urbem cum adjacentibus terris acciperet, ſi vero neutram harum conditionum ratam haberet, quoddam monaſterium ex illis quinque, quæ in concordiæ tabulis expreſſa erant, ingrederetur. Joanna omni ſpe ad coronam dejecta clauſtri ſolitudinem ſelegit, & Conimbricæ in aſceterio Virginum S. Claræ ſacrum habitum ſuſcepit, ac poſtea perpetua votorum ſponſione ſe Deo adſtrinxit, ubi etiam cum ingenti pietatis laude plures annos tranſegit. *Marian. ib.* *Taro*

§. XIV.

(*) *Eſt nummus Hiſpanorum aureus vulgo* Piſtol. *vocatus, qui quatuor noſtrorum Imperialium valorem adæquat.*

Sæcul. XV.
A. C. 1479.

§. XIV.

Eleonora Comitis Fuxi vidua, Navarræ Regina.

Marian. l. 20 c. 19.

Igitur Eleonora Ferdinandi ex Patre Sororor, necnon Soror germana Caroli Vinæ Principis, & Gaſtonis Comitis Fux olim conjux regnum Navarræ ſibi materno jure debitum obtinuit : Aſt exiguo admodum tempore regni habena moderabatur, paulopoſt e vivis ſublati Superſtites habuit quatuor filios, & quinque filias. Franciſcus, qui ex maſculi progenie natu major Gaſtonis filius erat ante obitum Patris ac Matris ſuæ di vigeſima tertia Novembris Anno mille ſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo ſtis functus eſt, reliquit tamen Franciſcum Phæbum, qui nonniſi undecim annorum puer tutellæ concreditus eſt Magdalenæ Matris ſuæ Caroli VII. Filiæ, & Patrui ſui Petri Cardinalis de Fuxo, qui vere inſiſtebat virtutum veſtigiis quondam jam calcatis per ſeniorem ejusdem nominis Cardinalem, quem auctoritate ſua Arragonenſium tumultus ſedaſſe meminimus. Phœbus poſtea in Navarræ Regem ſalutatus, die vigeſima Januarii Anno Domini milleſimo quadringenteſimo octogeſimo tertio conjugio nunquam inito, veneno necatus vitam finivit.

§. XV.

Sæcul. XV.
A.C. 1479.

§. XV.

Insulæ Canariæ a Castellanis detectæ.

Pace Castellanos inter & Lusitanos firmata, Ferdinandus septuaginta navium classem, Ductore Francisco Henriquez, qui summi Castellæ Admiralis frater erat, Neapolin misit, & Turcas, qui in Apuliam excensionem fecerant, eamque fœde devastabant, ex Italia expulit: Alia vero ejusdem Ferdinandi classis Canarias Insulas detexit, easque sensim victricibus suis armis subjecit. Hæ Insulæ ad occidentalem plagam versus Africam sitæ sunt, atque regna Fezzanum & Maroccanum, quod olim *Mauritannia Tigurina* dicebatur, ex adverso respiciunt, ac ferme per transversum emporiis Boyadora & Nona clauduntur. Olim nonnisi sex earum, quæ a priscis vetustum *Fortunatarum* nomen obtinuerunt, cognitæ erant, nostra vero ætate septem omnino inclaruere, quarum potior est Canaria unacum Insula ejusdem nominis, quæ tum fructuum ubertate, tum eorum copia ceteris præcipua, ac octodecim vel viginti leucas in circuitu amplectitur, tamque clementi aeris genio abundat, ut frumenti segetes bis intra unius anni spatium albescant, to-

Hyer. Surita com. in itin. Antonini.

Gomer. hist. Indic.

Sæcul. XV. A.C.1479.

tusque Insulæ ambitus ubique feliciſſimi terræ proventibus redundet. Hanc quo que ipſe Gubernator incolit. Cetera autem Insulæ ſunt Tenariffa, Palma, Fo teventura, Gomera, Lancarota, & Ferr Anno milleſimo ducenteſimo nonageſi mo primo Auria & Viraldo Africa verſus in Oceani vaſtitatem cum duabu triremibus excurrebant, aſt nulla de e rum fato notitia rediit. Succeſſu tem poris Ludovicus de la Cerda Claremo tii Comes, Alphonſi X. Caſtellæ Regi Nepos eundem in Africæ plagas curſu reſumere meditabatur, verum quam ei Clemens VI. Papa has Inſulas dono d diſſet, atque eum Avenione illarum Rege nuncupaſſet, nihilominus Comes propo ſitum ſuum exequi ceſſabat. Demu Anno milleſimo quadringenteſimo prim Henricus III. Caſtellæ Rex easdem o cupandi facultatem conceſſit Robert Braquemontio, qui tamen hanc ſparta

Bretacour

reliquit Joanni de Bretacura ſuo propi quo. Is Regis titulo auctus, Anno mi leſimo quadringenteſimo decimo ſeptim in Inſula Lancarota propugnaculum e ſtrui curavit. Labentibus annis hæ In ſulæ pro viciſſitudine temporum diver celebrabantur nominibus, donec Ann milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſim nono Ferdinandus & Iſabella illas in ſuam poteſtatem penitus redigere cæpiſſent.

§. XVI

Sæcul. XV.
A. C 1479.

§. XVI.

Jugum Mediolanenſis Ducis a Genuenſibus excuſſum.

Hoc anno Reſpublica Genuenſis feliciter Ducis Mediolanenſis excuſſit jugum, quo quindecim circiter annos graviſſime premebatur: Genuenſes enim poſt crebras ſeditiones, indeque exorta civilia bella, ac plurimorum cædes, demum libertatem recuperarunt, moxque Joannem Baptiſtam Fulgoſium in Reipublicæ Ducem elegerunt, adjuncto octo Virorum Senatu. Hujus Reipublicæ jacturam Mediolanenſium Dux ægerrime ferebat, quapropter ut eam ſibi denuo aſſereret, omni ope & opera contendit; cum vero Genuenſem Principatum beneficio Regum Francorum obtinuiſſet, hinc Bonna de Sabaudia Joannis Galeatii Mater filii ſui nomine clientelarem de Genuenſium ditionibus fidem Philippo Comminæo, qui tum ex Galliis redux Mediolanum tranſibat, præſtitit. Id autem ideo ab ea factum nonnulli Auctores autumant, ut Regem ad recuperandum Genuæ Principatum induceret, qui tamen Sabaudæ voto minime acquievit, eoquod haud ſolitus eſſet, vires ſuas extra regnum transferre; Quin imo Ludovicus, ſi qua fides ſcriptoribus, cum quon-

Daniel. hiſt. Franc. tom. IV. p. 732.

Sæcul. XV. A.C. 1479.

dam Genuenſes profiterentur, quod ſe ejus præſidio penitus dicare parati eſſen haud alio illos dignabatur reſponſ quam ſequenti: „ *Vos quidem mihi vo* „ *metipſos donatis, ego autem dono v* „ *diabolo* „ quibus verbis eis ſignifica bat, ſe eorum obſequium flocci pende ſibique volubile gentis hujus genius adeo perſpectum eſſe, ut ſimulatis ejus modi officiis, atque verborum facilita fidem dare haud ultra vellet. Nihil minus Mediolanenſium Duces de h Principatu ſemper Galliarum Regi clie telare obſequium profeſſi ſunt, imo ip Rex ſeſe Genuenſium Dominum appell re conſueverat, prout inter alios huju Monarchæ titulos legitur.

§. XVII.

Angliæ Rex in Archiducem a L dovico XI. concitatus.

Commin. l. 6. c. 2.

Ludovicus XI. neglecta Genuenſis ob ſequii ſponſione totus in eo erat, u Angliæ Regem vel ſibi addictum ſerva ret, vel ſaltem ejus animum eo induce ret, ut neutri parti adhæreret. Haud ſegnius Maximilianus Archidux Au ſtriæ ſuis rebus invigilabat, unice inten tus, ut Eduardum a fœdere cum Galli jnito averteret, eumque rebus ſuis pro penſum redderet; Maximiliani conſiliis fortu-

fortuna adspirare videbatur; ipsum enim Angliæ Parlamentum, cum jam anno præcedenti ab Archiduce ad id stimularetur, novum hoc fœdus Eduardo suggessit; nec ullus inter Anglos reperiri poterat, qui bellum adversus Franciam unice in votis non haberet, Regique suo summam cum Flandris contra Gallos arma consociandi necessitatem non exponeret. Quocirca Ludovicus Rex, cum periculi sibi proxime impendentis præscius esset, illos, quorum obsequia rebus suis apud Anglos magis efficacia noverat, auctis pensionibus sibi devincire studuit, atque Eduardi Legatos insolitis honoribus cumulavit, eorumque prudentiam ac fidem oretenus, & literis celebravit. Inter ceteros, qui Ludovico magis utilem præbebant operam, præcipuus erat Hastingus supremus regii cubiculi Præfectus, qui a Galliarum Rege annua pensione locupletabatur. Nec sterilis erat Francorum pecunia adeo liberali manu in Anglos profusa; brevi enim, quamvis non sine multo labore, induciarum prorogatio subsequebatur. Sæcul. XV. A.C. 1479.

§. XVIII.

Burgundiæ Ducis Vidua Angliam petit, auxilium contra Ludovicum imploratura.

Interea Maximilianus impense rogabat

Sæcul. XV. A.C 1479.

Margaritam Eboracenſem Conjugis ſuæ Novercam, atque Eduardi IV. Regis Sororem, ut fratris ſui animum ad pangendum fœdus inclinare vellet. Ducissæ abſentia peropportuna accidit Maximiliani conſiliis; quippe ad aures ejus delatum erat, Julianum Ruuerejum Cardinalem S. Petri ad vincula, qui poſtea Pontifex ſub nomine Julii II. renuntiatus eſt, miſſum in Gallias Ludovicum Regem brevi acceſſurum, inde vero Flandriam petiturum, ut huic Ducissæ viduæ proponeret nuptias eidem plurimum proficuas, nec minus opulentas, dummodo & ipſa viciſſim ſponderet, ſe mutuo obſequio Cardinali præſto adfuturam. Cum vero Maximiliani res non parum turbatæ fuiſſent, ſi Duciſſa Cardinalis Legati conſiliis acquieviſſet, Archidux futuro diſcrimini obviaturus, eam precibus urget, ut ipſamet iter in Angliam ſuſcipere non gravaretur; Annuit Duciſſa, atque itineri ſeſe accingit, omnemque lapidem movet, ut Fratrem ſuum ab avito Gallorum fœdere abſtraheret atque ab Anglorum Rege copiarum ſubſidia obtineret.

§. XIX.

Fœdus inter Franciæ & Anglia Reges.

Verum Eduardus tam arcto amicitiæ nexu

Sæcul. XV. A. C. 1479.

nexu Ludovico adstringebatur, ut eum alienis precum lenociniis rumpere, inanis labor esset; præterea quinquaginta aureorum millium pensio fideliter numerata, necnon connubii fœdera inter Elisabetham Filiam suam & Delphinum inita tam fortia erant vincula, ut ægre admodum diffringi possent; quapropter Eduardus adeo a Gallorum partibus non discessit, ut etiam novum fœdus cum Francia erigeret, quod Mense Januario hujus Anni Londini firmatum, Eduardo titulum Galliarum Regis asseruit. Pater Daniel rem gestam ad currentem annum revocat, suæque sententiæ testes adducit Tractatus pacis a Leonardo collectos: verum, ni fallor, præsens concordiæ pactum ad proximum annum rejiciendum foret; Comminæus enim in historiæ suæ quinto volumine nuperrimæ editionis recitat tres Epistolas a Ducis Burgundiæ vidua ad Maximilianum datas, quarum prima die vigesima septimæa Julii, altera decima quarta Septembris Anni millesimi quadringentesimi septuagesimi noni, necnon tertia eodem anno ad Angliæ Regem scripta fuit; qua Duciſſa eidem sui discessus notitiam communicat; eo autem tempore præfatum cum Francia fœdus necdum erat firmatum. Unde illud ad initium Anni millesimi

Comm. edit. 1723. tom. V. p. 114. & seqq.

Secul. XV. A.C. 1479

milleſimi quadringenteſimi octogeſimi n vocandum cenſemus.

§. XX.

Copiæ a Flandris pro Maximilian conſcriptæ.

Comm. l. 6. c. 6.

Maximilianus ab Anglorum Rege der lictus, Germanos in belli ſocietate adverſus Ludovicum XI. ſibi conjunge conabatur, irrito tamen ſucceſſu, und Flandrorum auxilia implorare compul eſt. Nec deerat ejus conſiliis propiti rerum, temporisque viciſſitudo; hæc nim gens firmo ſtatuebat animo, quod ſo Archiducis Filio integram, prout Avu ejus eam reliquerat, ditionis hujus ha reditatem conſervare velit. Ergo Flandr omni cunctatione remota exercitum v ginti quinque armatorum millibus val dum inſtruunt, atque Archiduci copio ſas ſuppeditant pecunias, ut numeroſum militem in Germania conſcriberet. H ſce blandientis fortunæ præludiis captu Maximilianus, oblatam ſibi a Gallis indu ciarum prorogationem recuſabat; re au tem comperta Ludovicus Rex ad Archi ducem ablegat Curtonium, & Blandel lium, qui Archiducem Pedaventini a deunt, ubi in caſtris agebat cum ſuo Flan drorum exercitu, cui nonnullas Germa norum legiones, ac circiter trecento

Pede-Aventin

Anglo

Anglos adjunxerat. Maximilianus horum legatorum postulatis arrogantius repulsam dabat; ast commissi erroris pœnitens, Olivarium Marchianum ad Regem decernit, qui colloquii copiam peteret; cum vero hic Legatus non magis benevole, quam Ludovici oratores, exciperetur, nonnisi belli armorumque consilia agitabantur. Sæcul. XV. A.C 1479.

§. XXI.

Terouanna urbs ab Archiduce obsessa.

Maximilianus recuperationem omnium, quæ Ludovicus XI. ejus conjugi abstulerat, veluti futurarum victoriarum prolusionem fore sperabat: hinc superato Ponte-Aventino, Mense Augusto Terouannam obsidione cingit. Præerat urbi Santandreanus, qui invicto animi robore hostium impulsus sustinuit. Cordæus quoque, qui in Picardia Gallorum copiis imperabat, accurrit, eo fine, ut Maximilianum prius prælio devinceret, demum vero ad solvendam obsidionem compelleret. Archidux tum rebus suis pessime consulebat, cum nec copiis obsidionales fossas munitas teneret, nec milites suos in agmina divideret, sed obsidione soluta cum toto exercitu suo in unam aciem contracto in hostem moveret.

Sæcul. XV. A. C. 1479.

ret. Illius pedites, quorum curam ipse met cum Naſſovienſi & Remontio C mitibus partiebatur, mediam teneba aciem, Equites vero ſub Duce Raveſte nio utrumque exercitus cornu ſtipaba Cordæus, cum hoc ordine Archidu copiæ collocarentur, Guinegatæ, qu

Aire Aeriæ & Terouannæ urbibus interjac protinus ſuas quoque copias in acie inſtruxit, peditumque imperium ſibi ſe reſervavit, equitatui vero præfecit Joa

Torcy nem de Eſtutevilla, Torcii Toparcha dato eidem negotio, ut equites ſuos p mus ad pugnam educeret.

§. XXII.

Guinegatanum prælium.

Comm. ibid. p. 396.

Torcius, quamvis non niſi mediam E quitum ſuorum partem in hoſtes i mitteret, reliquis ad peditum præſidi relictis, nihilominus ipſiusmet Ducis f expectatione majora molitus eſt; tant enim impetu in dextrum hoſtilis equit tus cornu irrupit, ut unaomnes in fuga ageret, abſciſſa ſeſe colligendi ſpe. A fortuna felicibus hiſce auſpiciis continu to victoriæ curſu defuit; Cordæus e nim alienam Centurionis ſui gloriam mo leſte ferens, ac propriæ plus juſto cupi dus, cum reſidua equitum phalange i ſiniſtrum Maximiliani agmen tanta v

effun

effunditur, ut illud primo insultu ad fugam propenderet, altero autem profligaretur, & non modo Equites, qui mox cædebantur, sed & illi, quos nuper Torcius devicerat, Aeriam versus turbatis adeo ordinibus pedem referrent, ut ad insequendos fugitivos jam sufficeret unam Equitum Gallorum, qui dissipatis aciem restaurandi spatium præriperent, partem immittere, alteram vero peditibus Gallis adjungere. Cum autem Cordæus magis gregarii militis, quam providi Ducis partes expleret, non solum Torcio fugientium tergis insistere præcepit, sed ipsus quoque ferocius quam cautius illis institit; unde factum, quod equites Galli inopinate a peditibus tam longe abriperentur, ut hi ab illis emergente necessitatis casu haud ultra defendi potuerint. Sæcul. XV. A.C. 1479.

§. XXIII.

Archiducis victoria.

Belliduces Maximiliani Gallorum imprudentia opportune utebantur, moxque pedites Flandros, qui jamjam ad fugam inclinabant, ad signa revocant, eosque adhortantur, ut animo minime concidant, ipsis quidem Equitum præsidia deesse; ast non minus & Gallos equitatu suo destitutos hærere, ceterum Flandros & numero & animo hostibus suis longe

Sæcul. XV. C. A. 1479.

longe superiores esse. Adhuc loquebantur, & Flandri Ducum suorum hortatu in victoriæ spem erecti, Gallorum pedites aggrediuntur, auctoque cum cæde metu eos profligant, fugantque, adeo, ut Maximiliano prælii acies, & victoriæ gloria cesserit: nec tamen æquata utrinque clade; Archidux enim ferme novem millia suorum amiserat desideratis duntaxat quatuor Gallorum millibus. Insuper Cordæus nongentos ex hostium exercitu secum captos abduxit.

§. XXIV.

Archidux neglecta Terouannensi obsidione in cujusdam arcis expugnatione detentus.

Chron scand. ap. Comm. edit. ultim tom. 2. p. 259.

Hæc suorum jactura Maximilianum præpediebat, ne Terouannæ urbis obsidionem prosequeretur, quare copias suas, improbo licet consilio, ad expugnandam arcem, quæ Malanojum dicebatur, admovit. Remonetius arcem, cui cum centum circiter quinquaginta Vasconibus præerat, strenue diuque propugnat, cumque milites sui præsidiarii jam ternos oppugnantium impetus sustinerent, tandem viribus fracti succumbunt, ac ferme omnes ante disjecti muri ruinas jugulati pereunt. Remonetius captus, ad Maximilianum ducitur, ejusque

que jussu, contra belli leges (*) laqueo suffocatur. Rex hac injuria concitatus, ignominiosam hujus mortem vindicare statuit, ac vicissim quinquaginta ex nobilioribus, quos ad Guinegatam captivos fecerat, eodem supplicio, variis in locis affecit; septem enim ex illustrioribus in eodem loco, ubi Remonetius strangulatus erat, alios decem ante Duacensis urbis portas, totidemque Audomaropoli, Atrebati & Insulis manu carnificis suspendi jussit. Aderat quoque supremus capitalis Tribunus unacum octingentis lanceariis, & peditum sex millibus, quæ copiæ peracto supplicio Guinam contendebant, indeque in Flandriam irrumpentes septendecim urbes seu castra occupabant, cunctosque hostium, quos eis sors & casus in manus dederant, promiscua cæde delebant, abactisque bobus, vaccis, & equis, omnia ferro atque incendio devastabant. Accurrit quoque in Flandrorum

Sæcul. XV. A. C. 1479.

(*) *Hanc pœnam merito tulit Remonetius, quia contra belli leges deditione jam facta, magnam vim pulveris pyrei sub stramine abdiderat, qui postea incensus victores prædam scrutantes magna clade affecerat.* Vide Palatium in vita Friderici V. num. 281. & alios. *Nec amor patriæ historici fidelitatem, minus historiæ veritatem unquam corrumpere deberet.*

Sæcul. XV. A.C 1480.

drorum pœnam Pirata quidam natione Normannus, cognomento Coulonius, seu Columnus, qui octoginta naves frumento in Prussia mox coempto onustas, omnesque, quas ceperant, haleces Flandris abstulit: Unde ingens universæ huic regioni damnum accrevit. Post hæc bellicis expeditionibus brevi finis impositus, totaque reliqua anni parte utrinque ab armis cessatum est. Demum de pace agebatur, quam ut summus Pontifex inter dissidentes conciliaret, Legatum suum in Gallias decrevit.

§. XXV.

Cardinalis S. Petri ad vincula in Gallias ablegatus.

Missus est a Pontifice Julianus Ruverejus Cardinalis tit. S. Petri ad vincula, qui jam quatuor ante annos alia legatione functus, in Gallias venerat. Huic præcipue datum est negotium, ut inter Ludovicum XI. & Maximilianum Austriæ Ducem pacis fœdera componeret: Igitur mense Septembri hoc anno millesimo quadringentesimo octogesimo Lutetiam Parisiorum pervenit, ibidemque honorifice exceptus Regem adiit, quem expectatione sua proniorem ad revocandam concordiam experiebatur: Ludovicus enim ob Guinegatanam cladem

dem acerbo dolore angebatur, ratus, suo- Sæcul XV.
rum cædem numero longe majorem A.C.1480.
fuisse, quam fama ad ejus aures detu-
lisset; præterea persuasum sibi habebat,
quod jamjam Maximilianus cuncta, quæ
Galli Archiducis conjugi in Belgio eri-
puerunt, victricibus armis recuperasset;
eum enim victoriæ suæ felicitate oppor-
tune usum fuisse, minime dubitabat; quin
imo nequidem Cordæo certaminis dis-
crimen experiendi copiam dedisset, nisi
vix unquam interruptus victoriarum,
quas ab obitu Burgundiæ Ducis repor-
taverat, cursus ab invito Rege assensum
extorsisset. Accedebat insuper inquie-
tissimus curarum turbo, quo secum cre-
bro cogitabat, quod absque omni dubio,
si prælio vicisset, totum Belgium suo im-
perio subjugasset. Præterea alia præ-
valebat ratio, ob quam ardentius pacem
exoptabat Ludovicus; indies enim illius
valetudo decrescebat, & quod plus est,
occurrebat identidem Regis animo mæ-
sta recordatio, qua se ab omnibus Re-
gni Proceribus odio haberi, Filium suum
per ætatem necdum sui juris esse, proin
regnum, mutata regiminis forma, certo
certius intestinis seditionibus discissum
iri præsentiebat; Hinc filii sui salus ex-
teri belli fugam, & amotionem exposce-
bat, illinc cupido conservandi ea, quæ
Burgundo hæredi abstulerat, belli ne-

Sæcul. XV. A.C. 1480

cessitatem suadebat; Inter hancce pugnantem vigilum curarum vicissitudinem Ludovicus reliquam Belgii partem occupandi spem abjiciebat, eumque unice distentum tenebat hucusque parta tuendi sollicitudo. Quapropter toto capite Legati consiliis annuens, paci inter se & Archiducem conciliandæ suffragatus est. Ad tanti negotii curam vix ulla retro ætas tulit aptiorem, quam hunc ipsum Cardinalem, qui, quamvis Nepos esset Pontificis, Gallicæ tamen nationi impenso admodum animi studio addictus erat, ac nonnisi ad res maximas natus videbatur.

§. XXVI.

Induciæ inter Ludovicum XI. & Archiducem sancitæ.

Comm. to. V. edit. ult. p. 79.

Ergo Ludovicum inter & Archiducem sanciuntur induciæ, quarum conditiones Maximilianus præscribebat, easque Galliarum Rex omnino acceptasse videtur. Fuerunt illæ Mense Augusto utrinque firmatæ, ad septem Menses perduraturæ. His conventum erat inter eos, ut a principio nonnisi trium mensium induciæ promulgentur, evoluto autem hoc temporis spatio per alterum edictum eædem ad quadrimestre prorogarentur: earum fidejussores sint Angliæ Rex, & Britanniæ Dux; intermedio hoc tempo-

tempore ab omni hostili odio cessetur; Rex vero per Legatos inducatur, ut Remontio alterutram ex his tribus urbibus, Terouanam, Bethuniam vel Peronnam redderet, id tamen recusante Rege, nihilominus induciæ serventur, ac denique, cum illæ veluti via ad pacem forent, Rex rogaretur, ut ad diem decimum quintum Octobris suos Oratores Terouannam, Bethuniam vel Atrebatum mitteret, spe facta, quod interea temporis Austriæ Dux suos quoque Legatos Audromaropolim, Insulas, vel Duacum ablegaturus esset. Sæcul. XV. A.C. 1480.

§. XXVII.

Ducissæ viduæ epistola ad Maximilianum de induciis.

Margarita vidua Burgundiæ Ducissa, cum eo tempore necdum ex Anglia redux esset, Regique Eduardo fidem dedisset, quod eo inconsulto, ac inscio Archidux nihil unquam tentaturus, sed penitus illius arbitrio obtemperaturus esset, pactas hasce inducias edocta, Epistolam dedit ad Maximilianum, qua significabat, Angliæ Parlamentum ægre admodum ferre, quod induciæ cum Francia, inconsulto Rege Eduardo non ita pridem pactæ fuissent, minus vero Anglis probari propositum cum Ludovico XI. colloquium, & clandestina cum Scotiæ Rege consilia; *Comm. ibid.*

Sæcul. XV. A.C 1480.

insuper Ducissa Archiduci nunciabat, se proxime in Flandriam profecturam, jamque illuc Anglorum copias contendere. Hæc epistola data est Rossæ die decima quarta Septembris: In alia vero tertio Octobris die scripta Archiducem certiorem reddit, quod apud Regem Angliæ præcox ejus excusasset consilium, quo se cum Ludovico XI. de mutuis eorum dissidiis inscio Eduardo collocuturum spopondisset: postea scribit, se ei ante præfatum colloquium cum Galliarum Rege ineundum quædam secreta consilia communicaturam, necnon proxime significaturam, quid Eduardus ad Cardinalis legati propositionem responsurus esset.

§. XXVIII.

Legatus a Maximiliano non admissus.

Mem. de Comm. loc. cit. p. 89.

Cardinalis Legatus jamjam Peronnam pervenerat, cum Archiducis oratoribus de pace acturus; ast denegatis securitatis publicæ literis Lutetiam reverti compulsus, inde quantocius die quinta Septembris epistolam dedit ad Maximilianum, qua se in Franciam veniisse nuntiat, non alio ex consilio, quam ut Ludovicum ad reddendam concordiam hortaretur, eoquod ejus animum ad pacem omnino propensum fuisset expertus; his addidit,

didit, se duntaxat per quatuor dies Vindocini hæsisse, moxque Parisios contendisse, inde vero se Flandriam petiturum, ut ipsum quoque ad tam sanctum opus permoveret. Ad hæc respondit Maximilianus, Consiliarios suos esse absentes; se tamen hac in re eorum sententias rogaturum; præprimis autem, efflagitare se, ut iter suum in Flandriam differret, donec de eorum responso, quod intra paucos tamen dies exspectaret, certior esset. Ceterum grata quidem erat Maximiliano hujus Viri tanquam Cardinalis præsentia; illum tamen velut Legatum recipere recusabat. Sæcul. XV. A.C. 1480.

§. XXIX.

Breve Pontificis ad Archiducem de Legato.

Summus Pontifex hanc repulsam edoctus, mox epistolam ad Archiducem mittit, qua exponit, hunc Legatum jam aliam Legationem in Galliis obiisse, proin rogare se, ut & ipse eundem Legati auctoritate munitum colere, ac excipere non detrectaret. Datæ sunt hæ literæ die decima sexta Septembris. Ast Archiduce adhucdum flecti nescio, Legatus eodem mense rursus aliam ad eum perscripsit epistolam supplicans, ne diuturniori repulsa suspensam teneret ejus in

Sæcul. XV. A. C. 1480.

Belgium profectionem, cum absque nominis sui dedecore diutius in eo loco, ubi nunc ageret, hærere haud posset. Sub idem quoque tempus Cardinalis literas publicæ fidei testes dederat Marco Archiepiscopo Colossensi in Hungaria, nec non cuidam jurium Doctori; hos enim ad Maximilianum ablegaverat, ut ejus animum explorarent, utrum gratum acceptumque haberet, si Legatus iter, ad quod sese jam accinxerat, in Belgium prosequeretur.

§. XXX.

Monita Archiducis pro audiendo Legato.

Cum vero Archidux propterea a sententia prius concepta nequaquam discederet, Legatus de manifesto Pontificiæ epistolæ contemptu vehementer queritur, rogatque, ut Archidux ei, quid sibi hac in re agendum esset, tandem significaret; Hæ literæ datæ fuerunt Peronnæ quinta Octobris die; eas mox acceperant aliæ die vigesima ejusdem Mensis ad eundem perscriptæ, in quibus efflagitat, ut ei saltem in quodam privato loco, & sepositis omnibus conditionibus colloquendi veniam concedere dignaretur; se enim spe fretum esse ajebat, quod Archidux hac via sinistram de ipso opinio-

opinionem temere conceptam animo ejiceret. Tandem vero Maximilianus datis literis Joannem de Auffajo libellorum ſupplicum Magiſtrum edocet, qua ratione cum Legato ageret. Ad hoc conſilium Archiducis animum inclinabat Epiſtola Angliæ Regis, qui eidem ſuggeſſit, Legatum ſine omni timore audiri poſſe, ſimulque rogavit, ne cum eo quicquam decerneret, niſi prius ipſe de tota negotii ratione inſtructus eſſet. Verum longe major erat, quam putabatur, hujus Cardinalis dexteritas, nec de eo præſumi poterat, quod Angliæ Regem de Legationis ſuæ ſumma edocere, necnon viduam Burgundiæ Duciſſam de Galliarum Regis propoſito, quo eidem prædivites nuptias procurare meditabatur, certiorem reddere negligeret, Maximilianus nihilominus per alias ſecretiores vias concordiam cum Ludovico XI. conciliare ſatagebat; ne tamen optato fruſtraretur ſucceſſu, colloquium, de quo ſupra mentionem fecimus, die decima quinta Octobris celebrari voluit, ſimulque propoſuit, ſe cum ipſomet Rege lubenter collaturum. Equidem Eduardus legatum quoque ad colloquium admitti, haud quaquam ægre tuliſſet; ejus enim operam ad ſtabiliendum volubilem Archiducis animum ſummopere neceſſariam fore exiſtimabat, Maximilianus tamen Sæcul. XV. A.C. 1480.

Sæcul. XV. A. C. 1480.

pertinaci semper consilio Cardinalem excipere recusavit; quippe ejus fidem adeo suspectam habebat, ut quamvis ad quemdam ex suis Consiliariis hanc in rem mandata dedisset, nihilominus Legatu constanter privati etiam colloquii copiam denegaret.

§. XXXI.

Ludovicus XI. apoplexia tactus.

Comm. loc. cit. p. 139.

Verum cuncta hæc pacis consilia dissecit periculosa Regis ægritudo: Ipse quoque Anglorum Rex sententiam mutasse videbatur; hic enim, licet antea revocandæ concordiæ studiosissimum præsetulisset animum, jam ipsus Archiduc

Id. l. 6. *c.* 7.

auctor erat, ut biennales inducias peteret, atque interim expectaret Galliarum Regis mortem, quæ certo eventura credebatur: cum enim hic in quodam oppi-

Chinon

do haud procul ab urbe Cainone in Turonia pranderet, repente apoplexia, ac subito omnium sensuum atque nervorum stupore corripitur, eique hebetata oculorum acies, mentisque deliquium quemquam ex adstantibus cognoscendi facultatem eripuit. Nihilominus a suis ad lectum delatus, adhibitis remediis spiritum revocabat, ac Forgesium,

Forges

unde illo mane discesserat, pernoctaturus revertebatur; tertia etiam post die linguæ usum

usum recuperavit, quamvis quæ proferret, adeo hiulcis ac morientibus pene vocibus exprimeret, ut nonnisi ab illis, qui assidue in ejus servitio erant, intelligi potuerit. Sæcul. XV. A.C. 1480.

§. XXXII.

Morosum atque affectatum Regis genium.

Rex, cum subita hac animi defectione opprimeretur, collectis viribus corpus suum cuidam advolvebat fenestræ, quam ipsius familiares quantocius claudebant; verebantur enim, ne se præcipitem daret, ac propterea irretorto oculo eum observabant: dum vero paululum sensuum usui restitutus esset, quis eum a fenestra removisset, interrogat? vixque horum nomina edoctus, protinus omnes aula excedere, & plurimos officio abire jubet; quippe præ verecundia haud amplius eorum vultum sustinebat, eoquod imbecillitatis ejus testes essent. Haud absimili integræ valetudinis simulatione stimulatus, ut adhucdum gravibus Regni negotiis par esse ab aliis crederetur, decima seu duodecima, qua apoplexia tactus est, die Senatum suum cogebat, ut ab ipso, quæ hucusque decreta fuissent, edoceretur, sexque suos tum Ministerio fungentes ad se venire jubebat. *Comm. l. 6. c. 7.*

Sæcul. XV. A.C. 1480.

bat. Erant autem illi Bellojovii Comes, Carolus de Ambacia, Augustodunensis Episcopus, Petrus de Rohan Gie Mareschallus, Philippus Comminæus, & Ludanus, quorum quemlibet sigillatim, quæ in Senatu agitarentur, sibi referri jussit, & quamvis eorum verba ægre admodum perciperet, nihilominus se de rerum statu plenam hausisse notitiam simulabat, ac nonnunquam epistolas extrahebat, easque legere fingebat, quamvis, ut inquit Comminæus, nil eorum, quæ continebant, comprehenderet. Addit alius quidam Scriptor, eum non raro epistolas præposterè invertisse, ab adstantibus tamen caute dissimulandum fuisse, quod hunc errorem animadvertissent. Verbo, nil intentatum reliquit, ut pristinæ valetudinis recuperationem ostentaret, unice intentus, ut haud minori, quam antea, studio atque solertia publicis regni sui negotiis invigilare censeretur.

Matth hist. Lud. XI. l. 10

Gie

§. XXXIII.

Cardinalis Balvis libertas a Legato petita, atque obtenta.

Legatus adversa Regis valetudine opportune usus, Regi supplicat, ut libertati restitueret Cardinalem Balvem, qui perfidiæ, ac proditionis suæ pœnas datu-

daturus, in arcto carcere solidis tredecim aut quatuordecim annis pene contabuerat, nihil hucusque proficientibus ferme continuis precibus, quibus toto illo tempore Curia Romana eum a custodia dimitti urgebat: Legatus tamen adeo impense Regis clementiam exorabat, ut Ludovicus tam diuturna Cardinalis captivitate vindictam abunde expletam fuisse ratus, tandem Balvem libertati restitueret. Ob hanc tamen violentiam Cardinali illatam Regem a Sixto Pontifice petiisse, atque obtinuisse absolutionem, testatur Comminæus; scripserunt alii Auctores (*) Regem ac Medicos ab hoc Cardinali fuisse deceptos, eoquod Dysuriæ morbum simulasset, hacque fraude impetrasset, ut Rex Legato hujus infirmi liberationem petenti annueret. Ceterum licet a suo carcere dimitteretur, nunquam tamen in conspectum Ludovici XI. admissus, a Legato Romam ducebatur, a Pontifice & Cardinalibus adeo perbenigne receptus, ut etiam, quamprimum advenisset, a Sixto Papa in Episcopum Albanensem eligeretur.

sæcul. XV. A. C. 1480.

Comm. l. 6. c. 7. p. 403.

Addit. ad Ciacon.

Garimbert. de Cardin. l. 7. c. 5.

§. XXXIV.

(*) *Hæc Continuator ex Spondano ad hunc annum num. 4. descripsit, qui tamen pro sua ingenuitate hæc addit*: Fabulam putamus, quod Garimbertus scribit, &c.

Sæcul. XV. A.C. 1480.

§. XXXIV.

Exauctoratio peditum Sagittariorum. Helvetii eis subrogati.

Francs-archers

Pactis cum Maximiliano induciis Ludovicus militum suorum numerum diminuere statuit, omnesque pedites Sagittarios, quos Carolus VII. conscripserat, penitus exauctoravit; eoquod non modo miseram plebem suis rapinis immodice vexarent, sed etiam non raro cupiditate prædæ plus nocerent, quam in præliis prodessent; id etiam nuperrime contigerat in prælio Guinegetano; hinc Rex eorum loco validum Helvetiorum agmen in Franciam accivit, eisque in eneris sumptus suppeditare promisit. H cum Ludovico Rege Anno millesim quadringentesimo septuagesimo septim fœdus inibant, vi cujus sex millia suorum, qui in Franciæ Regno stipendia mererentur, submittere pollicebantur. Pon Helvetiis haud amplius, ac olim sagittariis peditibus, sclopeta dabantur, se sariſſæ longæ, atque ampliores hastæ necnon largi admodum enses haud multum ab acinacum forma abludentes, eoque armorum genere postmodum nonnullæ etiam aliæ Gallorum legiones instruebantur.

Chron. scand. Lud. XI. apud Comm. to. 2. p. 263.

§. XXXV.

Sæcul. XV. A.C. 1480.

§. XXXV.

Renati Andegavenſis Siciliæ Regis obitus.

Hoc anno Renatus Andegavenſis Provinciæ Comes mortuus eſt decima Julii Aquis ſextiis in Provincia, ætatis ſuæ anno ſeptuageſimo octavo. Princeps erat virtutum laude, & invicta in omnibus adverſis, quibus in cunctis ferme bellis jactabatur, conſtantia inſignis; adeo autem ſingulis ſeſe affabilem, mitemque præbebat, ut inde *Boni* cognomentum emeruerit. Fuit etiam ſingularis cultor Hiſtoriæ, Poeticæ, ac præprimis picturæ, in qua eum mire excelluiſſe ſat luculenter teſtantur ea, quæ adhuc ejus penicillo depicta Aquis, Maſſiliæ, Lugduni & in aliis locis aſſervantur. Sanxerat equidem, ut corpus ſuum Andegavum ad Majorum ſuorum ſepulchra deferretur: aſt illo defuncto nulla ſupremæ ejus voluntatis ratio eſt habita, Aquenſibus ejusdem cadaver aliorſum transferri omnino negantibus: quinimo iidem ægre admodum Joannæ ejus Conjugi conceſſerant, ut cor illius in Andegavenſi Eccleſia reponeretur, aliquot tamen poſt annis ipſum etiam corpus ſecreto Andegavum deferebatur, atque ingenti

Belleſ. hiſt. Franc. l. 5. c. 146. S. Marth. geneal. Franc. l. 11. c. 4.

Sæcul. XV. A.C. 1480.

ingenti pompa in Ecclesia S. Mauritii terræ mandabatur.

§. XXXVI.

Carolus Cenomanensis Comes Renati hæres.

Cum Renatus adhuc in vita superstes quinque Filios tresque Nepotes amisisset, hinc omnium regnorum atque bonorum suorum hæredem instituit Carolum Calabriæ Ducem, Cenomanensem Comitem Caroli fratris sui filium. Hallucinantur ergo quidam Auctores, qui Ludovicum XI. testamenti tabulis hæredem fuisse nuncupatum testantur, quamvis, cum Comes haud diu hæreditatem possideret, Rex paulopost Provinciam suo imperio adjunxisset.

§. XXXVII.

Comes mortuus, Ludovicus XI. ejus hæres.

Cum Carolus Cenomanensis Massiliam contenderet, ut Provinciæ possessionem acciperet, anno sequenti millesimo quadringentesimo octogesimo primo ibidem e vivis ereptus est; priusquam vero animam redderet, Ludovico XI. cunctisque ejusdem Successoribus Galliarum Regibus omnes suas ditiones testamento relin-

reliquit, impense eidem commendans, ut Rex Provinciæ omnes libertates, prærogativas, privilegia, & consuetudines omnino sartas tectasque tueretur. Huic supremæ voluntatis sententiæ obluctabatur Renatus Lotharingiæ Dux, Iolandæ Andegavensis filius, eoquod contenderet in sui præjudicium Regem ad hæreditatem testamento vocari non posse. Ex adverso Ludovicus se ex legis præscripto legitimum hæredem fuisse nominatum credebat, eo potissimum nomine, quod Provincia juxta patrias leges in tabulis scriptas regeretur: secundum eas vero unicuique integrum esset, pro suo arbitrio quemquam bonorum suorum hæredem facere; præterea addebat, nil solemnius fuisse cunctis Provinciæ Comitibus, quam exclusis fœminis masculos ditionum suarum successores scribere. Hæc rationum momenta Palamades de Forbino, Soleariensis prope Tolonium Dynasta Carolo Cenomanensi Comiti, cujus animum pro suo arbitratu flectebat, tanto verborum pondere exponebat, ut Comes se Ludovicum XI. hæredem nominaturum sponderet, cumque promisso fides constaret, Palamades in obsequii præmium Provinciæ præfectura ad vitæ suæ dies decoratus est.

Sæcul. XV. A.C. 1480.

Fourbin. de Soulices

§. XXXVIII.

Sæcul. XV. A. C. 1480.

§. XXXVIII.

Rhodi expugnatio a Mahomete II. tentata.

Bosius to. 2. l. 11. & 12.

Ad hæc usque tempora Turcæ continuato victoriarum cursu latius grassabantur, non sine ingenti luctu atque dolore summi Pontificis, omniumque, quorum animis verum conservandæ religionis studium insederat. Mahometes II. cum Italiam armis infestasset, ægre admodum ferebat, Rhodum Insulam imperio suo adeo finitimam adhucdum ab Equitibus Jerosolomitanis S. Joannis possideri, continuisque maritimis eorum excursionibus mare reddi infestissimum Turcis, necnon hos ab illis non semel ingenti clade fuisse attritos; Quapropter Sultanus, hanc Insulam seu potius illius Metropolim expugnare, post maturam longamque consultationem omnino decrevit, quorumdam proditorum, qui ad eum defecerant, sollicitationibus incitatus. Igitur tanta qua valuit, taciturnitate classem instruxit, eidemque præfecit Mesitem Vezirium Bassam, ex Palæologorum stirpe ortum, qui cum exercitu suo die vigesima tertia Maji præsentis Anni supra millesimum quadringentesimi octogesimi excensionem in Insulam fecit,

§. XXXIX.

Sæcul. XV.
A.C. 1480.

§. XXXIX.

Hujus Insulæ atque urbis situs.

Insula hæc Africæ Mediterraneo mari adjacet, atque Septentrionem versus per obliquum Caramaniam Anatoliæ partem spectat, quam alveus ad viginti circiter leucas latitudine sua procurrens ab hac Insula dividit. Latera ejus stipantur Insulis, & dextrum quidem, quod orientem respicit, cingitur Cypro, sinistrum autem ad occasum ambitur Candia: ad meridiem vero Ægypto clauditur, ejusque circuitus viginti sex circiter milliaria amplectitur. Illius Metropolis prope maris litora sita est, & parvi cujusdam collis declivio imposita est; hic collis sensim sese erigens perjucunda planitie ad Septentrionales hujus Insulæ plagas circumfunditur. Tunc temporis gemino murorum ambitu pluribus fortissimis turribus munito coercebatur: ast qua vergit in meridiem, & ubi ad Judæorum domus, quæ in inferiori urbis parte positæ sunt, sese inflectit, turres majori ab invicem intervallo discretæ stabant, unde hac ex parte civitas longe infirmior erat. Fortitudine ceteris omnibus præstabat munimentum, quod Equites inhabitabant; quippe, præterquam quod illud toto mari Septentrionem & O-

Sæcul. XV. A.C. 1480

rientem versus cingeretur, aggeribus etiam altius prominentibus, plurimisque turribus firmatum conspiciebatur: sinus vero ejus qua parte in Septentrionem vergit, portu constringitur, longius ac per trecentos passus in oceanum decurrente, cujus fi nes propugnaculo, quod Turrim S. Nicolai vocabant, defendebantur.

§. XL.

Obsidionis initia.

Chalcond. hist. Turc. l. II.

Mahometes, hac insula victricibus se mel armis occupata, planum sibi a Ægypti ac Syriæ expugnationem ite sterni existimabat; hinc classem suam ad movit centum sexaginta navibus instru ctam, & haud minus quam centum ar matorum millibus validam; Turcæ fact exscensione, primum in monte S. Ste phani & circumvicina planitie castr metabantur, atque adhucdum tentoria figebant, cum jamjam velitum turma te merarie usque ad portas urbis procur rens pugnæ præluderet; hos tamen mi lites Montelius Vicecomes, Petri Albu sonii Magni Magistri frater penitus dele vit, atque inter eos Demetrium illorum ductorem arma manibus suis tenentem oc cidit; equidem ille tam insignis atque glorioſæ mortis genere omnino indignus erat, cum infamis proditor ac Christianæ fidei

fidei defertor eſſet. Hiſce belli prælu- Sæcul. XV.
diis infidelium ſpem fallentibus, quidam A C. 1480.
militaris Architectus nomine Georgius Frapamus natione Germanus Turcis auctor fuit, ut Turrim S. Nicolai ad impreſſionem faciendam tormentis quaterent. Idem quoque poſtera die ad foſſæ urbem cingentis oram e regione palatii, quod magnus Magiſter incolebat, accedit, atque in civitatem recipi poſtulat; id ubi obtinuit, obſeſſorum partibus adhærere, urbisque ſalutem ſuæ fortunæ commodis præferre ſimulat; quare ma- *Chalcond.* gnus Magiſter hujus quidem viri opera, *ibid. n. 27.* nunquam tamen ejus fide utendum exiſtimabat, eumque velut exploratorem oculis aſſidue in eum intentis obſervari, & per ſatellites conduci præcipiebat.

§. XLI.

Turcarum claſſis ab Equitibus magna clade diſperſa.

Interim primi jaciuntur aggeres, quos Meſites Vezirius majoribus belli tormentis muniri jubet, moxque turris S. Nicolai explosis grandioris plumbi globis concuſſa magnam partem ampla ruina fatiſcebat. Civibus terrore ac metu pene exanimatis Antonius Fradinus ex ordine S. Franciſci ſuis adhortationibus animum reddidit, ac ferme eadem Rho-

Sæcul. XV. A.C 1480.

diis præstitit, quæ Joannes Capistranus olim Belgradiensibus pietatis officia impendit. Ipse quoque Magnus Equitum Magister Albussonius urbis salutem a turris conservatione plurimum dependere persuasus, totam noctem absumpsit, ut ad sustinendos Turcarum impetus turrim omni ope & opera muniret, quam ipse cum suo fratre Montelii Comite tuendam suscepit. Altera die Turcæ prope Montem S. Stephani revulsis anchoris ad turrim S. Nicolai sonantibus tubis ac tympanis classem admovent, & ad terram expositi, incredibili furore ad oppugnationem procurrunt. Haud segniores obsessi hinc missilibus ignibus, & tormentorum explosionibus, illinc grandinantibus sclopis, ac tubis, & undique volitantibus sagittis & lapidibus irrumpentium Turcarum rabiem multo vulnere, ac promiscua cæde plectunt. Præterea incendiariæ Christianorum naves plurimas Turcarum triremes igne delebant, & emissæ ex urbe tormentorum glandes classem ingenti ruina dispergebant.

§. XLII.

Magni Magistri cædes a Vezirio tentata.

Tandem Turcæ accepta clade pedem referunt, & præcipiti fuga Triremes suas

suas repetunt, Vezirius autem necdum animo fractus fortunam, quæ hac ex parte ejus spem fefellit, sibi magis propitiam apud Judæorum mænia haud procul ab Italica statione experiri voluit, atque illuc octo majoris molis tormenta admoveri jussit, quorum vi, & crebra mortariorum explosione Turcæ tantam murorum stragem ediderunt, ut Itali atque Hispani clam collatis consiliis Magnum Magistrum ad urbis deditionem inducere tentarent: verum hi ejusmodi consiliis nonnisi suam ignaviam novo argumento testatam fecerunt, cujus tamen brevi seria eos subibat pœnitudo. Sæcul. XV. A. C. 1480.

Vezirius, cum urbem, quam graviorum tormentorum impetu se expugnaturum crediderat, nequidem de deditione cogitare comperiret, nova aggressione eam subigere desperat, unde opem consiliumque in proditione quærit. Accersit igitur duos transfugas, qui ejuratis Christianorum sacris, jam a principio obsidionis ad Turcarum castra defecerant. His ampla pollicetur præmia, si urbem ingressi Magnum Magistrum vel veneno, vel sicarii manu e medio tollerent. Transfugæ, fideique Christianæ desertores ad flagitium operam suam pollicentur, & se nupera eruptione a Turcis fuisse captos mentiti, Rhodum revertuntur. Excipiuntur in urbem, ac captivitatis suæ *Chalcond. l. II. n. 18.*

Sæcul. XV. A.C. 1480.

ærumnas feliciter eluctati creduntur. Verum detecta eorum proditione, extremo supplicio meritas perfidiæ suæ pœnas publice dederunt.

Tunc primum Vezirius id, quod impiis fraudum consiliis non poterat, per obfirmatam violentiam extorquere decrevit. Ergo omnem conatum suum parat in expugnanda Turri S. Nicolai, a qua prius discesserat. Pro nova hac aggressione proximius Turri accessurus, pontem ligneum construi jubet, quo facto ferociter toto agmine turris mœnia aggreditur; Ast Magno Magistro hostium impetus viriliter sustinente, pons tormentorum ex turri grandinantium vi dejicitur, & quatuor Turcarum triremes cum pluribus bellicis navibus depressæ undis submerguntur. Sinistro hoc casu adeo non fractus erat infidelium furor, ut etiam magis pertinaci impetu ac repetita rabie turris oppugnationem urgerent, quamvis præcipui eorum Duces, ac inter ceteros ipsemet Ibrahim Mahometis gener trucidati periissent. Tandem divulgato hujus Belliducis obitu Barbarorum virtus & pugnandi ardor deferveſcere cæpit, atque ipsi spretis Vezirii hortationibus, quibus eos ad vindicandam magni Mahometis generi mortem incitabat, pedem retulerunt. Adeo ignominiosa suorum fuga Vezirium tanto mœrore afficiebat

ficiebat, ut adversus turrim S. Nicolai, quam nulla vi expugnari posse credebat, haud ultra quicquam moliri ausus esset. Sæcul. XV. A.C. 1480.

§. XLIII.

Invicta Rhodiorum virtus; Vezirius obsidionem solvere coactus.

Nihilominus consilium cepit, undique uno tempore in urbem impetum faciendi, ut propugnantium viribus ad varia discrimina divisis, eo facilius Rhodum subigere posset. Interea temporis Architectus ille Germanus, cujus supra meminimus, de proditione postulabatur, crimenque suum fassus, in amplo urbis foro suspendio plectebatur. Vezirius tanto acerbius hujus desertoris jacturam ferebat, quo firmius in ejus perfidia præsidium collocabat; Hac quoque spe delusus, urbem primum fallacibus promissis, duris demum minis ad deditionem provocat, omnesque belli machinas admoveri, urbemque diu noctuque continuo tormentis concuti jubet. Effluxit exiguum temporis spatium, & jamjam plus quam ter mille quingenti globi mænia feriebant; Nec inde tamen fracta est invicta Rhodiorum constantia, sed cuncti ad novos hostium insultus virili animo sustinendos accendebantur. Tandem die vigesima septima Julii Turcæ toto exer- *Chalcond. l. II. c 29.*

Sæcul. XV. A. C. 1480.

citus robore simul ab omni parte urbem aggrediuntur, & primo impetu illam civitatis regionem, quam Judæi incolebant, occupant, quam tamen Equites post pertinax duarum horarum certamen denuo recuperarunt. Nihilominus Turcæ prælium instaurant, & fervente pugna unice Magnum Magistrum petere, eumque certo occidere jubentur. Hi milites viribus integri velut efferæ bestiæ in Christianorum agmina effunduntur, ac nonnulli ad quævis audenda magis parati, ad ipsum etiam Magni Equitum Magistri latus penetrant, eumque in hoc conflictu quinque vulneribus sauciant. Nihilominus & hi in fugam aguntur, ac ceteri Turcæ ab omni parte invicta virtute repulsi, cum Judæorum mœnia a suis derelicta cernerent, ab ulteriori aggressione cessarunt, quare Rhodii simul cum toto agmine per dejectorum mœnium ruinas effusi in hostem erumpunt, & Turcarum exercitum usque ad eorum castra insequuntur. Ipse Vezirius dispersas undique copias colligere nequidquam conatus, concitata fuga, omnique pedum studio ad fluminis littora contendere compulsus est.

Spond. contin. annal. ad ann. 1480. n. 2.

Equites, parta victoria glorioſi in urbem redeunt, secum deferentes Imperiale vexillum, quod ante ipsa Vezirii tentoria eripuerant. Postquam Equites e prælio

Sæcul. XV. A. C. 1480.

prælio victores cum exercitu suo civitatem repetebant, plures transfugæ, qui ad eorum signa convolabant, testabantur, fervente potissimum prælii ardore Crucem auream in aere splendidissimam Turcis apparuisse, eosque pulcherrimam conspexisse Virginem candidissimo amictu ornatam, quæ clypeum in brachio, hastamque in manu gestasset, ac insuper Virum quemdam auctoritate gravem, & camelina veste indutum, cum splendissimo juvenum flammeis ensibus succinctorum comitatu ad defensionem urbis accurrere visam fuisse, hisque apparitionibus, addebant illi, adeo Turcas fuisse perculsos, ut erecto Religionis Equestris vexillo, in quo B. Virginis MARIÆ, & S. Joannis Baptistæ imagines erant depictæ, hostium plures in terram exanimes corruerint, nequidem ullo a Christianis accepto vulnere. Chacondyles hasce recenset visiones, sane Auctore Græco dignas, quibus tamen minus (*) Turcarum fuga adscribenda, quam

Chacond. hist. Turc. impress. a Clauser, de trad. Vign. p. 274.

Vid. P. Bouhours in hist. Albusson.

(*) *Græca fides, nulla fides, ergo juxta Continuatorem, qui ad hoc proverbium alludit, nulla huic visioni fides adhibenda, & tamen MINUS (ergo saltem aliquo modo) juxta eundem Turcarum fuga eisdem attribuenda, quam Albusionii prudentiæ, utpote natione Galli.*

Nec

Sæcul. XV. A.C. 1480.

quam Petri Albuſſonii magni Magiſtri prudentiæ atque fortitudini.

§. XLIV.

Duæ naves a Neapolis Rege Rhodum miſſæ.

Cum interea Turcæ omnes belli machinas, cunctaque impedimenta ad naves ſuas deducerent, duæ prægrandes triremes a Ferdinando Neapolis Rege ſubmiſſæ ad hanc Inſulam in opem Rhodiorum accurrebant. Vezirius, cum eas ob ventorum injuriam cum ſuis navibus aggredi non poſſet, illas tormentis necdum ad naves deportatis ex litore verberari juſſit. Nihilominus altera earum ſecundis velis portum ingreſſa eſt, altera vero ventis & fluctibus improbe jactata altum repetebat, & poſtera die infidelium claſſi admodum vicina viſebatur. Re comperta Vezirius eam occupaturus viginti triremes emittit, earumque Præfectum

Nec tamen ſolus Chalcondyles hanc rem teſtatam reliquit, ſed etiam Guilielmus Cohorſinus Ordinis Vicecancellarius, auctor coævus, & tum Rhodi præſens, in ſuo de ipſa hac obſidione commentario, eadem recenſet, & ipſe Albuſſonius in ſuis ad Fridericum literis die 13. Septembris datis de hac victoria diſſerens ait: miſiſſe Deum de cœlo auxilium.

fectum ad rem ſtrenue gerendam precibus & juſſis concitat. Sæcul. XV. A. C. 1480.

§. XLV.

Turcicæ claſſis Fuga.

Jamjam cruentum utrinque certamen in tertiam ferme horam effluebat; tandem vero Turcæ cedere ac Præfecti triremium morte conterriti Neapolitanam navem dimittere cogebantur. Igitur die decima nona Menſis Auguſti Ottomana claſſis relicta ſtatione ſua ad portum Fiſcum appulſa eſt, ubi Turcis in terram expoſitis, Conſtantinopolim contendit.

§. XLVI.

Eccleſia a Magno Magiſtro in grati animi memoriam extructa.

Magnus Rhodiorum Magiſter, vix ab inflictis vulneribus ſanatus, voti religione ſe adſtrinxit, ſe magnificam Eccleſiam ſub invocatione Beatæ Virginis Mariæ de Victoria extructurum, huicque ſacro, magnoque operi reparatis Rhodi munimentis mox dedit initium: cum autem hæc Victoria eodem, quo Græci feſtivitatem S. Pantaleonis agunt, die reportata fuiſſet, Petrus Albuſſonius Magnus Magiſter præcepit, huic quoque Sancto Martyri ſacrum procul ab Eccleſia ſacellum longe nobiliſſimum erigi, ibidemque

Sæcul. XV. A. C. 1480.

demque secundum ritum Græcorum rem divinam peragi curavit. Præterea Genuæ prope oratorium Ecclesiæ Cathedralis ad S. Laurentium, ubi pretiosi cineres S. Joannis Baptistæ asservantur, aliam Ecclesiam ædificari statuit, piumque suum propositum religiose executus est. Redibit sermo de dignissimi hujus Magistri virtutibus, qui solido trimestri Turcarum insultus invicto animi robore sustinuit, atque adeo nullam impigri Ducis partem prætermisit, ut etiam Mesitam Vezirium, postquam novem aut ferme decem suorum millia, plurimasque naves & triremes amiserat, obsidionem solvere, atque Rhodum Insulam turpiter deserere cogeret.

§. XLVII.

Pax Florentinis a Pontifice concessa.

Volater. l. 5. *Brutus hist. Florent. l. 5.*

Rhodi Insulæ obsidio a Turcis tentata, quadantenus causa extitit, ut Sixtus Papa pacem, quam per integrum biennium & amplius Florentinis negaverat, nunc benevole concederet. At Veneti, quod iis ignaris pax ista fuisset firmata, graviter palamque queruntur. Ea agendi ratio summopere displicuit Pontifici, indeque graves admodum tumultus Florentiæ suscitabantur, qui haud alia via

via ſedari poterant, quam decreta ad Venetos Deputatorum legatione, qui totam rei geſtæ ſeriem eos edocerent. Florentini ſuos quoque Oratores ad Pontificem ablegarunt, nec tamen ad Papæ alloquium admittebantur, niſi ea lege, ut acceptarent pacis conditiones a Sixto Pontifice, & Ferdinando Neapolis Rege propoſitas. Annunut illi, ac demum admiſſi, præ foribus Baſilicæ S. Petri in genua provolvuntur, ubi de more viritim unico virgæ ictu verberati, atque Eccleſiæ reconciliati, in Baſilicam intromiſſi ſunt, reique divinæ interfuerunt. Inter pacis conditiones præcipua fuit, ut Florentini quindecim naves Ferdinando Regi ad propulſandam Turcarum ferociam ſubmitterent, easque propriis ſumptibus tamdiu alerent, quamdiu Mahometis exercitus in Italia maneret; Infideles enim hanc regionem fœde devaſtabant, ira & furore accenſi ob Rhodum incaſſum oppugnatam. Has igitur calamitates Papa miſeratus adeo facilem paci concedendæ animum præbuerat.

Sæcul. XV. A.C. 1480.

§. XLVIII.

Turcarum incurſiones in Italiam.

Mahometis exercitui in Italia imperabat Baſſa Geduces Achmetes. Præcipuus expeditionis ſuæ ſcopus erat, ut Neapo-

Krontz. 13. *Wand.* 19. & 12. *Sax* 28.

Sæcul. XV. A.C. 1480.

Neapolis Regnum occuparet, indeque Ferdinandum Regem propelleret; ad hoc consilium per Venetos impulsus a Krantzio dicitur, eoquod Ferdinandus contra ipsorum jura regnum Cypri occupare tentasset; forte etiam Achmetes, ut alii testantur, propria in Ferdinandum vindicta concitatus erat, eoquod ille persæpe Christianis adversus Turcas opem tulisset.

§. XLIX.

Hydruntina Provincia a Turcis expugnata.

Chalcondyl. hist. Turc. l. II. n. 29.

Verum quacunque demum ex causa Achmetes ad hanc invasionem impulsus dicatur, id omnino certum est, quod ex Valona quadam Epiri urbe solverit, indeque die vigesima octava Augusti profectus classem suam Hydrunti appulerit, quæ urbs est maritima nonnisi sexaginta milliaribus a Calabria distans. Hanc Achmetes totius belli instrumentis & apparatu diu noctuque oppugnabat, tandemque illam decima septima obsidionis die ad deditionem compellebat, urbemque ingressus omnia ferro flammaque vastabat. Ferunt, duodecim ferme Christianorum millia vel cæsa fuisse, vel in captivitatem abstracta. Postremos inter numerabatur ipsemet Archi-

Archiepiscopus, qui quamvis viribus exhaustus, ac multo senio pressus esset, sacratissimum tamen Crucis lignum manu tenens Christianos ad fidei constantiam adhortabatur, demum vero serra lignea in duas partes dissectus obiit: ita rem narrant Scriptorum nonnulli, licet illum alii vivum pelle exutum tradant. Educebantur ex urbe alii circiter octingenti Christiani, qui omnibus spoliati vestibus, cum potius mortem oppetere, quam fidem Christi abnegare vellent, in parva valle, quae deinceps Martyrum vallis vocata est, trucidati sunt. Sæcul. XV. A.C. 1480.

Hydrunti expugnatio tantum terrorem universæ Italiæ attulit, ut illam deserendi magis quam propugnandi omnium esset sollicitudo, additque Bonfinius, ipsum Pontificem Roma in Gallias se recipere statuisse, mox tamen animo erectum, depulso metu opportuna adhibuisse media, ut Ecclesiæ ditiones tueri, ac subditorum securitati consulere posset. *Bonfin. 4. decad. 6.*

§. L.

Sollicitudo Pontificis in repellendis Turcis.

Hanc ob rem Papa Florentinos in gratiam recepit, ut supra vidimus; Ferdinandum etiam Neapolis Regem admonuit, ut Alphonsum filium suum ab Etruria *Brutus hist. For l. 7. Onuphrius in Sixt. IV.*

Sæcul. XV. A.C. 1480.

revocaret; denique Imperatorem, ac Reges & Principes ad opem Christianis ferendam hortabatur, & viginti quatuor triremes, quas in subsidium Rhodiensium Equitum paraverat, impigro studio, omnique diligentia in Apuliam transvehi jubebat. Insuper Principes & Prælatos quantocius Romam venire rogavit, ut de mediis pro tuenda Religione opportunis una omnes communi consilio deliberarent. Hæc sollicitudo eo magis ad cohibendos Turcarum progressus necessaria erat, quo furiosius Bassa Achmetes, occupatis nonnullis urbibus, totam oram Adriatici maris incursionibus infestaret, ac sacram quoque ædem Lauretanam deprædari moliretur. Verum Achmetes ad solum Christianæ classis conspectum ingenti repente terrore correptus, pedem quam citissime referre statuit. Ceterum Hydrunti ab infidelibus capti historiam Antonius de Ferrariis italo sermone descripsit, quam Michael Martianus Anno Domini millesimo sexcentesimo duodecimo latine reddidit.

§. LI.

Joannis Dlugossi Scriptoris Poloni obitus.

Michov. l. 4 c. 72. Cromer. l. 29

Revocant ad hunc annum Auctores Poloni obitum Joannis Dlugossi, qui &

& Longinus dicebatur, ac Canonicus Cracovienſis, necnon paulo poſt Leopolienſis Archiepiſcopus renuntiatus fuerat. Scripſit Poloniæ hiſtoriam typis excuſam, cujus authographum Romæ in Bibliotheca Patrum Oratorii S. Philippi Nerei aſſervatur. Plurimum commendatur a Pio II. ſummo Pontifice; erat enim Vir omni laude dignus, & tam nobilitate generis, quam virtutum, eruditionis, ac ſingularis in rebus gerendis dexteritatis fama inſignis, qui quamvis multa a Caſimiro Rege propter Sbigneum Cardinalem perpeſſus eſſet, poſtea tamen ab eodem Principe ob meritorum præſtantiam multis beneficiis cumulatus eſt, adeo, ut Rex ipſe & liberorum ſuorum educationem & graviſſimas legationes eidem, explorata Viri probitate, commiſerit. Exequiæ illius magnifica pompa celebratæ ſunt, quibus Michovius, ut ipſus refert, interfuit, qui etiam Dlugoſſi vitam moresque fuſius deſcribens, cunctas hujus Viri lucubrationes recenſet. Sæcul. XV. C. A. 1480.

§. LII.

Controverſia de Annulo B. Virginis.

Exeunte Menſe Decembri ſummus Pontifex dirimere nitebatur controverſiam inter Peruſinos, & Cluſinos Cives *Bzov. annal. eccl. ad ann.* 1480.

Sæcul. XV. A.C. 1480.

exortam. Hæc occasionem nacta est e
Annulo nuptiali, quem Beatissimæ Vi
gini S. Josephus ejusdem Sponsus don
verat. Perusini, qui hunc annulum a
se divina virtute delatum contendeba
hujus sacræ reliquiæ recuperatione
tantopere cordi habebant, ut omnia s
bona, vitamque profundere parati esse
dummodo hunc thesaurum Clusinis c
vibus, qui eum furto sustulerant, eripe
possent. Equidem summus Pontif
hanc controversiam eo pacto compone
peroptabat, ut Sacer annulus Roma
deferretur, atque in quamdam hujus
bis Ecclesiam reconderetur: nihilomi
nus hac in re supremæ auctoritatis su
potestate uti reformidabat, veritus,
inde seditio suscitaretur. Quapropter
indecisa permansit usque ad ejus Su
cessorem Innocentium VIII. Papam, q
hujus annuli possessionem Perusini
confirmando, controversiæ finem imp
fuit. Totius rei historiam luculenter d
scripsit Joannes Baptista Laurus itide
Perusinus, hancque in rem comment
rium edidit Romæ Anno Domini mille
mo sexcentesimo vigesimo secundo typ
impressum. (*)

§. LII

(*) De veritate hujus reliquiæ utiliter l
gendus est Prosper Lambertinus postea Be
nedi

Sæcul. XV. A. C. 1481.

§. LIII.

Principes ad expeditionem in Turcas a Papa ſtimulati.

Poſtquam ſummo Pontifici innotuerat, Turcas Italiam invaſiſſe, eosque adverſus Rhodiorum Inſulam arma vertiſſe, ac jamjam Hydruntinam urbem expugnaſſe, inde ejusdem ſollicitudo, ac tuendæ fidei Chriſtianæ ſtudium tantopere accendebatur, ut Principes Chriſtianos ad jungendas armorum vires adverſus communem Religionis hoſtem toto conatu induceret, eosque ad mutuam inter ſe concordiam, aut ſaltem triennales inducias adhortaretur. Præter hæc eos admonebat, ut ſacram expeditionem contra Infideles ſuſciperent, ſuisque copiis, ſi fieri id poſſet, per ſemetipſos imperarent: ut vero ipſe Pontifex prior Principibus exemplum præberet, Genuæ viginti quatuor triremes omni armorum apparatu inſtrui juſſit. Tam fervidis Papæ monitis animati Ferdinandus & Iſabella Caſtellæ atque Arragoniæ Reges arma adverſus Turcas parabant, quam-

Marian. l. 24 c. 21. Bonfin. 4. dec. 6.

nedictus XIV. in aureo ſuo commentario de Feſtis B. Mariæ Virginis part. 2. §. 9. mihi fol. 253.

Sæcul. XV. A. C. 1481.

quamvis eorum conatus succeſſu carerent. Præterea Matthias Hungariæ Rex bis mille equites longa militia efferatos ad Ferdinandum Neapolis Regem ſocerum ſuum in Apuliam tranſmiſit. Rex quoque Scotiæ, etiamſi injuriam ab Anglis acceptam ulturus ingentem comparaſſet exercitum, nihilominus adeo Sedis Apoſtolicæ mandatis obſequendi ſtudium propriis etiam commodis ſuis præferebat, ut Cardinali, qui tum in Anglia Legatione fungebatur, ne ultra quicquam adverſus Anglos moveret, prohibenti nulla mora obtemperaret, licet Anglorum copiæ, nulla auctoritatis Apoſtolicæ habita ratione, Scotiam infeſtare non ceſſaſſent.

§. LIV.

Mahometis II. Turcarum Imperatoris obitus.

Nihilominus fervens Pontificis ſtudium, ac quorumdam Principum molimina parum profeciſſent, niſi Deus fidei ſuæ cauſſam ipſus tuendam in ſe ſuſcepiſſet, ac Mahometem II. juratum Chriſtiani nominis hoſtem de medio ſuſtuliſſet; quippe tempore toti Italiæ auſpicatiſſimo hic Sultanus mortuus eſt apud Nicomediam die tertia Maji hoc anno milleſimo quadringenteſimo octogeſimo primo,

primo, quo iterum Rhodum adoriri decreverat, atque in procinctu erat, ut recentes copias Hydruntum mitteret; quamvis alii Scriptores referant, Mahometem, dum Ægyptum invadere parabat, in quodam vico unius diei itinere a Bythynia diſſito die quarta Menſis, quem Turcæ primum Rabiæ menſem appellant, Hegiræ Anno octingenteſimo octogeſimo ſexto e vivis ereptum fuiſſe. Ejus mortis cauſſa exſtitit, ſive venenum a Medico Ægyptio ei propinatum, ſive tumor, quo in una tibia affectus erat. Tum Annum ætatis agebat circiter quinquageſimum tertium, Regni ſui trigeſimum primum. Is tot victoriarum gloriam non modo ſuæ debebat fortitudini, ſed & potiſſimum prudentiæ, ac ſagaci ſuæ in civilibus experientiæ. De innumeris ejus vitiis ac crudelitate jam in pluribus locis ſparſim mentionem fecimus. Teſtatur Comminæus, Mahometem, Ludovicum XI. & Matthiam Hungariæ Regem merito numerandos eſſe inter præſtantiſſimos Principes, qui centum abhinc annis ſummæ rerum præfuiſſent. His addidit idem Auctor, ſe vidiſſe teſtamenti tabulas, quibus Mahometes præceperat, ut quoddam tributum non ita pridem ejus ſubditis impoſitum abrogaretur. Ceterum ejusdem ſepulchro inſcribebantur omnium Princi-

Seculi XV. A.C. 1481.

Vid. tom. ann. 1451. §. 64. & 65. Comm. l. 6. 6. 13.

Sæcul. XV. A.C. 1481.

pum, quos debellabat, nec non Provinciarum, ac potiſſimarum urbium a ſe captarum nomina.

§. LV.

Duo Filii Bajazetes & Zizimus Mahometi ſuperſtites.

Duos Mahometes reliquit filios, Bajazetem primogenitum, & Zizimum natu minimum. Hic regnante Patre ſuo Lycaoniæ, in Aſia minore, ille vero Paphlagoniæ Præfecturam tenebat; quapropter hi duo fratres mortuo eorum Patre longius a Conſtantinopolitana urbe aberant; ſemper enim ab invicem ſejuncti vivebant, & non niſi unica vice in toto vitæ ſuæ tempore mutui alloquii opportunitate fruebantur; id ſtudioſe a Mahomete eorum Patre factum; iste enim verebatur, ne in Patris vitam ambo hi fratres mutuo amicitiæ fœdere juncti inſidias ſtruerent, aut ſuborta inter ipſos æmulatione diſſidia ſuſcitarent. Zizimus, quod nomen in Turcico idiomate *amorem* ſignificat, magni ingenii acie, ac animi ingenuitate præditus erat, necnon ad heroica facinora natus videbatur: præterea non minus armorum, quam literarum ſtudio præclarus, etiam linguarum ac præcipue Græcæ atque Italicæ peritia excellebat.

Pharax l. 1. c. 33.

Quin

Quin imo ipsius Mahometis Patris sui Historiam elucubrare decreverat, jamque operi manum admoverat, cum de Mahometis morte certior factus esset. Sectæ suæ quidem studiosissimus erat, nihilominus Equites Rhodios, quos ejus Pater plusquam vatiniano odio infectabatur, singulari affectu colebat. Sæcul. XV. A.C. 1481.

§. LVI.

Dissidia inter ambos fratres de Imperio; Bajazetes victor.

Econtra Bajazethes, cujus nomen idem sonat ac *fulgur* seu *fulmen*, animi sui ignobilitate plurimum a nominis splendore abludebat: Princeps enim erat ingenio tardus, ac primævo naturæ vitio plurimum a bellandi ardore alienus: Porro ambo hi fratres vix comperto Patris sui obitu in id unum certatim incumbebant, ut quisque sibi imperium vendicaret. Contendebat Bajazethes, sibi tanquam natu maximo coronam deberi: Zizimus vero eam sibi adscribebat, eoquod ipse a Mahomete jamjam Imperatore progenitus esset: cum tamen Bajazethes Patre necdum imperii honoribus aucto primam lucem aspexisset, proin hic nonnisi privati hominis, ille vero Sultani, seu Imperatoris Filius foret. Nihilominus prævaluit Bajazethis factio,

Chalcond. hist. Turc. l. 12 n. 2. Spandug. tract. de Turcis. Zygom. l. 2. Turco-græc.

Sæcul. XV. A.C.1481.

& Zizimus opportunitate maris destitutus, jamjam in ipso terrestri itinere, quod Constantinopolin accessurus susceperat, de fratris sui inauguratione certior reddebatur. Nec tamen adeo funesto hoc nuncio animum despondit, quin magnis itineribus Prusam ad antiquam illam Ottomannorum Imperatorum regiam contenderet, atque capta hac urbe demum amicorum suorum ope & opera adjutus imperii Proceres sibi devincire conaretur.

§. LVII.

Bellum inter ambos hosce Fratres.

Chalcond. ibid.

Bajazethes, cum fratris sui exercitus indies numero plurimum crescceret, ne Asiam quoque in suam redigeret potestatem, verebatur; hinc Bassam Achmetem illum ipsum, qui nuper Hydruntinam urbem ceperat, cum validis copiis adversus fratrem suum movere jussit. Hic maxima, qua potuit celeritate accurrens, in quadam planitie prope Prusam castra metatur, Zizimus vero omni cunctatione remota ipsus equites suos in aciem ducit, atque explorato Achmetis exercitu, certaminis discrimen experiri decernit, adverso tamen Marte; quippe a fratre suo ingenti clade prosternebatur; unde ab Ægypti Sultano, Ciliciæ Rege,

&

& Magno Rhodiorum Magistro, omnibus juratis Turcarum hostibus, suppetias quærere coactus est. Ad hos igitur festinus accurrit, nonnisi quadraginta Equitibus stipatus, & per incognitas plagas diu noctuque progrediens, demum in Syriam contendit, inde vero per Arabiam desertam tandem Cairum pervenit. Hunc velut illustrem quemdam Principem Gait-Bey, seu Ægypti Sultanus summis honoribus excepit, ipsamque ejus uxorem, ac liberos paulopost Cairi adventantes haud vulgaribus benevolentiæ signis prosecutus est. Porro Sultanus Zizimum in gratiam Bajazethis reducere, ac concordiam inter utrumque fratrem conciliare studebat, frustraneo tamen conatu, nec minus iniquo Zizimi rebus fato; quippe tot pacis articuli identidem proponebantur, ut Zizimus longiori mora detentus, tempus consiliis suis maxime opportunum irreparabili fortunæ suæ damno otiosus perderet.

Sæcul. XV. A. C. 1481.

§. LVIII.

Tumultus post Mahometis obitum Constantinopoli suscitati.

Jamjam Bajazethes die decima nona Maji Constantinopolim venerat, nec tamen sine ingentibus obstaculis firmum imperii sui solium conscendere poterat; Proce-

Sæcul. XV. A.C. 1481.

Procerum enim potiſſimi Zizimo favebant, ſperabantque, ſe ſub ejus regimine bene, fortunateque vitam tranſacturos, eoquod illum velut Principem præclaris omnino dotibus præditum venerarentur. Ea etiam ex cauſſa illum Mahometes imperio magis aptum cenſebat quam Bajazethem ejus fratrem, qui in libidinem magis effuſus, quam bellicæ gloriæ cupidus erat. Hinc ſenſim tantopere ſeditio invaluit, ut etiam ad manus ventum eſſet, ac Baſſarum unus trucidaretur. Ad ſedandum populi tumultum Bajazethis fautores Corchutem ejus Filium adhuc puerum, qui Conſtantinopoli educabatur, in regio ſolio collocabant, hacque via imperium Bajazethi aſſerebant; hic vero vix Conſtantinopolim advenerat, cum illico proprium filium ſuum in Aſiam relegaret, quibusdam ditionibus eidem aſſignatis, ut hoc pacto exauctorationis ſuæ dolorem æquius toleraret. Ceteros quoque Filios ſuos in diverſas Aſiæ Provincias amandabat, eoquod ſibi ab eis periculum imminere ſuſpicaretur.

§. LIX.

Amurathis Filius imperii Turcici æmulus.

Sub idem tempus apud Matthiam Hungariæ Regem Vir quidam diverſabatur,

tur, qui se Amurathis, a quo Mahometes progenitus erat, Filium dicebat. Hic adhuc puer a Christianis post captam Constantinopolim interceptus, & Niccolao V. Pontifici oblatus, suscepto Baptismate, literis egregie instructus fuerat; postmodum Roma profectus, ad Fridericum Imperatorem, inde vero in Hungariam ad Matthiam Regem contendit, benignioris fortunæ auspicia præstolaturus. Percepto Mahometis obitu, & compertis Bajazethem inter & Zizimum contentionibus, ex Hungaria ad Magnum Rhodiorum Magistrum literas dedit, ut copiarum subsidia impetraret, hancque in rem pluribus exposuit, se solum legitimum esse regni hæredem, Mahometem vero fuisse spurium illius usurpatorem, proin tam ipsum, quam ejusdem filios a successionis jure arcendos. Ast speciosæ hæ preces surdas pulsabant aures, & Bajazethes Patris sui imperium tranquille possidebat, quamvis per summam ingratitudinem Achmetem, cujus opera in regno vel maxime contra Zizimum fratrem suum stabilitus fuerat, in quodam convivio, seu propria seu aliena manu trucidasset, eoquod, ut autumant nonnulli Scriptores, nimia, qua Achmetes apud Janissaros valebat, auctoritas Bajazethi plurimum suspecta esset.

Sæcul XV. A.C.1481.

Leunclav. pandect. Turc. c. 156.

§. LX.

Sæcul. XV. A. C. 1481

§. LX.

Hydruntum recuperatum.

Onuphr. in Sixt. IV. Bzov. hoc anno.

Interim Alphonsus Neapolitani Regis Filius exercitum, Pontifex vero classem Hydruntinis in auxilium submittebant, quæ copiæ Hungarorum suppetiis junctæ præsidiarios milites, quos Achmetes Bassa in urbe reliquerat, pactis deditionis legibus cedere compellebant. Referunt nonnulli, Alphonsum mille quingentos Turcas ex hoc præsidio retinuisse, datisque stipendiis eos suis signis adscripsisse, ut eorum opera adversus Florentinos, & Venetos, quibus bellum nuntiaverat, uteretur; Principes enim Italiæ vix metu Mahometis liberati, opportunam, qua Græciam recuperare, & durante Bajazetis ac Zizimi fratrum dissensione Turcas junctis viribus aggredi potuissent, occasionem usque adeo neglexerant, ut etiam mutuis inter se armis denuo certare cæpissent. Ipse quoque Sixtus Pontifex, pro Ecclesiæ libertate, ejusque jurium defensione, ut præsetulit, primo adversus Ferdinandum Neapolis Regem armorum societatem cum Venetis sanxerat; cum vero omnes Italiæ Principes adversus Venetos, quorum potentiam nimium augeri verebantur, conjurarent, ipse etiam summus Pon-

Pontifex fœdus cum eis initum reſcidit, eosque graviſſimis perculit cenſuris, quas ipſi flocci habentes per appellationem ad futurum Concilium eluſerunt. Nihilominus per ſolidum biennium hoc bellum cum ingenti Italiæ periculo protrahebatur, tandem vero invito Pontifice per pacem diremptum eſt. Sæcul. XV. A. C. 1481.

§. LXI.

Officia Curiæ Romanæ vænum expoſita.

Tot præliorum & bellorum ſumptibus Curia Romana penitus exhauſta, non ſolum nova tributa inducere, & vetera augere, verum etiam nova officia, quæ venderentur, ſtabilire compellebantur, ut tantis impenſis diutius ſuſtinendis par eſſet. (*) Ergo rurſum *Abbreviatores*, ut vocant, inſtituuntur, quorum officium olim a Pio II. erectum, nuper a Paulo II. ejus ſucceſſore non ſine gravi Platinæ offenſione abrogatum fuerat. Creantur etiam *Aſſeſſores*, ſine quibus nullæ confici tabulæ, nec lites continuari poterant; plura inſuper alia ſtabilita fuere officia, ob quæ Viris probis, & ſolo ſcientiarum merito claris ad altiora gradum promovere

(*) *Vide Hiſtor. continuat. Abb. Fleury librum CXXIV. §. XLVIII.*

Sæcul. XV. A.C.1481.

vere interdicebatur, quandoquidem deficientibus nummis ejusmodi munia emere haud poterant. Equidem hanc institutionem calamitas extorquebat, non raro tamen Propinqui ac Pontificis Ministri ad ejusmodi artes suam ultro operam conferebant, eoquod inde in eos quoddam lucrum redundaret: præsertim cum ipse Pontifex vix non ad prodigalitatem usque liberalis, tam in sanguine sibi junctos, quam in Ministros suos ampliſſima dona, pluraque munera profunderet, ac insuper in ædificiis construendis omnino nullis sumptibus parceret, ut refert Onuphrius, præcipue dum mentionem facit de Bibliotheca Vaticana toto terrarum Orbe celebratiſſima, quam idem summus Pontifex libris ex tota Europa conquisitis, necnon Codicibus manu exaratis locupletabat, certosque proventus assignabat; unde custodes, & librarii Græci latini & hebraici sermonis periti sua salaria percipere possent.

Onuphr. in Sixt. IV.

§. LXII.

Festum S. Josephi a Sixto IV. institutum.

Haud immerito Sixtus IV. summus Pontifex S. Josephi festivitatem in universa Ecclesia celebrandam instituisse credi-

creditur; quippe omnino certum est, quod ante hunc annum Domini millesimum quadringentesimum octogesimum primum nequidem tempore Constantiensis & Basileensis Concilii stabilita fuerit; unice enim hæc festivitas in cœnobiis Carmelitarum (*) Fratrum Minorum, Sæcul. XV. A. C. 1481.

Vid. supra To XXVI. l. 103. §. 206.

(*) Hanc in rem doctissimus Cardinalis Prosper Lambertinus postea Benedictus XIV. Pontifex æterna memoria dignus eruditissimo calamo hæc scripta reliquit in suo libro de Beatificatione, & Canonizatione Sanctorum tom 4. lib. 4. cap. 20. fol. mihi 132. num. 17. *De Auctoribus, qui cultum S. Josephi propagarunt posterioribus sæculis in Ecclesia Occidentali, communis est Eruditorum sententia, Patres Carmelitas ab Oriente in Occidentem transtulisse laudabilem consuetudinem præstandi amplissimum cultum S. Josepho: demum non modicam Cultui accessionem factam esse ex singulari devotione, qua Sancta Theresia Divum Josephum est prosecuta . . . Elevatio ejus festi ad ritum duplicem secundæ classis, & hymnorum propriorum additio facta est auctoritate Sacræ Congregationis, & instante Venerabili* (Anno 1762. prodiit decretum de Beatificatione ejusdem Ven. Virginis Claræ Mariæ) *Dei Serva Sorore Clara Maria de Passione, quæ ex nobilissima Principum Columnensium*

Sæcul XV. A C 1481.

rum, aut forte etiam Fratrum Ordinis S. Dominici celebrabatur: alibi vero hoc festum adhuc incognitum fuisse conjicimus ex summo studio ac sollicitudine, qua celebris Gersonius tum publicam hujus solemnitatis institutionem urgebat; quamvis enim forte ejusdem adhortationes, epistolæ, ac crebræ sollicitationes quorumdam animos accenderint, nihilominus hoc festum non nisi longo post Gersonii obitum tempore institutum fuisse videtur. Illud igitur Sixtus IV. Pontifex primo in urbe Romana celebrari præcepit, eo tamen verborum tenore, ut potius, si tamen Baillet leto fides adhibenda, hanc festivitatem redintegrasse videatur; cuncta etiam Breviaria, quæ regnante hoc Pontifice edita fuere, Officium S. Josephi nonnisi sub ritu *festi semiduplicis* annuntiant, in iis,

Baillet Vit. Sanct 19. Mart. to. 1. in fol.

familia orta post emissam Professionem inter Moniales Discalceatas S. Theresiæ, suæ sanctæ Matris zelum imitata plurimum laboravit, ut nova fieret cultus accessio in honorem S. Josephi ex elevatione Officii ad ritum duplicem secundæ classis, & concessione Hymnorum propriorum . . . Hoc ipsum etiam Sancti Josephi Nomen est in Litaniis Fratrum Discalceatorum Beatæ Mariæ de Monte Carmelo, ut ex ejus Manuali impresso Madriti, & debitis approbationibus roborato desumitur.

iis vero, quæ sub Innocentio VIII. ejusdem Successore typis impressa fuere, idem officium majori cum solemnitate celebrandum indicitur. Succesſu temporis, ac sub finem Sæculi decimi quinti Galliarum & Belgii Ecclesiæ hanc festivitatem debita religione colere cæperunt, earumque exempla nonnisi sequenti ætate imitatæ sunt aliquæ Germanorum, atque Hispanorum Ecclesiæ. Idem Pontifex S. Francisci celebritatem, indicta etiam servilium operum abstinentia celebrari jusserat; id tamen abrogatum fuit in sæculo decimo sexto, solo retento illius officio, quod in quibusdam Ecclesiis sub duplici, in aliis sub semiduplici ritu peragitur. Sæcul. XV. A.C. 1481.

§. LXIII.

Creatio Cardinalium.

Ineunte hoc anno summus Pontifex S. Collegium quinque Cardinalibus auxit, quorum nomina sunt. I. Paulus Fregosus patria Genuensis Cardinalis Presbyter tit. S. Vitalis, postea S. Clementis. II. Cosmus de Melioratis ab Ursinis, Romanus, Archiepiscopus Tranensis, Presbyter Cardinalis tit. SS. Nerei, & Achillei. III. Fridericus de Cluniaco, natione Gallus, Episcopus Tornacensis, Presbyter Cardinalis tit. S. Vita- *Onuphr. in Sixt. IV.*

Sæcul. XV A. C. 1481.

lis; IV. Joannes Baptiſta Sabellius Romanus Cardinalis Diaconus tit. S. Nicolai in carcere. V. Joannes Columna patria Romanus, Epiſcopus Reatinus Cardinalis Diaconus tit. S. Mariæ in Aquiro.

§. LXIV.

Imperator a Matthia Hungariæ Rege bello petitus.

Bonfin. dec 6 Palmer. in Chron.

Cum Mahometes vivis ereptus eſſet, atque ambo ejusdem filii mutuis diſſenſionibus inter ſe colliderentur, peroportuna Matthiæ Hungariæ Regi offerebatur occaſio, qua Myſiam, Illiricum & Daciam recuperaret: quapropter omni cunctatione remota copias ſuas contraxit, ac cum illis in haſce Provincias movit. Cum vero eodem tempore ipſi nuntiatum eſſet, Cæſaris exercitum in ſuperiorem Pannoniam populabandum irrupiſſe, interrupta expeditione Turcica, arma ſua in Imperatorem convertit, atque inito fœdere cum Stephano Valachiæ Vaivoda, Auſtriam ingreſſus, plurima oppida cepit, ut poſtmodum referemus. Fertur tamen, haſce vaſtationes Imperatore inſcio a ſuis belli Præfectis adverſus Matthiam tentatas, eas vero a Friderico, ſimulac de iis certior factus eſſet, quantocius inhibitas fuiſſe.

§. LXV.

Sæcul. XV.
A.C. 1481.

§. LXV.

Alphonsi V. Lusitaniæ Regis obitus.

Postquam Joanna Henrici IV. Castellæ Regis Filia in Conimbricensi monasterio S. Claræ solemni voto sese Deo obstrinxerat, Alphonsus Lusitaniæ Rex illius absentiam adeo indignanter tulit, ut sceptrum Filio suo cedere, & ad conventum S. Antonii de Varatoja Ordinis S. Francisci sese recipere decerneret; quapropter hanc in rem omnes regni sui Ordines Ulyssiponem convocavit; postquam autem Sintram petiit, febri correptus die vigesima octava Augusti in eodem cubili, ubi natus fuerat, extremum diem obiit, Anno ætatis suæ ferme quinquagesimo, regni vero quadragesimo tertio. Hujus Regis sollicitudini debetur Christianæ Religionis propagatio usque ad Occiduam Æthiopiam, quæ non ita pridem detecta, Guinea vocatur. Primus itidem fuit Alphonsus, qui in propria sua Regia ex optimis libris Bibliothecam instruxit librorum selectu celeberrimam; erat etiam in redimendis captivis adeo profusus, ut vulgo *Captivorum Redemptor* nominaretur. Successit ei in regno Joannes filius ejus hujus nominis secundus.

Sæcul. XV. A. C. 1481.

§. LXVI.

Phœbi Navarræ Regis, & Regis Daniæ extrema.

Belleforest. l. 9. c. 143.

Hoc item anno Franciscus Phœbus Navarræ Rex e vivis ereptus est suumque regnum sorori suæ reliquit cum ipse nonnisi quindecim Mensibus sceptrum tenuisset. Ad eundem annum vel saltem ad sequentem Scriptores rejiciunt obitum Christierni Daniæ Regis, qui trigesimo tertio regni sui anno die vigesima secunda Maji mortalitatem exuit. Princeps erat humanitate & clementia insignis, præcipue vero in pauperes adeo misericors atque profusus, ut sua eum liberalitas non raro ad indigentiam redegerit. Post ejus mortem Joannes illius filius natu major præter Daniam in Suecia & Norvegia hæreditario jure successit, Regis tamen titulum fratri reliquit, qui etiam postea Sueciam, quam interim Steno administrabat, suo adjunxit imperio: id tamen pluribus post annis factum legimus.

§. LXVII.

Mors Platinæ Historici.

Paul. Jov. in elog. c. 19.

Ad idem quoque tempus revocatur obitus Historici cujusdam, qui vulgo Platina dictus Piadenæ seu Platinæ haud procul

procul Cremona, exiguæ fortunæ parentibus natus erat. Sæpius ejusdem nomen, quod in Baptismali fonte receperat, nonnisi litera B. designatum reperitur, unde a quibusdam Auctoribus Baptista cognominatur, nihilominus hac litera nomen Bartholomæi indicari vero similius est, si tamen ipse (ut fertur) auctor exstitit illius epistolæ ad Cardinalem Papiensem scriptæ, quæ hunc titulum præfefert: *Bart: Platina Jacobo Cardinali Papiensi &c.* Ceterum Platina non modicum ætatis suæ tempus militiæ sacraverat, qua denique relicta regnante Calisto III. summo Pontifice Romam venit, ubi a Cardinale Bessarione exceptus in ejus domo morabatur, demum vero ejusdem Cardinalis opera, & auctoritate a Pio II. quædam beneficia, ac Apostolici *Abbreviatoris* munus obtinuit, a Paulo II. autem omnibus suis bonis exutus fuit, quamvis haud alterius sceleris reus fuisse videatur, quam quod apud Pium II. non infimum gratiæ locum tenuisset, idque Paulus criminis loco haberet.

Sæcul. XV. A C 1481.

Volat. autr. lib. 21. Vossius lib. 3. de Histor. latin.

§. LXVIII.

Adversitas & vexatio a Platina tolerata.

Platina, cum injuriam sibi illatam iniquo ferret animo, hac de re apud *Paul. Jov. ibid.*

Sæcul. XV. A. C. 1481

Pontificem conqueri decrevit; aſt continuis viginti diebus palatium ejus accedens, nunquam alloquii copiam nanciſci poterat: Unde fatigata ejus patientia, eoquod cum Sanctitate ſua colloqui poſſe deſperaret, ad eundem literas dedit, acerbo admodum calamo ſcriptas quibus Pontifici etiam comminari auſus eſt, ſe aditurum omnes Principes Chriſtianos, eosque hortaturum, ut Concilium indicerent, in quo Papa de geſtis ſuis rationem reddere cogeretur. Paulus II. epiſtolæ hujus temeritate graviter commotus, Platinam carceri mandari jubet, cujus ſqualore quartum in menſem cruciatus, tandem ad preces Pauli Gongazæ (ut inquit Cardinalis Mantuanus) libertati reſtitutus, ab eoque in fidem ſuam receptus eſt. Verum tertio poſt anno in ſuſpicionem conjurationis cum quodam Gallimacho conflatæ vocabatur, ac Pauli II. juſſu denuo in vincula conjectus, ſæpius tormentis ſubjectus eſt: Cum autem crimen, de quo poſtulabatur, nunquam confiteretur Pontifex ad alia recurrit media; ergo eum hæreſis, & perverſæ, quam de immortalitate animæ tradiderat, doctrinæ reum facit; diſcutiuntur ejusdem ſcripta, audiuntur teſtes, nullius tamen erroris convictus, poſt unius anni carcerem iterato libertati redditur, Beſſarione,

ne, & Gonzaga pro eo deprecantibus. Nihilominus suis officiis nonnisi Paulo II. e vivis erepto restitutus est sub Pontificatu Sixti IV, qui Platinam multo favore prosecutus, non modo omnium muniorum possessioni reddidit, sed etiam Bibliothecæ Vaticanæ præfecit, quadam insuper domo eidem dono data, in qua etiam pestilentia consumptus obiit anno ætatis suæ sexagesimo. (*) Sæcul. XV. A. C. 1481.

§. LXIX.

Platinæ Opera.

Is librum scripsit de gestis Romanorum Pontificum a Christo Domino usque ad *Dupin. Bibl. Auct. to.* 12. *in* 4.

(*) *Temere in Paulum II. culpa conjicitur adversitatum, quibus Platina agitabatur; non enim Pontifex proprio odii impetu eum in carcerem conjecit, minus vero criminationes adversus illum adinvenit, sed eum ab aliis plurimis accusatum quæstioni subjici jussit; propria ipsius in Pontifices & præcipua in Paulum II. Platinæ maledicentia calamitatis suæ origo fuit, & testantur Baronius ad annum* 1466. *num.* 22. *& Spondanus ann.* 1464. *n.* 16. *Platinam erexisse Romæ academiam, in qua de quavis materia problematice disputans quædam Religionis Christianæ dogmata in dubium revocare visus est, & Platonicam sectam instaurando fidei fundamenta labefactavit.*

Sæcul. XV. A.C. 1481.

ad Pontificatum Pauli II, eumque Sixtum IV. Benefactori suo nuncupavit. Præter nimiam in scribendo libertatem stylo etiam sat humili utebatur, atque insuper in eo solertia, integritas, ac vera a falsis discernendi judicium desideratur. Pluribus typis excusum prodiit hoc opus: editio tamen, quæ purior creditur, prima est Venetiis Anno millesimo quadringentesimo septuagesimo nono excusa; illæ enim, quæ ab Onuphrio Platinæ adversario publici juris factæ fuerunt, omnes adulteratæ videntur. Præterea plures libros morales elucubravit Platina, hos inter præcipui sunt tres Dialogi de falso & vero bono, alius contra amores; dialogus de vera nobilitate; dialogi duo de optimo cive; Panegyricus de Bessarionis Cardinalis vita; oratio ad Paulum II. de pace Italiæ, & de bello Turcis inferendo. Cuncta hæc opuscula Colonienſibus & Lovanienſibus literis impressa habentur. Eidem quoque Auctori adscribitur tractatus de mediis conservandi sanitatem, de natura rerum, & scientia coquendi, qui liber nuncupatus est Ruvereo Cardinali & invenitur Bononiæ in Italia Anno millesimo quadringentesimo nonagesimo octavo, & Lugduni Anno millesimo quingentesimo quadragesimo primo typis impressus. Denique elucubravit Historiam

storiam de urbe Mantuana, & de Gonzagæa Familia, quod opus diu in suo manuscripto delitescens, tandem Viennæ in Austria Anno millesimo sexcentesimo septuagesimo quinto in lucem emissum est opera & studio Lambecii Viri longe celeberrimi. Sæcul. XV. A.C. 1481.

§. LXX.

Legati Angliæ ad Galliarum Regem.

Sancitis Angliam inter & Franciam induciis, quarum supra meminimus, Eduardi Regis Oratores anno priori Ludovicum XI. adibant. Eo tempore Rex Turonii agebat, ut igitur hosce Legatos magis luculenta honorum significatione exciperet, usque ad Castrum Reginaldi illis obviam processit, ac ingenti pompa salutatos ad alloquium vocavit, cunctosque articulos utrinque firmatos ratihabuit. Legati tanta, qua a Rege excipiebantur, benevolentia admodum læti in Angliam revertuntur; his demum abeuntibus, per universum regnum pacta induciarum prorogatio publicata est, quæ verius pacis fœdus dici meretur, eoquod juxta initas concordiæ leges cautum esset, ut hæ induciæ non modo perdurarent, quamdiu uterque Rex in vivis agerent, sed insuper integro adhuc

sæculo

Sæcul. XV. A. C. 1481.

sæculo post obitum illius, qui primus eorum decederet, vim suam haberent. Porro inter ceteras hujus pacis conditiones præcipua erat, ut deinceps etiam Angliæ Regi a Ludovico ejusque Successoribus, quamdiu induciæ subsisterent, centum millium aureorum pensio numeraretur.

§. LXXI.

Ludovicus XI. iterato apoplexia tactus.

Comm. l. 6. c. 7.

Hoc item anno millesimo quadringentesimo octogesimo primo Ludovicus XI. in suo castro Plessiaci prope Turones iterato animi deliquio corripitur, nec tamen inde gravius subibat vitæ periculum, quam quo jam antea Cainone defunctus erat, hinc pro more suo itinera prosequebatur, ac quamprimum equi currentis motum sustinendo par erat, ad Pontem Arcuensem in Normanniam contendebat, ut ibidem stativa lustraret, quæ hortatu Cordæi posuerat, ut exercitum haberet pace belloque in armis exercitatum, & ad subitos casus expeditum. Contrahebantur ergo mille quingenti Lancearii, & peditum decem millia, præter bis mille quingentos fossores castrenses: aderat quoque copiosus sarcinarum, ac tormentorum, armorumque

que apparatus. Verbo, tot præsidiis, munimentisque firmabantur hæc castra, ut milites nil propius quam hostis aggressionem expectare crederentur, cum vero nonnulli Ludovico suggererent, tam numerosum exercitum ad bella paratum, atque in castris exercitatum Maximiliano, quocum tamen pacem firmare cogitaret, merito suspicionem injecturum, Rex horum consilio acquiescens, omnes hasce copias missas fecit, atque ipse Turonium reversus est. Sæcul. XV. A. C. 1481.

§. LXXII.

Comminæus ad sedandos tumultus in Sabaudiam decretus.

Necdum iter suum persecerat Rex, cum identidem morbo præpeditus apud Philippum Comminæum in Argentinensi arce solido mense hærere compelleretur; inde vero Thoracium delatus eundem Comminæum cum Equitum agmine in Sabaudiam misit, ut dissidia componeret, quæ inter Camerensem Comitem Sabaudiæ Ducis Moderatorem, & juvenis hujus Principis Patruos suborta fuere: frequentes enim ad Regem deferebantur querelæ de violentiis, atque exactionibus, quibus Comes maximam suorum in se invidiam concitaverat. Hunc olim Ludovicus defuncta

Sæcul. XV. A.C. 1481.

Grolee-luys

cta Gubernatrice administratorem nomi-
nabat, Ducemque puerum Groleluysio
instituendum tradebat. Porro Rex que-
relis aures præbens, secretis literis Ge-
nevensi Episcopo Ducis Patruo in man-
datis dedit, ut regni administrationem
ipsius in se susciperet, Groleluysius ver
juvenem Principem in Delphinatum con-
duceret. Verum Camerensis rem ed-
ctus, Ducem detinuit, ac in Sabaudi
permanere compulit, ab eoque faculta-
tem petiit, ut Groleluysium comprehen-
dere posset, qua impetrata illum ad op-
pidum S. Joannis in Mauriana misit, cu-
stodiæ dandum: postea habito militum
delectu, copias in Pedemontium adver-
sus Genevensem Episcopum duxit, Da-
store Miolano, qui Vercellam obsidion
cinxit. Præerat urbi Raconisius Dynast
cujus plurimum intererat, ut hanc civi-
tatem strenue propugnaret, eoquod illam
jure pignoris ob quamdam pecuniæ sum-
mam Duci mutuo datam teneret.

§. LXXIII.

Comes Camerensis Sabaudiæ Guber-nator jussu Regis captus.

Ludovicus ob Comitis audaciam in-
concitatus, clam cum Bressiæ Co-
mite Episcopi Genevensis fratre consilia
contulit, eique jus auctoritatemque con-
cessit,

cessit, ut Camerensem comprehendi juberet: ut vero Rex eo tutius animi sui propositum occultaret, hinc se impotenti indignationis impetu in Bressiæ Comitem excandescere simulabat, obtentu inde quæsito, quod ipse non quidem propriæ voluntatis motu, sed potius Camerensis metu adactus, copiis adversus Genevensem Episcopum conscriptis sese adjunxisset; Interea vero Bressiensis, cujus fides in Sabaudia Procerum nemini suspecta erat, quosdam aulæ Ministros sibi devinciebat, atque inter ceteros præcipue Thomam de Salutiis, qui Taurinum veniens sibi Ducis conclave, in quo Camerensis decumbebat, aperiri jussit, ac Comitem ex Regis mandato quantocius comprehendi, & a quindecim circiter satellitibus custoditum carceri mandari præcepit. Sæcul. XV. A.C. 1481.

§. LXXIV.

Maximilianus pacem cum Ludovico XI. inire detrectans.

Cum interea Comminæus secundis adeo votis in Sabaudiæ Ducis Provincia concredito sibi negotio defungeretur, Ludovicus XI. ad oppidum S. Claudii in Comitatu Burgundiæ situm proficiscitur, ut votum pro sua salute nuncupatum ibidem exsolveret. Iter non

Sæcul. XV. A.C. 1481.

non sine gravi molestia, quamvis non nunquam navi vectus, prosecutus est, atque adimpleta voti religione prima Lugdunum rediit, inde Gratianopolim delatus, Sabaudiæ Ducem invisit. Soluto utriusque colloquio Rex ad castrum Plessiaci prope Turones pervenit, ubi Comminæo negotium dedit, ut de concordia cum Maximiliano ageret. At primos Comminæi conatus fefellit eventus, Archiduce ad pacem flecti nescio; hic enim existimabat, Ludovicum XI. brevi moriturum, eoque fatis erepto Gallos cessione omnium, quæ Rex Burgundicæ Domui eripuisset, pacem redempturos. Quapropter vario obtentu quæsito ad concordiam redire cunctabatur, spe sua non parum aucta ex cursorum relatione, qua Regem non minus animo, quam corpore graviter laborare, identidem edocebatur.

§. LXXV.

Burgundiæ Duciſſa Maximiliani conjux vivis erepta.

Comm. l. 6. c. 3.

Not Comm. tom. V. edit. ult. pag. 271.

Attamen inopinatus casus consilia Archiducis evertit; quippe Burgundiæ Duciſſa ejus conjux mortalitatem eo tempore exuit, quo Maximiliani rebus benignior fortuna adspirare cœperat; hæc enim, cum venationi intenta esset, ex equo

Sæcul. XV. A C. 1482.

equo ferociente dejecta, lapsu graviter vulnerata est, & accedente postmodum febre, die decima octava, vel ut in notis ad historiam Comminæi habetur, vigesima septima Martii paulo ante Paschatis festa hoc anno Millesimo quadringentesimo octogesimo secundo Brugæ e vita decessit. Non desunt, qui eam tunc uterum gestasse referunt. Porro ex quatuor annorum connubio tres suscepit liberos, quos inter primus erat Philippus, qui primus hujus nominis Rex Hispaniæ salutatus, in Ecclesia S. Gundulæ Bruxellis sacro fonte ablutus est, ut testatur Olivarius Marchianus; Altera fuit Margarita, quam Ludovicus XI. Delphino filio suo Sponsam selegerat, eam tamen Anno millesimo quadringentesimo nonagesimo tertio ad suos parentes remisit. Tertio genitus erat Franciscus, qui tamen exiguo admodum tempore superstes vixit. Ingentes ex Ducissæ obitu tumultus, & crebræ inter Flandros animorum dissensiones exoriebantur: hi enim, cum in Maximilianum parum propensi essent, ejusdem liberos Gandavensium curæ committendos esse contendebant, hancque in rem ad Galliarum Regem suos ablegabant Deputatos, qui cum eo de pace & connubio Margaritæ Austriacæ (*) cum

Krantz. 12. Sax. 29. Bouter. rerum Belgic. lib. 12.

(*) *Infelix sane Ducissa, quæ Carolo VIII.*

Sæcul. XV. A.C.1482.

cum Delphino agerent, Maximilianus necessitati temporis ac Gandavensium voluntati non modo parere, sed etiam paulopost Atrebatensem pacem adeo celebrem, quæ Gandavensium opera inchoata, ac promptissime concluſa fuit, invitus licet suo quoque consensu firmare compellebatur.

§. LXXVI.

Ariæ civitas a Cordæo ex insidiis capta.

Chron. Joan. Molinet. in Tom. V. Comm. Edit. ult. pag. 260.

Verum priusquam hoc fœdus initum esset, Cordæus Ariam urbem in Atrebatesiæ Comitatu sitam suæ subjecit potestati. Referunt Auctores, quod hæc urbs per summam Joannis Cohemii perfidiam Gallis tradita, eidemque triginta aureorum millia, decem millium pensio & centum lancearii in proditionis pretium dati fuerint. Utut res se habeat, id certum est, quod Cordæus urbem toto bellico apparatu se aggredi simulaverit, ac primo gra-

tum Delphino desponsata, & in aula Francica educata, cum adolevisset, propter jus successionis repudiata fuit a Carolo, qui Annam Francisci Britanniæ Ducis Filiam violenter surripuit. Vide Palatium in Historia Maximiliani lib. 43. cap. 3. num. 5. & 6.

gravioribus tormentis mœnia quatere cœperit: unde Flandri vehementer perterriti, Cohemio nuntiabant, se illi suppetias, cunctaque ad urbem strenue propugnandam necessaria suppeditaturos. His ille respondit, se aliunde habere annonæ copiam, quæ in solidum mensem et amplius satis esset, atque ad contrahendum exercitum sat amplum supereſſe spatium: Interea vero die vigesima octava Julii capta est civitas, ac præsidarii milites sese Audomaropolim receperunt. Unde, si qua fides huic relationi, Cohemius cum Rege clandestina foviſſe consilia videtur. Nihilominus dubio locus est, an Cohemius Ariæ urbis Gubernator, & durante obsidione urbi præsens adfuerit; quippe in deditionis conditionibus sermo incidit de Philippo Burgundo de Bevres, qui tum specialiter civitatis administrationem gerebat, ac itidem Generalis Artheſienſis Comitatus Gubernator erat. Præterea eo tempore Antonius Wiſſocus Vapinensis Arienſem Præfecturam obibat, proin pleno urbis imperio potiebatur, ac demum Bevresio tum abiente arcis Præfecturam ad Joannem Leanam Cambrinienſem devolvebat; ex his igitur vero sat simile est, præfatam Cohemii proditionem mere confictam esse. Id tamen certum est, Ariam urbem die vigesima octava Julii prius utrinque firmatis dedi-

Sæcul. XV. A.C. 1482.

Gapaner.

Not. Comm. Tom. V.

Sæcul. XV A.C. 1482.

tionis legibus, quæ in Comminæi nov recenſentur, a Galliis occupatam fuiſſe

Edit. ult. pag. 262.

§. LXXVII.

Archiducis Filia Delphino in Sponſam oblata.

Hujus urbis jactura non parum affli Archiducis animum, auxitque dol rem ſucciſa ſpes, qua adverſæ fortu caſibus obviare poſſet: Flandri enim modo novos identidem ſuſcitabant tum tus, ſed etiam pari ſeditionis ardore al quoque Belgii urbes accendebant, u ce eo intenti, ut labefactatis Principis viribus ejusdem imperium excutere p ſent; hinc Ludovicus XI. omnes hau rerum viciſſitudines in rem ſuam verta ſollicitus, Gandavenſes obſequiis ſibi d vincire, ac ſingulari honore proſequi natur, eisque offert nuptias Delphini cum Margarita Maximiliani Filia, nec ampli rem conſtitui dotem petit, quam utram que Burgundiam: ſe vero Atrebatu cum omnibus, quæ in Artheſiæ Co tatu poſſideret, redditurum pollicetur hac in re Cordæi opera utebatur, qu proſpero ſucceſſu Regis ſui conſilia exs quebatur; Gandavenſes enim Archidu cem, quem omni modo vexabant, infe per compellunt, ut has nuptias conſen ſuo firmaret, pacemque cum Francis iniret.

§. LXXVIII.

§. LXXVIII.

Sæcul. XV. A.C. 1482.

Atrebatensis congressus de pace Maximilianum inter & Ludovicum XI.

Extorto Archiducis consensu, quantocius Gandavenses Deputati Ludovicum XI. tum Clerici agentem adeunt. His perbenigne exceptis Rex spopondit, se Atrebatum, ubi congressus utrinque decretus celebraretur, Legatos suos missurum. Aderant Regis nomine Cordæus, Catemanus Regius hujus urbis Præfectus, Joannes de Vacquira & Joannes Guerinus regius domesticæ rei Administrator: Maximilianus quoque suos ablegavit Oratores Joannem Daufajum Consiliarium, & libellorum supplicum Magistrum in Palatio constitutum; Gortium Rollandum Consiliarium Bruxellis stipendiarium præter Jacobum de Heenwerper, qui Gandavensis urbis, & ceterarum Belgii præcipuarum civitatum nomine intererat. In hoc congressu firmata erat pax solida, fœdusque perpetuum inter Ludovicum XI, Delphinum, & ipsum Galliarum Regnum; necnon inter Archiducem, ejusque liberos Philippum & Margaritam, simulque stabilitæ fuerunt nuptiæ Delphini cum Margarita Ducissa sub iisdem conditionibus, quæ in sequentibus articulis expressæ habentur.

Noti Comm. Tom. V. Edit. ult. pag. 272.

Saecul. XV. A.C. 482.

§. LXXIX.

Atrebatenſis pacis Articuli.

Igitur articulo primo ſancitum, ut pax utrinque juramento firmetur. II. Connubium Delphini cum Margarita ſtabilitur. III. Duciſſa Atrebatum mittatur Bellojovienſi Comiti tradenda, ab eoque in Franciæ regnum deducenda; IV. Præfatus Comes Regis nomine juret, quod Duciſſa, tum nonniſi tres annos nata, Delphino, qui duodecimum agebat annum, quamprimum ambo adoleverint, in uxorem detur & nuptiarum ſolemnia de more celebrentur. V. Eidem dotis nomine reliquantur Artheſiæ & Burgundiæ Comitatus, ditiones & Dynaſtiæ Maconnenſis, Antiſſiodorenſis, Salinenſis, Barienſis ad ſequanam, & Noyerenſis, ea tamen lege, ut eædem ditiones deficientibus tam maſculis quam fœminis hæredibus ad Philippum Ducem redirent. VI. Si vero præfati Comitatus, ditiones ac Dynaſtiæ quocunque caſu alteri quam Delphino vel ejus liberis obvenirent, tunc Rex, Delphinus, eorumque Succeſſores Galliarum Regis harum Provinciarum Poſſeſſores tamdiu exiſtant, donec de jure, quod iſti in beneficiaria prædia Caſtellanum, Inſulanum, Duacenſe & Orcheſianum habere contendunt, judicium fuerit latum data etiam

Preuves des Memoires de Comines Tom. V dern. Edit. pag. 272.

etiam fide, hanc litem infra triennium esse dirimendam. VII. Præfati comitatus, excepto Audomaropolitano, suis legibus, consuetudinibus atque immunitatibus utantur, eorumque jura sub auctoritate Delphini atque Ducissæ salva & integra serventur. VIII. Eodem quoque jure Comitatus Burgundiæ fruatur. IX. Urbs Atrebatensis sub nomine Delphini avito suo restituatur regimini. X. Delphinus Audomaropolin non possideat, nisi peractis nuptiis. XI. Hæc urbs fidei Sacramento Regi præstito, Nobilium, Cleri, & Civium curæ, atque Administrationi relinquatur. XII. Donec Ducissa pupillares annos egressa esset, hujus urbis proventus Atrebatensium ærario cedant, constitutis ab Archiduce hanc in rem Ministris, qui a Delphino confirmentur. XIII. Si vero hæ nuptiæ impediantur, vel omnino dissolvantur, Artesiæ & Burgundiæ Comitatus cum ceteris ditionibus Maximiliano, vel ejus Filio reddantur, Rexque juri in beneficiaria prædia Insulanum, Duacense & Orchesianum cedat. XIV. Rex & Delphinus civibus ea solvant, quæ iisdem ob hasce ditiones debentur, ita tamen, ut Chirographa, quæ defuncta Burgundiæ Ducissa, & Carolus ejus Pater dabant, a creditoribus reddantur. XV. Si Delphinus nulla prole relicta decedat, Ducissa

Sæcul. XV. A C. 1482.

Sæcul. XV A. C. 1482.

ejus conjux Artheſiæ & Burgundiæ Comitatibus, aliisque præfatis ditionibus nomine dotis, fruatur, additis annuis quinquaginta millibus librarum Turonicarum, necnon oppignoratis in fidem crediti præclaris urbibus, Campania, Biturigibus & Turonia. Spectabant ceteri articuli hujus Tractatus firmitatem, atque executionem, necnon quorumdam privatorum cauſſas. Has inter erant lites, quas Arauſionenſis Princeps, hæredes Conſtabilis S. Pauli, Croyii, Toulengonii, Joignii, aliique habebant. Equidem Rex Artheſiæ Comitatum ſibi vendicare non intenderat, nihilominus Gandavenſes eundem illi addicebant, ut eorum Princeps magis adhuc exhauſtus numquam imperium in eos exercendi vires haberet.

§. LXXX.

Maximilianus huic paci graviter obluctatus.

Hoc fœdus Atrebati die vigeſima tertia Decembris firmatum, ineunte menſe Januario anni ſequentis Rex Pleſſiaci prope Turones gratum ratumque habuit. Haud leviter ea res diſplicuit Maximiliano; hisce enim pactis tam ſibi, quam Filio ſuo valde pingues ac fortunatæ eripiebantur Provinciæ, nihilominus aſſenſu quoque ſuo adſtipulabatur, non-

nonnisi tamen invitus & quodammodo violentis Gandavensium ausibus coactus eorum voluntati cedebat; hi enim eo temeritatis progrediebantur, ut non jam per ambages contestarentur, se solos, nisi consentiret, has nuptias effecturos: Cum autem insuper Maximiliano hujus pacis conditiones nimium duræ, & Margaritæ Filiæ suæ dos admodum ampla videretur, graviter querebatur, quod Ludovicus auctoritate sua insolentius uteretur, eoquod quasdam arces in Burgundia solo æquari jussisset. Sæcul. XV. A.C. 1482.

§. LXXXI.

Alverniæ Ducissæ obitus.

Interea Joanna de Francia Joannis de Borbonio & Alverniæ Ducis conjux in suo castro Molini in Corbonensi Provincia tam ardenti corripiebatur febri, ut desperata omnium Medicorum ope feria quinta die quarta Maji e vivis excederet, Molini in Ecclesia S. Mariæ sepulta. Ejusdem virtutes, ac vitæ probitatem pluribus commendat Auctor, qui de gestis Ludovici XI. commentarios scripsit: Præterea plures eodem anno pari fato rebus humanis erepti sunt, quos inter præcipui sunt Narbonensis, & Bituricensis Archiepiscopi; Lexoviensis Præsul, Joannes Pistor seu Boulanger primus Parisiensis *Chron. Ludov XI. apud Com. Tom. V. Edit. ult. pag. 269. Moulins.*

Sæcul XV A C 1482.

sienſis Senatus Præſes, & alius quidam nomine Nicolaus Bataillia, qui celeberrimus ſui ævi Jurisconſultus ingenti omnium luctu deceſſit.

§. LXXXII.

Leodienſis Epiſcopi cædes.

Chron. ibid. p. 273. Gaguin. lib. 10. Suffrid. de Epiſc. Leod.

Guilielmus Marchianus, quem Leodienſes Aprum Arduennæ vocabant, contra Ludovicum Borbonium hujus urbis Epiſcopum conſpirare, eumque e medio tollere omnibus viribus conabatur, ad hoc incitatus ſive obtinendæ civitatis Leodienſis ſpe, ſive odio in præfatum Epiſcopum; ſaltem quorumdam Scriptorum fide diſcimus, Marchianum ab ipſo Ludovico XI. ad immane hoc facinus effectui dandum pecunia & milite fuiſſe adjutum, eoquod hic Epiſcopus Maximiliano Archiduci faviſſet. (*) Ergo Marchianus ſuos milites contrahit, quos rubris veſtibus indutos, ac in ſiniſtra manica aprugni capitis imaginem geſtantes usque ad Leodienſem agrum educit, ubi cum nonnullis urbis civibus clandeſtina fovebat conſilia; hi vero Epiſcopo ſuo auctores erant, ut hoſti obviam procederet, nec cunctabundus præſtolaretur, donec urbs obſidione clauderetur: pollicebantur.

(*) Vide Hiſt. Continuat. Fleurii Lib. CXV. §. LXVII.

cebantur insuper, se etiam una cum illo Marchianum ejus hostem aggressuros, atque Episcopi sui salutem cum proprio vitæ discrimine defensuros. Episcopus speciosis horum promissis nimia credulitate acquievit, ac urbe egressus, adversus Marchianum copias suas eduxit: Cum vero utraque acies in conspectu esset, proditores illi, relicto suo Præsule, ad hostium castra transfugerunt. Unde Marchianus Episcopum nullo negotio captum propria manu crudeliter trucidat, ejusque corpus per totam urbem Leodiensem raptari, ac præ foribus Ecclesiæ S. Lamberti plebi conspiciendum exponi jubet. Ea cæde patrata filium suum in Episcopi mox enecati locum per vim eligi voluit. Ast Marchianus paulo post a Sixto Papa anathemate perculsus, Deo permittente, ab ipso Hornio captus est. Hic frater erat illius, qui a Leodiensi capitulo in Ludovici Borbonii successorem eligebatur, quapropter fratris sui partes fortiter tuendas suscepit, atque Sacrilegum Ludovici homicidam Trajecti ad Mosam, ut inquit Spondanus, vel juxta Mazeraium, Ultrajecti capite plecti jussit.

Sæcul. XV. A.C. 1482.

Spond. continuat. annal. ad ann. 1482. n. 4.

Mezer, Synop. chr. vit Lud. XI. Tom. 3. in 12.

§. LXXXII.

Ludovicus ob adversam valetudinem de vita sua sollicitus.

Non desunt quidam Scriptores, qui referunt

Sæcul. XV. A. C. 1482.

ferunt Ludovico Regi in pœnam auxilii, quod Marchiano ad necem Leodiensis Episcopi præbuerat, morbo a Deo fuisse castigatum; aft solido destituuntur fundamento; præcesserat enim adversa Regis valetudo cædem Episcopi toto ferme biennio, & jamjam adeo graviter ægrotabat, ut Gandavensium deputatis, qui fœderis tabulas ab eo firmandas deferebant, ægre admodum alloquii copiam concedere posset; insuper Rex quocunque mortalium, superumque auxilio sanitatem, ac mali levamen impetrare satagebat. Jam plurimos convocabat artis Musicæ peritos, quin etiam, ut lanquidum recrearet animum, ex inferiori Pictavio Pastores accersebat, qui coram eo tibia cantarent. Nunc supplicationes, ac publicas ubique preces imperabat, ipsusque in Ecclesias liberalis, nunc ad divum Claudium, nunc ad beatam Virginem de Cleriaco, quam speciali cultu venerabatur, sacras peregrinationes instituit.

Antehac vulgari admodum habitu induebatur: derepente autem pretiosissimis vestibus, ac toga ex serico texto chremesini coloris confecta, necnon muris pontici pellibus prætexta ornatus incedebat; nemo erat, qui ab eo gratiam petere audebat, sed illam ab ultroneo voluntatis suæ nutu sponte fluentem expectare oportebat

tebat. Nihil nisi severissime ac gravissime facere gestiebat, ut a suis, cum amoris affectum præstolari haud posset, saltem timorem extorqueret. Studiose alia ædificia erigebat, alia destruebat, ne morti adeo propinquus crederetur. In exteris quoque regionibus coemi jussit generosissimos equos, canes venaticos, rara animalia, aliasque peregrinas, delicatasque merces, eo duntaxat consilio, ut eum integra valetudine frui, cunctis persuasum esset. Sæcul. XV. A. C. 1482.

§. LXXXIV.

Monita a Ludovico XI. Delphino Filio ejus data.

Nihilominus astuta hæc integræ valetudinis simulatio non usque adeo prævalebat, quin in publicis regni sui negotiis reapse animum præseferret sibi satis constantem: hujus rei luculentum reddidit testimonium sua dexteritate, qua Atrebatensis pacis negotium perfecerat; magis tamen illius elucebat prudentia, dum egregia prorsus Monita Filio suo dederat. Hunc in Arce Ambasiensi in custodia detinebat, veritus, ne forte a Borbonio Duce, & Bellojovensi Comite adversus regiminis formam sinistris opinionibus imbueretur: Ergo sub finem mensis Septembris anni præsentis Ambasiam se

P. Daniel. Hist. Franc. tom. 4 p. 730. in 4. Vit. Lud. XI.

Rec. Belleſ. l. 5. c. 148.

Sæcul. XV. A. C. 1482.

se deferri curat, ut ipsemet cum Delphino colloqueretur, forte confisus, vix non morituri Parentis monita viva voce sug gesta tenacius Filii animo inhæsura. E quidem Pater Daniel scribit, Delphinum a Rege ad se Plessiacum fuisse accitum nec id veritati contrarium; potuit enim fieri, ut eadem præcepta, quæ pauco ante menses Ambasiæ Filio suo dederat, eidem denuo inculcasset, atque in tabu las Burgundici Senatus, necnon in actu Regii ærarii referri jussisset eo fine ut affectus, ac studii, quo subditos suos prosequebatur, monumentum relinque ret. Igitur ante omnia Delphinum his verbis allocutus est: nullum ex Ministri tuis levi ex caussa officio suo amoveas, mihi quippe propemodum exitiosum fuit quod sub primis Regni mei auspiciis re gios Principes contempserim, ac Nobi les viros, strenuosque Duces, quorum fortitudine Pater meus Normanniam, atque Aquitanniam ab Anglis receperat, exauctoraverim; inde enim mihi exitiale bellum, regno autem meo extremæ ruinæ periculum accersivi, eoquod tot viri tam generis nobilitate, quam meri torum gloria illustres indignum in mo dum

(*) *Hæc monita recitantur integra a Comminæo Tom. V. Edit. Ann. 1723. inter notas ejusdem pag. 376.*

dum dimissi, conflato *boni publici* fœdere injuriam aperte vindicassent. Non ergo exemplum meum sequere, ego quidem errorem meum agnovi, nec tamen toto Regiminis mei tempore illum unquam corrigere potui; hinc a Proceribus regni mei propudiosam prorsus pacem inire compulsus fui, nec amplius illorum amicitiam recuperare valui, nequidquam adhibitis omnibus eos mihi devinciendi conatibus: hac autem Principum aversione populi quoque invidiam in me provocavi, eoquod ob suspectam Procerum fidem adversus eorum insultus continua gerere bella coactus essem. Sæcul. XV. A.C 1482.

Enimvero, prosequebatur Rex, populum meum gravibus oppressi tributis, & vectigalia usque ad quaterdecies centena, septingenties librarum millia auxi, quamvis meus Prædecessor ingruentis graviſſimi adversus Anglos belli necessitate pressus a suis subditis nonnisi septendecim centena millia librarum exegerit; nunc autem fili mi! pace regno restituta populum tuum, quoad fieri poterit, a tanto jugo exime; tunc enim sperare poteris, quod Proceres benignius habiti, cum semper innatum erga Reges suos amorem foveant, brevi ad officium redituri sint. Solerter etiam caveas, ne tuos clientes ultra modum favoribus augeas, *Comm. l. 6. cap. 7.*

Sæcul. XV. A. C. 1482.

geas, aut neglectis Proceribus obscuro loco natos ad honorum fastigia eleves.

Præterea Filio suo hæc monita sug-geſſit: Regiorum Principum, aliorumque virorum illustrium consilio utere; me fa-tis functo Ministros jam veteranos reti-neas velim, Margaritam puellam Austria Ducissam, utpote futuram Conjugem tuam tenero complectere affectu; pacem cum Flandris præcipue primis quinque, aut sex imperii tui annis inviolabili fide servare studeas; Annæ de Francia Ami-tæ tuæ, necnon Bellojovii Ducis ejus-dem Mariti consiliis aquiesce, eosque quorum fides tibi magis explorata erit, impensius colere satagas, atque inter ce-teros speciatim tibi commendo Philippum Comminæum, Buchagii Dynastam, Gui-donem Potum Veromanduensem Præ-torem, Olivarium Damum, & Cordæum, huic supremum exercitus imperium de-feras, nec inter postremos habeas Joan-nem Doyac; huic enim vitæ meæ pro-rogationem plurimum debeo. Insuper Filio suo auctor fuit, ne Carolinæ de Sabaudia Reginæ ac Matri suæ nimium confideret, eoquod illam semper magis Burgundicæ, quam Francicæ Domui propensam expertus esset. Tandem quæ-dam excusationis specie repulsam, quas nuptias Mariæ Burgundæ cum Delphino impe-

impediebat, excusare nitebatur, caussatus, hanc omnino tredecim annis, & aliquot mensibus ipso ætate majorem fuisse. Hæc fuere monita, quæ Ludovicus XI. Delphino suo filio tradidit. Sæcul. XV. A.C. 1482.

§. LXXXV.

Canonisatio fratris Joannis de Gandavo a Rege sollicitata.

Ludovicus XI. inter cetera externæ Religionis signa impensius colebat plurimas Sanctorum Reliquias, quæ ei ex variis regionibus ad recuperandam sanitatem submittebantur; has enim continuo secum deferens, frequenti osculo venerabatur, atque in illis omnem religionis suæ vim collocabat: Cum autem pius quidam Eremicola ad S. Claudium nomine Frater Joannes de Gandavo Trecis quidem sepultus esset, quo tamen loco ignoraretur, Ludovicus in ejusdem reliquias inquiri, easque in conventu FF. Prædicatorum dictæ urbis inventas, ex primo sepulchro efferri, atque publicæ fidelium veneration exponi jussit, nec his contentus, datis etiam Romam literis ejusdem Canonisationem a Sixto IV. summo Pontifice efflagitavit. Tres omnino epistolæ a Rege hanc in rem ad Trecenses Dominicanos datæ in nupera

Camusat. Miscel. historica pag. 524 & seq.

Comm. ult. edit. tom. V. p. 368. & seq.

Sæcul. XV. A.C. 1482.

Comminæi editione recenſentur, earum que prima die decima tertia Octobr hoc anno, altera tertia Decembris, te tia denique die decima octava Julii ann ſequenti ſcripta eſt: cum vero Rom Canoniſationis acta inſtruerentur, int rea Rex e vivis exceſſit, totumque neg tium ſuſpenſum hæſit.

§. LXXXVI.

S. Bonaventura in cenſum Sanctor relatus.

Baillet. vit. Sanct. tom. 2. n fol. 224. Bullar. tom. 1. Sixt. IV. Conſt. 21.

Sixtus IV. dimiſſa hac Canoniſation Sanctum Bonaventuram Cardinale Albani Epiſcopum, & Ordinis S. Fra ciſci Miniſtrum generalem in Sanctor catalogum ritu ſolemni retulit. Hic Etruria Balneoregii exiguo ditionis Pon tificiæ oppido honeſtis, probisque pa rentibus Joanne Fidanza, & Ritella na tus, Anno Domini milleſimo ducente mo vigeſimo primo mundum ingreſſu eſt; ac in ſacro fonte juxta Patris ſui n men Joannes vocabatur. Quartum æta tis ſuæ annum vix attigerat, cum jam jam gravi admodum morbo correptu de vita periclitaretur; hinc ejus Mate de Filii ſui ſalute plurimum anxia, ad fi lius Dei opem confugerat, ac S. Franci ci, qui tum adhuc in vivis agebat, ſuffra gium precesque devote implorabat, & fi

lium

lium suum, si sanitatem recuperaret, illius Religioni, sacroque Ordini devovebat. Exaudita est pia Mater, & puer præter omnem Medicorum spem pristinæ reddebatur sanitati. Ab eo tempore ob impetratam hanc felicitatem, *Bonaventura* nominabatur, idemque nomen semper retinebat. Postea anno millesimo ducentesimo quadragesimo tertio institutum S. Francisci profitebatur, anno autem Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo Parisiis Philosophiam & Theologiam publice tradebat, sexto denique post anno, quamvis absens, & non nisi tricesimum quintum ætatis annum ingressus esset, Generalis Magister Ordinis sui renunciabatur, ubi Anno supra millesimum ducentesimo sexagesimo lapsam instituti sui disciplinam ad pristinum fervorem revocavit. Anno millesimo ducentesimo septuagesimo tertio a Gregorio X. summo Pontifice Cardinalium collegio adscriptus, anno sequenti Lugduno redux, ubi Concilio ejusdem Pontificis jussu in dicta urbe celebrato interfuit, die septima Martii animam Deo reddidit.

Sæcul. XV. A.C. 1482.

Postquam vero testimonia de vitæ sanctitate ac miraculorum gloria rite discussa, atque approbata fuerant, ceteraque omnia de more solemnia debite adhibita, tandem Bonaventura a Sixto IV. Pontifice, qui olim ejusdem instituti a-

Sæcul. XV. A.C. 1482.

lumnus erat, die Sabbati vigesima nona Aprilis (*) infra Octavam Paschatis Anno Domini millesimo quadringentesimo octogesimo secundo Sanctorum numero adscriptus est. Idem Pontifex hujus Sancti festivitatem non solum in Conventibus S. Francisci ab utriusque sexus Religiosis, sed etiam in universa Ecclesia publice celebrari permisit, simulque divinum officium de Doctoribus Ecclesiæ loci solitum sub ritu festi duplicis persolvi jussit. Corpus ejus post mortem ad Ecclesiam FF. Minorum delatum, Lugduni sepeliebatur: cum autem Anno Salutis millesimo quadringentesimo trigesimo quarto ad templum a FF. Minoribus recens ædificatum transferretur, aperto ejus monumento caput illius penitus integrum repertum est, reliqua corporis parte in cineres redacta. Inde etiam os quoddam ex brachio Balneoregium ad natale hujus Sancti solum, aliud vero Venetias ad sanctimoniales ejusdem S. Ordinis delatum est. Porro Calvinistæ ubi Anno millesimo quingentesimo sexagesimo secundo Lugdunensem urbem occupabant, subrepta argentea capsa Divi

(*) *Canonizationis Bulla data legitur decimo octavo Calendas Maji seu* 14. *Aprilis die; unde Paggius ad hunc annum* 1482. *n.* 80. *Continuatorem nostrum corrigendum censet.*

Divi ossa comburebant, ac cineres in Ararim flumen sacrilege projiciebant; nihilominus caput ejus integrum servatum est, & forte ex illo decerpta est maxilla inferior omnibus ferme dentibus instructa, quæ hodie Fontebellaquei in conventu Mathurinorum unacum imagine hujus Sancti in quadam crystallina theca religiose asservatur. sæcul. XV. A.C. 1482.

§. LXXXVII.

Initia belli Granatenses inter & Mauros.

Hoc item anno bellum a Granatensibus adversus Mauros inchoatum fuisse videtur. Equidem Ferdinandus & Isabella mox ad occupandum hoc regnum animum adjiciebant: verum a tempore, quo Maurorum imperium solo Granatæ regno constabat, nemo Regum alius potentia clarior erat, quam Albohacenus, qui ex stirpe Almaharorum progenitus hujus nominis undeviceſimus erat. Sub primis Regni sui auspiciis placidissima fruebatur tranquilitate, quæ ab induciis inter Christianos Principes ac Prædecessores suos nascebatur; hanc ipsam vero pacem ipsus brevi turbare cæpit: ad id eum intempestiva imperii sui fines protendendi cupido, necnon peropportuna incitabat occasio, quam ei bel- *Mariana lib. 25.*

Sæcul. XV. A.C. 1482.

lum inter Reges Catholicos & Alphon sum Regem Lusitaniæ motum submi strabat. Ergo Vandalitiam, & Murci regnum cum gemino, eoque fortissim exercitu invadit, ac fœde tantoque f rore depopulatur, ut Ferdinandus, atq Isabella resistendo impares, non sine j genti suorum dispendio pacem cum e inire compellerentur; porro Rex, atq Regina fœderis articulos fide integ observabant; Maurorum vero Rex cu Zacharam fortissimum oppidum ob i duciarum securitatem minus firmo m nitum præsidio intelligeret, illud impr viso impetu obruit, ejusque guberna torem trucidavit, captis omnibus, q urbem incolebant. Hæc gesta fuere l eunte anno præcedenti ad prima Ver auspicia; unde merito ab hoc tempor peti potest felix epocha continuati victoriarum cursus, quo Hispaniæ Mona chia brevi totum Granatæ regnum su subjecit armis.

§. LXXXVIII.

Alhama urbs a Ferdinando Mauri erepta.

Mariana ibid.

Ferdinandus & Isabella atroci Mau Regis perfidia ad condignam ultio nem adeo erant provocati, ut pace cum Lusitanis firmata post Torense prælium Van-

Vandalitiam cum victricibus armis suis ingrederentur, primoque urbem Alhamam, quam veluti aheneum Granatæ murum Mauri appellabant, vi caperent, ac demum via sibi per hujus urbis ruinas aperta, in agros populabundi excurrerent, simulque horribili strage cuncta devastantes cruenta vindictæ suæ vestigia ubique relinquerent. Parta hac victoria Ferdinandus Rex finitimas urbes valido præsidio firmabat, ac triumphans Cordubam revertebatur. Verum vix discesserat, cum jamjam Mauri Alhamæ, eoquod regni sui clavis esset, jacturam ægerrime ferentes, illam Ferdinando hosti sui eripere, atque obsidione cingere aggrederentur; unde Rex Catholicus sine ullo moræ dispendio redire compulsus, tam opportuno tempore ad urbis auxilium accurrit, ut denuo Mauri a suis conatibus desistere cogerentur; depulso hoste Rex Didacum de Melo hujus urbis Præfectum nominabat. Attamen paulopost dissensionibus inter Mauros exortis Ferdinandus hac occasione utendum ratus, bellum restaurat, ac primum Loxam urbem cingit, adverso licet Marte; quippe non solum obsidionem solvere compellebatur, sed etiam Rodericum Tellez Magnum Calatravæ Magistrum amittebat, duobus sagittis transfossum; porro defuncti dignitatem

Sæcul. XV. A.C. 1482.

Sæcul. XV. A.C. 1482.

Ferdinandus Garziæ Lopesio de Padil contulit, ea tamen lege, ut Alhamæ c vitatis defensionem suis sumptibus in suscipere; his ita dispositis Rex Madi tum reversus est, cum hiemis frigo jamjam imminerent. Ceterum hoc be lum solidos decem annos tenuit.

§. LXXXIX.

Maximi Patriarchæ Constantinop litani obitus.

Turco-Græcia lib. 2. Bzov. hoc anno.

Ineunte hoc anno millesimo quadri gentesimo octogesimo secundo Max mus Patriarcha Constantinopolitanu postquam hanc sedem sex annis rexer e vivis excessit, in ejusque locum cre tus est Nyphon Thessalonicensis Metr polita, eloquentia, quam scientia clari Fuit is patria Peloponnesius, ex pa Albaniaco, & Matre Græca nobiliss generis parentibus natus; ast Nyphon, e quod Regio Quæstori quædam mune offerre neglexisset, ejus indignation sibi accersivit, eamque vehementer a xit ex eo, quod Simeoni olim Patriarch quemdam Filium supponere attentass ac proin ærarium regium, cui relic Simeonis bona cessissent, defraudare mo litus esset: Quapropter Bajazethes re comperta Nyphonem non modo Patriar chatu, sed etiam urbe expelli, aliumque

in

in ejus locum subrogari jussit. Id tamen nonnisi Anno millesimo quadringentesimo nonagesimo factum legimus, Dionysio interea jussu Sultani ad Constantinopolitanam Sedem, quam Anno præcedenti dimiserat, redeunte. Sæcul. XV. A.C. 1482.

§. XC.

Concilii Florentini Decretum ab utroque Maximi Successore receptum.

Ex Russiæ annalibus discimus, tam Dionysium, quam Nyphonem Florentinæ Synodi Decretum de unione conditum acceptasse: cum enim quidam Gregorius Zemialachus in Metropolitam Russiæ, ad preces Cardinalis Isidori Prædecessoris a Pio II. Pontifice suffectus esset, Moschovitæ aliunde ad schisma proclives, rejecto Gregorio, quemdam Jonam nomine elegerunt; hunc vero Dionysius Patriarcha eo tempore, quo Sedem Constantinopolitanam primo tenebat, expulit, præcepitque, ut omnes Gregorio, qui Synodo Florentinæ, atque utriusque Ecclesiæ unioni favebat, omnino morem gererent; cum autem Josephus Russiæ Episcopus Nyphonem interrogaret, quid sentiret de Florentino concilio, quod Russiæ ac Lithuaniæ Episcopi Romanæ Ecclesiæ doctrinis addi- *Bzov. ad an. 1489 num. 15*

Sæcul. XV. A.C. 1482.

cti acceptandum esse contendebant, ipse respondit, *Scias eam Synodum legitim fuisse congregatam, & quis scit, si non ita divinæ iracundiæ furor in nos desæviat quod sanctam unionem respuerimus, & Latinos offenderimus? Amice ergo cum Latinis versare; nam & nostris Sacerdotibus in dominio Venetorum degentibus injunximus, ut una cum iisdem Latinis, servata tamen Ecclesiæ Orientalis ritu, congregentur, sed ritus patrios observa. Nampon prius Majores nostri in unionem Florentinam consenserunt, quam privilegia nostra fuissent confirmata.*

§. XCI.

Dissidia Bajazethem inter & Zizimum continuata.

Chalcond. Hist. Turc. lib. 12.

Hæc Græcorum dissidia parum curabat Bajazethes Sultanus, aliunde sat agitatus Zizimi fratris sui conatibus hic enim eidem imperium eripere parabat. Cum ergo inter utrumque bellum ferverent, Christiani Principes aliquantulum respirabant, atque optata pace fruebantur, Infidelibus nec Ecclesiæ ditiones occupare, nec continuato victoriarum cursu defuncti Imperatoris consilia perficere intentis. Interea Zizimus, Conjuge liberisque suis Cairi relictis, atque Sultani tutellæ concreditis, ipse Magno

gno Caramano sese adjunxit, atque a Rhodiorum Magistro quinque triremium suppetiis adjutus fuit. Hi duo Principes cum suis copiis prope Arandam Cappadociæ urbem sua castra metabantur. Re autem comperta Bajazethes quantocius cum exercitu centum millium armatorum ipsus accurrit, Achmete interea ex Lycaonia, ubi hyberna agebat, suas quoque copias adducente. Sæcul. XV. A. C. 1482.

§. XCII.

Bajazethes a Zizimo ad singulare certamen provocatus.

Cum vero Caramanus Zizimum admoneret, quod in hoc rerum articulo prælii discrimen experiri, omnino temerarium juxta ac periculosum esset, hinc Zizimus missis ad Bajazethem literis, eum ad singulare certamen provocavit, ut in conspectu utriusque exercitus ambo de summa rerum decertarent. Bajazethes responsi loco fratri suo offerebat Provinciam pro suo arbitrio in Turciæ finibus seligendam, unacum annua ducentorum millium aureorum pensione, eidemque Curiam nobilitati generis sui omnino congruam suppeditaturum spopondit. Verum Zizimus, cum se non nisi vana promissorum amplitudine pasci intelligeret, auffugere statuit, cum autem insuper

Sæcul. XV. A C. 1482.

insuper sibi insidias strui edoceretur, cum exiguo suorum comitatu per incultissimas Montis Tauri angustias præcipiti fuga saluti suæ consulere compellebatur, eumque cum suis copiis brevi Magnus Caramanus sequebatur.

§. XCIII.

Zizimus datis ad Magnum Rodiorum Magistrum literis recipi efflagitans.

Chalcond. loc. cit. l. 12.

Leunclav. lib. 16.

Bosius lib. 13

Inde Zizimus ad Magnum Rhodiorum Magistrum literas perscripsit, per quendam exploratæ fidei famulum delatas, qui tamen a Turcis interceptus, ad Bajazethem ducebatur, ejusque jussu continuo trucidatus est. Re comperta Zizimus, relicto Monte Tauro, unacum Magno Caramano versus Lyciam ad maris oram contendit; ast vix montium fauces ambo eluctabantur, cum jamjam eorum copiæ ab Achmete Bassa undique cinctæ, immani clade profligantur. Juvenis iste Princeps novo hoc adversantis fortunæ casu pressus, Rhodum ad Magnum Magistrum duos Legatos mittere statuit. Adfuit ejus consilio opportuna sane occasio; fortuito enim vicina maris littora radebat minor quædam navis Equitibus propria: hac igitur conscensa Legati Rhodum contendunt.

dunt. Cum itaque non modo Christianæ Reipublicæ, sed etiam Equitibus tanti Principis, qui & Mahometis II. hæres esset, salus atque felicitas satis proficua videretur, hinc in consessu publico decretum, ut Zizimus non solum exciperetur, sed etiam prætoria navi ex hujus Ordinis ærario instructa unacum triremi, aliisque navigiis ex infesto littore abductus, Rhodum adveheretur. Classis hæc prope maritimam Lyciæ oram procurrens, ibidem Zizimum excepit; illuc enim fugere compellebatur, ut sese imminenti periculo subduceret; instabant quippe fratris sui milites, quibus diserte injunctum, ut ubique terrarum Zizimum insequerentur, eumque vel vivum vel mortuum adducerent. Sæcul. XV. A. C. 1482.

§. XCIV.

Zizimus Rhodum delatus, & perhonorifice exceptus.

Ergo die quarta Julii hoc anno Zizimum Rhodiana classe delatum Equites magna obsequiorum frequentia, ingentique pompa excipiunt. Vix fratris adventum Bajazethes intellexerat, cum illico pacem, quam Rhodienses ab eo sub primis imperii sui auspiciis efflagitabant, sancire animo constituit. Hunc in finem cunctas hujus Religionis naves a Lyciæ Pira-

Sæcul. XV. A. C. 1482.

Piratis, poſtquam induciarum tempus effluxerat, ereptas Magno Magiſtro reſtitui juſſit. Cum autem Zizimus probe cognoſceret, quod ejus frater non alio conſilio pacem peteret, quam ut e magis opportunam illum perdendi occaſionem nanciſceretur, indeque ſeru obtenta Rhodienſes inter & Turcas libri commercii copia, ſibi ad ſingulas horas, aut carceris aut veneni pericula impendere metueret, hinc magis tutum ſyllum alibi quærere decernit, ac iterum iterumque Magnum Magiſtrum interpellat, ut data abeundi facultate ipſum ad Galliarum Regem mitteret.

§. XCV.

Quædam literæ Magiſtro a Zizimo traditæ.

Annuenti Magiſtro Zizimus, priusquam diſcederet, tria monumenta auctoritate publica recens erecta tradidit. Primum complectebatur ampliſſimam cum Bajazethe agendi, pacemque firmandi facultatem. Secundum erat veluti quædam Apologia, qua Equites culpa liberabat, declarans, ſe ſponte ſua a Rhodi Inſula diſcedendi copiam petiiſſe. Tertium denique continebat perpetuum amicitiæ fœdus inter ſe, ſuosque Filios & S. Joannis Hieroſolymitani Equites, ſi in-

si imperio restitueretur. Hoc ultimo scripto Zizimus solemni juramenti forma Deo, ac Mahometi magno Prophetæ suo promisit, quod perpetuam, ac inviolabilem amicitiam cum Magno Ordinis S. Joannis Hierosolymitani Magistro colere velit, si quando vel in totum, vel in partem paterni regni instituueretur, nec id se tantum, sed & suos liberos, horumque Filios integra fide servaturos pollicebatur. Præterea fidelitatem suam jurisjurandi religione obstrinxit, quod omnes Insulas, ditiones, cunctasque arces & oppida ab Imperatoribus Ottomanis unquam Rhodiorum Equitibus erepta, eisdem redditurus esset. Sæcul. XV. A. C. 1482.

§. XCVI.

Rhodo relicta in Gallias delatus, atque Equestri beneficio donatus.

Igitur die prima Septembris Anno Domini millesimo quadringentesimo octogesimo secundo conscensa magna Ordinis militaris navi Rhodo discessit, comitantibus eum Blanchefortio Equite, pluribusque aliis ad illius præsidium adjunctis. Haud multum processit temporis, cum Bajazethes perpetuam pacem Rhodiorum Equitibus offerret, ea tamen lege, ut Magnus eorum Magister Zizimum

Sæcul. XV. A. C. 1482.

Zizimum diligenter sub custodia suorum Equitum asservaret, omnique ope & ... pera prohiberet, ne juvenis iste Princeps ad quoscunque alios Monarchas sive Christianos sive Infideles transiret; p... licebatur insuper, se in ejus alimonia... atque excubiarum impensas in mone... Veneta quadraginta quinque millia a... reorum quotannis soluturum. Nihil... minus Zizimus in Gallias migravit, ... Rege tamen remisso satis affectu exc... ptus; unde exiguo admodum tempo... in Regia diversatus, ab Equitibus Bu... gonovum ad Ordinis Equestris bene... cium ducebatur. Erat hic locus opp... dum in Pictavii & Marchiæ finibus ... tum tum amænitate situs, tum munit... nibus longe celeberrimum, atque avitu... Magnorum Alverniæ Priorum domi... lium. Ibi Blanchefortius Eques, cuju... fidei supremus Magister Zizimum impe... sius commendabat, variis animi oblect... tionibus Principis, sortisque suæ fastid... fallere satagebat, ita publicis eum obl... quiis demulcens, ut tamen illum nu... quam e suo conspectu dimitteret, veritu... ne forte dolo, aut vi ipsi eriperetur.

§. XCVII.

Nominalium libri a Rege prælegi concessi.

Argentre Coll. judic. p. 303.

Jam anno millesimo quadringentesimo ... septua-

Sæcul. XV. A.C. 1482.

septuagesimo tertio Ludovicus Rex ad Joannis Boucardi Magistri ac Thomistarum preces Ochami, ceterorumque Philosophorum, quos Nominales vocant, doctrinam, librosque prælegi prohibebat; quapropter ejusmodi libri per Abricensem Episcopum in Universitatis Bibliotheca, nec non in aliis Collegiis inclusi, clavisque obfirmati servabantur: cum autem Universitatis Parisiensis Nominales hoc Regis edictum ægerrime ferrent, Ludovico supplicem libellum porrigunt, in quo suam doctrinam sat luculenter explanant, eamque maturo examine discussam, atque Eruditorum calculo approbatam fuisse demonstrant, adduntque, *persecutionis his diebus in Nominales motæ tres potissimum caussæ reperiuntur. Prima est laus & gloria eorum, qui huic doctrinæ insudant. Secunda caussa est, quia illi, qui dicuntur Nominales, ita aliquos, & maxime Thomistas superant disputando, ut nullo modo eis resistere possint, & ob hoc eos penitus exterminare nituntur. Tertia caussa orta est ex quadam hæresi in Universitate Lovanienst recens conficta, cui sese Nominales contra illius fautores ac Nominalium hostes vehementius opponebant.*

Baluz. Misc. to. 4. p. 531.

Argentre fol. 286.

Hujus libelli auctores alludebant ad cujusdam Lovanienſis Doctoris ſententiam, qui in quodam tractatu a ſe compoſito non ita pridem aſſerebat, *propo-*

Sæcul. XV. A.C. 1482.

sitiones de futuro contingenti etiam in Sa cris literis contentas, & a Christo Domi prolatas non esse veras. Hic tractatus u pote erroribus plenus ad Parisiensem fa cultatem Theologicam deferebatur; a adverso autem Lovaniensis Academ vix non in eo erat, ut illum approbare quinimo forte eidem suo assensu fulsis gata fuisset, nisi Nominales sese fortit oppositissent, remque serio discuti post lassent. Hac ex caussa Nominales i præfato libello supplici sese *fidei defens res* nuncupabant, simulque declarabar quod nullatenus ob doctrinæ suæ perve sitatem, sed potius propter veritatis stu dium suorum hostium iram in se con taverint; horum tamen petitioni tu Ludovicus Rex acquievisse haud vide tur; Cum vero Martinus Berengariu Sorbonnæ Doctor, qui tunc plurimu auctoritate valebat, Nominalium caussa in se susciperet, atque alium libellu supplicem Regi exhiberet, pluresque e dem exponerent, quod nullatenus eorum doctrinam, librosque damnare ac pro scribere debuisset, Rex eorum ratioci bus permotus, edictum suum revocavit atque Joanni de Estoutevilla injunxit, u hanc in rem ad Universitatis Rectorem literas perscriberet.

§. XCVIII.

Secul. XV.
A.C. 1482.

§. XCVIII.

Quatuordecim propositiones Tornaci prædicatæ, atque a Facultate Theologica damnatæ.

Anno sequenti millesimo quadringentesimo octogesimo secundo eadem facultas Theologica quatuordecim damnavit propositiones, quas Joannes Angeli Ordinis FF. Minorum Tornaci in suis sermonibus ad populum habitis divulgabat. Concernebant illæ præcipue Sacramentum pœnitentiæ, ac Parochorum potestatem. Prima earum erat hæc: *Fratres Minores præsentati Episcopo & admissi, sunt proprii Sacerdotes, & veri Curati, & melius, quam Presbyteri Parochiales, quia facultatem suam habent a summo Pontifice, & dicti Presbyteri ab ipso Episcopo duntaxat.* II. *Parochianus confessus dictis Fratribus satisfecit Decretali,* omnis utriusque sexus, de pœnitentia, & remissione, *nec tenetur confiteri proprio suo curato semel in anno, nec ab eo petere licentiam.* III. *Si Curatus recuset Sacramentum Eucharistiæ ministrare Parochiano eisdem Fratribus sic confesso, veniat ille Parochianus ad Fratrem, qui eum audivit, & ipse sibi ministrabit.* IV. *Curatus Parochialis nihil debet recipere a Parochianis suis pro Confessione, & Sacramentorum administra-*

Argentre collect. p. 305.

Bochel. biblioth. Canonic. cum addit.

Blondeau tom. 1. p. 786.

Sæcul. XV. A.C. 1482.

tione, secus est de Mendicantibus. V. G
ratus asserens Parochianos suos obligar
ut sibi confiteantur semel in anno sub pa
peccati mortalis, est excommunicatus, &
celebret, in irregularitatem incurrit. V
Faciens missam celebrare per Sacerdotem
nentem secum mulierem suspectam seu a
mali regiminis, peccat mortaliter. V
Fratres prædicti non tenentur ad solution
Quartæ, de qua in clementina dudu
de sepulturis. VIII. Papa posset tot
Jus Canonicum destruere, & novum c
struere. IX. Aliqui Sancti sunt furi
Gallice, Enragés. X. Animæ in purga
rio existentes sunt de Jurisdictione Pap
&, si vellet, posset totum purgatorium e
cuare. XI. Papa posset ab uno Eccl
stico tollere medietatem redituum benef
rum suorum & uni alteri dare, non exp
mendo aliquam causam. XII. Quicun
contradicit voluntati Papæ, paganizat
sententiam excommunicationis incurrit ip
facto, & a nullo Papa reprehendi pot
nisi in materia hæresis. XIII. Bulla p
Papam modernum eisdem Fratribus co
cessa, fuit Parisiis prædicata & per Un
versitatem Parisiensem approbata, & qui
dem contradicit, sententiam excommuni
tionis incurrit ipso facto. XIV. Dict
Frater Joannes Angeli omnes & singu
Articulos supra dictos pluries asseruit fo
veros & eosdem sustinere velle Parisiis &
ubicu

ubicunque terrarum usque ad ignem, & illos nunquam revocare, dicens, se non esse de numero Prædicatorum, qui sua revocant. Sæcul. XV. A C. 1482.

§. XCIX.

Harum propositionum censura.

Igitur postulante Joanne Roerio Tornacensi Canonico ac Theologiæ Doctore Facultas theologica Parisiensis conventum celebravit, in quo quamlibet ex præfatis propositionibus sua censura notabat, ac de prima quidem asserebat, quod *quamvis iste terminus* proprii *sit æquivocus, propositio tamen in se sit scandalosa, in fide erronea, Hierarchici ordinis destructiva, & pro conservatione ejusdem Ordinis publice revocanda & abjuranda.* Dein prosequitur Facultas: *Secunda propositio, prout jacet, est scandalosa & juri communi contraria, necnon pro subditorum ad Prælatos debitæ obedientiæ & reverentiæ observantia publice revocanda. Tertia est falsa, & de hæresi vehementer suspecta, ac juri communi contraria. Quarta est contra dispositionem juris naturalis & divini, ideoque falsa & notorie hæretica. Quinta est falsa & injuriosa. Sexta, quia indeterminate loquitur, est dubia, & nullo modo populo prædicanda. Septima est juri communi contraria. Octava est scandalosa, blasphema, notorie hæretica, & erronea.* *Argentre l. cit.*

Sæcul. XV. A.C. 1483.

Nona est itidem scandalosa, & blasphema necnon piarum aurium offensiva. Decima est in se dubia, & ad mentem asserentis pro modum Jurisdictionis, & ordinariæ potestatis de falsitate suspecta & scandalosa, et nullatenus populo publice prædicanda. Undecima est periculosa, & nullo pacto prædicanda, ut jacet. Duodecima est falsa scandalosa, & sapiens manifestam hæresim. Decima tertia est falsa & mendacium manifestum continens. Decima quarta includit defectum hominis protervi & pertinacis, necnon sufficiens ad procedendum contra eum judiciliter tanquam contra vehementer de hæresi suspectum.

§. C.

Censura propositionis de Indulgentiis.

Argentre Collect. judic. p 306.

Eodem Anno Joannes de Bethancurtis Parisiensis Theologicæ Facultatis Doctor, ac Meldensis Collegii Theologus sequentem, quæ in Santonensi Diœcesi ex suggestu dicebatur, propositionem denunciabat: *Quælibet anima in purgatorio existens, & ad certum tempus a divina justitia ad hunc carcerem damnata, confestim ad cælum evolat omnino a pœnis liberata, quamprimum in ejusdem suffragium pro fabrica Santonensis Ecclesiæ ad S. Petrum sex nummi Francici (*) in eleemosynam offeruntur.*

Cum

(*) *In lingua Gallica vocatur Blanc, id est*

Cum vero nonnulli in hujus asserti subsidium perperam vocarent cuiusdam Bullæ auctoritatem, qua Sixtus IV. huic Ecclesiæ anno Millesimo quadringentesimo septuagesimo sexto die secunda mensis Augusti quasdam indulgentias concesserat, Facultas Parisiensis per sententiam die vigesima Novembris latam declarabat, quod ejusmodi propositio ex hac Bulla nullatenus deduci, minus vero proferri, atque ex suggestu publicari potuerit. Publicas hujus sententiæ literas Bethancurtius sibi tradi petiit, obtinuitque. Sæcul. XVI A.C. 1483.

§. CI.

Ecclesia S. Mariæ de Pace a Sixto Pontifice condita.

Cum integra in Italiæ ditionibus pax, atque inter Principes Christianos optata floreret unio, summus Pontifex hac temporis tranquillitate usus, Templum pacis in medio urbis construi jussit, votum, quod nuncupaverat, exsoluturus. Ad novam hancce Ecclesiam Beatissimæ Virginis imaginem miraculis claram transtulit, ejusque patrocinio singularia prorsus beneficia fuisse populo Christiano *Pennot. hist. Cleric. regul. l. 3. p. 33.*

est quincunx Francicus, qui in nostra moneta vix quinque obulorum (Heller) valorem adæquat.

Sæcul. XV. A.C. 1483.

concessa, Historici referunt. Verum h
culentius adhuc emicuit eximia in sanct
simam Christi Domini Matrem hujus Pon
tificis pietas, atque studium, dum ea
dem Beatissimam Dei Genitricem in h
conceptione ab omni labe originali i
munem declarabat, ac Constitutione R
mæ die quarta Septembris Anno sup
millesimum quadringentesimo octogesim
tertio hanc in rem edita controversi
Dominicanos inter & Franciscanos ag
tatam composuit, graviter conquest
contra temerarios quorumdam Prædic
torum ausus, quos opportuno remed
coercere, ac ejusmodi errores deinc
divulgandi libertatem reprimere sategit.

§. CII.

Bulla Pontificis de Conceptione B. V.

Collect. Conc. P. Labb. to. 13. p. 1443.

Hisce enim excessibus, inquit Pontifex i
sua Constitutione, *eo gravius provo
camur, quo illi periculosius remanent incor
recti, cum facile deleri nequeant, qui ma
torum cordibus sic publice prædicando dam
nabilius imprimuntur errores. Cum Eccle
sia Romana de intemeratæ, semperque Vir
ginis Mariæ Conceptione festum celebret, &
speciale super hoc officium ordinaverit; non
nulli (ut accepimus) diversorum Ordinum
Prædicatores in suis sermonibus ad populum
publice ac quotidie prædicare non cessant,
omnes

omnes illos, qui tenent eandem glorioſam Virginem abſque originalis peccati macula fuiſſe conceptam, mortaliter peccare, vel eſſe hæreticos, ejusdemque immaculatæ Conceptionis officium celebrantes, audientesque illorum ſermones, qui eam ſine hujusmodi macula conceptam eſſe affirmant, peccare graviter. Nos igitur hujusmodi temerariis ac ſcandaloſis aſſertionibus, & auſibus, qui exinde in Dei Eccleſia exoriri poſſunt, obviare volentes, motu proprio & ex certa ſcientia hujusmodi aſſertiones Prædicatorum eorumdem, qui affirmare præſumerent, eos, qui crederent Dei Genitricem ab originalis peccati macula in ſua conceptione præſervatam fuiſſe, mortaliter peccare, aut hujusmodi officium Conceptionis celebrantes, ſeu hujusmodi ſermones audientes, alicujus peccati reatum incurrere, utpote falſas & erroneas, atque a veritate penitus alienas, editosque deſuper libros id continentes auctoritate apoſtolica reprobamus, & damnamus, & ordinamus, quod Prædicatores Verbi divini, & quicunque alii cujuscunque ſtatus, gradus, aut Ordinis, aut conditionis fuerint, qui de cetero talia auſi fuerint, excommunicationis ſententiam eoipſo incurrant, a qua ab alio quam a Romano Pontifice (niſi in mortis articulo) nequeant abſolutionis beneficium obtinere. Et ne de præmiſſis aliquando valeant ignorantiam allegare, volumus, quod locorum Ordinarii requiſiti præ-

Secul. XV. A.C. 1483. *sentes literas in Ecclesiis suarum Diœcesium dum major populi multitudo ad divina con venerit, sermonibus ad populum faciant pub licari, si quis autem hanc paginam nostri de creti infringere, vel ei ausu temerario con traire præsumpserit, indignationem Omni potentis Dei & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.*

§. CIII.

Controversia de Stigmatibus S. Catharinæ Senensis.

Exstat adhuc alia ejusdem Pontificis Constitutio hoc anno edita occasione controversiæ, quæ itidem inter Religiosos S. S. Dominici & Francisci suborta erat; hi enim S. Catharinam Senensem Stigmatibus signatam fuisse negabant, ac singulare hoc privilegium soli divo Francisco eorum Patriarchæ fuisse concessum asserebant; isti vero sententiam suam firmabant ipso hujus sanctæ Virginis testimonio, necnon verbis illius, qui eidem a Confessionibus erat, Raymundi nimirum Capuani; sancta enim Virgo ad animæ suæ Arbitrum hæc perscripsit: *Noveritis, Pater, quod stigmata Domini Jesu misericordia sua ego jam in corpore meo porto.* Ex his Dominicani quidem S. Catharinæ Senensi hæc stigmata vere impressa fuisse contendunt: fatentur tamen ex

ea in corpore hujus Virginis exterius non apparuiſſe. *Dominum vidi*, inquit ipſa, *Cruci affixum, ſuper me magno cum lumine deſcendentem; propter quod ex impetu mentis volentis Creatori ſuo occurrere, corpuſculum coactum eſt ſe erigere. Tunc ex ſacratiſſimorum ejus vulnerum cicatricibus quinque in me radios ſanguineos vidi deſcendere, qui ad manus, & pedes & cor mei tendebant corpuſculi. Quapropter advertens Myſterium, continuo clamavi: Ita, Domine Deus meus! Non appareant, obſecro, cicatrices in corpore meo exterius. Tunc adhuc me loquente, antequam dicti radii perveniſſent ad me, colorem ſanguineum mutaverunt in ſplendidum, & in forma puræ lucis venerunt ad quinque loca corporis mei, manus ſcilicet, & pedes, & cor.* Sæcul. XV. A. C. 1483.

Præterea F. F. Prædicatores non leve opinionis ſuæ argumentum petebant ex S. Antonini teſtimonio, & Pii II. Pontificia auctoritate, qui Catharinam ſanctarum Virginum faſtis adſcriptam proprio honorabat officio, in cujus hymno hæc leguntur verba: *Vulnerum formam miſerata Chriſti exprimit ipſa* (*). *S. Antonin. chron. 3. par. tit. 23. c. 14. §. 10.*

Nihilominus Franciſcani apud ſummum Pontificem, qui ex eorum Ordine aſſumptus erat, tantum prævalebant, ut ipſe

(*) *In hymno Officii hujus Sanctæ.*

Sæcul. XV. A.C. 1483

ipſe indictis etiam cenſuris Eccleſiaſticis imagines hujus Sanctæ cum ſtigmatibus pingi prohiberet. Poſtea tamen Decretum ſuum mitigavit, cenſurasque ſuſtulit. *Satius*, inquit Spondanus, *longe fuisset Franciſcanis, humilitatem ac paupertatem ſui Conditoris imitari, quam hujusmodi ſuperbis diſputationibus gratiam Dei reſtringere velle ad ſuas iniquas invidias: diſputare enim de meritis Sanctorum, eſt generare lites & contentiones inutiles, nutrireque ſuperbiam, & vanam gloriam, unde oriuntur invidiæ, & diſſenſiones, dum iſte illum Sanctum, & alius alium conatur ſuperbe præferre, ut præclare obſervavit Auctor libri de Imitatione Chriſti* (*).

Spond ad ann. 1483. num. 8.

§. CIV.

Auctus Cardinalium Senatus.

Sixtus IV. Pontifex denuo Cardinalium Collegio novos Præſules adſcripſit, nimirum Joannem de Comitibus patria Romanum Archiepiſcopum Coſentinum (**), Presbyterum Cardinalem tit. S. Vitalis; Eliam de Bourdeille nation Gallum, Archiepiſcopum Turonenſem tit.

(*) *V. Thom. Kemp l. 3. de Imit. Chriſt. cap.* 58.

(**) *Ciaconius & Paggius legunt*, Compſanum, *Onuphrius vero* Conſanum.

tit. S. Luciæ; Joannem a Margaritis Hi- Sæcul. XV.
ſpanum, Gerundenſem Epiſcopum, tit. A C. 1483.
S. Balbinæ; Joannem Jacobum Sclafe-
natum Mediolanenſem, Epiſcopum Par-
menſem, tit. S. Stephani in Cœlio Mon-
te; Joannem Baptiſtam ab Urſinis Ro-
manum, tum Carthaginenſem, poſtea
Tarentinum Archiepiſcopum, Cardina-
lem Diaconum, primo tit. S. Mariæ No-
væ, denique Presbyterum tit. SS. Petri
(*) & Pauli. His adjungi poterit ſe-
ptimus, nimirum Aſcanius Maria Sfortia
ortus ex Mediolani Ducibus, Cardinalis
Diaconus tit. SS. Viti, & Modeſti, S.
R. E. Vicecancellarius, Epiſcopus Pata-
vinus, Novarrienſis &c. Hujus tamen
electionem Hiſtoricorum nonnulli ad po-
ſterioris anni principium, paulo ante obi-
tum Sixti rejiciunt. Hic ſub Regimine
ſuccedentis Papæ magnam nominis ſui
laudem ſibi comparavit.

§. CV.

Margaritæ Auſtriacæ adventus in Galliis.

Jam anno præcedenti ad finem vergen-
te ſancitum erat, ut Margarita Au-
ſtriaca

(*) *Errore typi loco* Joannis *irrepſiſſe credimus* Petri; *nullus enim Cardinalium ejusmodi Eccleſiæ titulo decorari ſolet, & Ciaconius habet*, tit. SS. Joannis & Pauli.

Sæcul. XV. A.C. 1483.

ſtriaca Maximiliani filia in Sponſam Del phini ſelecta Ludovico Franciæ Regi tra deretur. Nihilominus Gandavenſes, qu busdam controverſiis necdum plene com poſitis eandem in Gallias mittere differ bant usque ad menſem Aprilem anni pra ſentis, quo etiam nuptiæ ad finem me ſis Julii pompa vere regia Ambaciæ fue runt celebratæ.

§. CVI.

Eduardi IV. Angliæ Regis obitus.

Rex Angliæ, qui Filiam ſuam Delphi no jungendam tam certa ſpe tenebat ut illam hoc dignitatis nomine jamjam appellari præciperet, Gallorum perfidiam ſuorumque ſubditorum ludibria tam ægre ferebat, ut præ pudoris mærorisque ve hementia in morbum incideret, qui etiam die quarta Aprilis vivis ereptus eſt, non ſine magno Franciæ jubilo; hu jus enim Regis obitus multas calamita tes, quibus forte tractu temporis Gallos afflixiſſet, antevertit. Duos Filios reli quit, Eduardum & Richardum, necnon quinque filias, quarum nonnullæ Princi pibus Anglicis connubio copulatæ erant. Habebat duos Fratres, quorum alterum nempe Clarentiæ Ducem trucidari juſſe rat, ſolo ſuperſtite Gloceſtriæ Duce, qui etiam ſolium uſurpabat.

Comm. l. 6. c. 9. Chron. Lud. XI. Polyd. Virg. l. 4. in fin.

§. CVII.

§. CVII.

Sæcul. XV. A.C. 1483.

Gloceſtriæ Dux regnum invadere molitus.

Quantumvis Eduardus nil inauſum intentatumque reliquiſſet, ut Filio ſuo natu majori Regni coronam aſſereret, nihilominus vix fatis ereptus erat, cum jamjam haud obſcuris deprehenderetur indiciis, quod idem ipſe Gloceſtriæ Dux, cui Eduardus morti proximus curam filium ſuum in ſolio tuendi commendabat, jam clandeſtina agitaret conſilia, ut eundem inde deturbaret. Hujus Ducis vitam, moresque atris admodum coloribus depingit Thomas Morus, affirmans, hunc fuiſſe Principem ſine fide, ſine probitate, ſine ſcientia, ac absque religione; vafrum inſuper, hypocritam, ſimulandi arte clarum, ac nunquam in benevolentiam magis effuſum, quam dum peſſimam nocendi voluntatem animo fovebat. Idem ipſe ob innatam ferociam, atque ambitionem eo crudelitatis devenit, ut vitam illius, quem ſuis conſiliis adverſari cenſebat, flocci penderet, cetera intrepidus erat, atque ad alendas factiones valde idoneus, quas ut in rem ſuam verteret, propria ſua bona prodegit, aliena etiam ſine ulla religione eripuit. Talis erat Gloceſtriæ Dux, qui Eboraci agens, comperta Regis fratris ſui inopina morte totus in

Joan. Maj. hiſt. Scot. lib. 6. cap. 20.

Sæcul. XV. A. C. 1483.

in id incubuit, ut coronam Eduardi, I
cet is Eduardum impuberem filium ſum
natu majorem illius tutellæ credit
ſet, ſibi aſſereret. Quapropter omn
illos, quibus Regis pueri cura demand
ta erat, aula excedere, quin etiam c
ceri dari juſſit: ipſa etiam Regina vid
Weſtmonaſterii aſylum quærere comp
ſa eſt. Eo facto Dux ſeſe a Parlamen
Protectorem Regni proclamari præcep
atque ambos Eduardi filios ſuæ poteſ
ti ſubjectos habuit; quippe natu majore
jamjam Londini commorantem tenebr
Richardum autem ſecundo genitum i
Regina, quacum auffugerat, importu
Burſchiezi Cardinalis Archiepiſcopi C
tuarienſis precibus fatigata eidem ced
Utrumque Dux crudelem in modum
medio tollere decrevit, cruentumque co
ſilium detexit Buckingamo Duci, qui
ſe eidem adjunxerat, pollicitationis m
plitudine captus, qua Dux Gloceſtrien
eidem Comitatum Herfordienſem, cuj
dominium prætendebat, vindicatur
promiſerat. Ergo hi duo in necem fili
rum conjurant, unice intenti, ut ſu
partes fautorum numero, atque potent
fulcirent.

§. CVII.

Sæcul. XV. A. C. 1483.

§. CVIII.

Eduardi Filii a Duce tanquam Spurii falso infamati.

Gloceſtrienſis, ut ſibi per cruentas cædes viam ad Angliæ ſolium aperiret, in plurimos feralem mortis ſententiam pronuntiabat, ac Riverium Comitem, Richardum Grayum, & Thomam Waghamum, Regi ſumme addictos, ac proxime ſanguine junctos, quos jam antea carceris ſqualoribus vexaverat, etiam interfici jubebat: Haſtingum vero ſupremum regii cubilis Præfectum Turri incluſum capite plecti mandat, ejusque juſſu Eboracenſis Metropolita, Heliensis Epiſcopus, & Thomas Stanleyus in vincula conjiciuntur. Præterea in vulgus ſpargit, ambos juvenes Principes Eduardi IV. Filios ex ſpurio Patre natos fuiſſe, eoquod Rex defunctus, æque ac Clarentiæ Dux nequaquam ex legitimo Richardi Eboracenſis Ducis thoro nati, ſed ex variis, quos Duciſſæ indulſiſſet, procis adulterino concubitu ſuſcepti fuiſſent. Nam Gloceſtrienſis noverat, e re ſua potiſſimum fore, ſi nepotes ſui pro illegitimis haberentur: hinc omni ſtudio ſpurias, quas Pater eorum contraxit, nuptias in memoriam revocare conatus eſt, contenditque, hunc, priusquam Reginæ

Sæcul. XV. A.C. 1483. desponsaretur, jam clandestinis nupti junctum fuisse cuidam fœminæ, quæ El sabetha de Lucis nominata adhucdum ta supertes esset, idque sibi manifestatu fuisse dicebat a Bathonensi Episco qui hosce Sponsos solemni precatio conjunxisset. Hac calumnia fretus G ceſtriæ Dux, regnum invasit, ac se gitimum coronæ hæredem jactavit, eu que Buckingamus Regem proclamar populo exclamare jusso: *Vivat Rich dus Rex.*

§. CIX.

Uterque Eduardi Filius a Duce mo traditus.

Usurpato regno Gloceſtrienſis Dux mas eo curas intendit, ut Nepo suos, quorum natu major nonnisi a rum regni sui mensem numerabat, m daret, Jacobo Texelio nefandæ cædis ministro. Mitiori tamen crudelitatis ge re adversus juvenem Varvicensem Co tem defuncti Clarentiæ Ducis filium u batur; hunc enim in quadam arce cap vum detineri jussit. Sub idem quoq tempus ad Britanniæ Ducem suos dec vit Legatos, supplices, ne Richem dium Comitem e custodia demitteret, pensiones ab Eduardo Rege defuncto p missas accurate persoluturum pollicit Hisce quoq; Legatis negotium dederat ut

Britannia in Franciam transirent, simulque Ludovicum XI. ad amicitiam cum novo eorum Rege ineundam sollicitarent. Verum illos Rex hic nequidem audire sustinuit, professus, se quodcunque cōmercium cum usurpatore, qui manus suas innocentum Nepotum sanguine polluere non horruisset, summopere detestari. Sane digna Regis vix non jamjam emorientis verba: exiguo enim post tempore Ludovicus fatis ereptus Filio suo Sceptrum reliquit. Sæcul XV. A.C. 1483.

§. CX.

Gloceſtriæ Dux Rex Angliæ coronatus.

Interea Richardus Gloceſtriæ Dux una cum Anna de Nevila Conjuge sua Angliæ regni coronam ritu solemni accepit, Filiumque suum, quem unicum habebat decem annos natum, Walliæ Principem declaravit, qui tamen haud multo post superstes morte sua Richemundio Comiti viam stravit, ut occupato Angliæ solio, Lancastriæ Domus hæreditatem sub nomine Henric. VII. denuo recuperaret.

§. CXI.

Ludovicus XI. mortis terrore fractus.

Non absque voluptate ex Historicorum fastis percipiuntur ea, quæ Ludovicus

Sæcul. XV. A.C. 1483.

extremis Regni sui mensibus mortis te rore, ac diminuendæ auctoritatis suæ m tu stimulatus egerat: Jam enim junior puellæ, ut choreas ante palatium e ducerent, jam tibicinum turbæ, qui gis animum lusibus suis recrearent, o ni ex parte convocantur, nec segn solemnes per totum Regnum supplicat nes pro recuperanda Regis salute dec nuntur, publicæ ad Deum preces effu duntur ad avertendum Aquilonem e valetudini summe infestum; undique omni Regione sacræ Sanctorum, a runtur Reliquiæ, quarum pluri Sixtus IV. Ludovico Roma submisit; hibentur balnea ex infantum sangu ad mitigandam mordacium humorum crimoniam inventa; nec tamen cum hæc remedia tanto studio quæsita pro gationem vitæ efficere poterant.

Sub idem tempus Sultanus Baja thes II. missa solemni Legatione, q jamjam Massiliam (*) pervenerat, L dovico pollicitus est, se non solum o nes S. Reliquias, capta Constantinop inventas, Regi missurum, sed etiam qu annis Gallis ingentem admodum auri v numeraturum, ea duntaxat lege, ut Z zimum Principem fratrem ejus a Ro Eq

(*) *Comminæus in sua historia lib.* 6. *c.* 10. *habet.*, Regium in Provincia.

Equitibus abstractum apud se captum detinerent. Attamen Ludovicus hosce Legatos audire adeo dedignabatur, ut eos quantocius Massiliam reverti juberet, indignum Christianissimo Rege esse denuntians, cum jurato Christiani nominis hoste amicitiam habere. Præterea Comminæus testatur, sacram etiam ampullam, quæ hucusque nunquam transferri consueverat, Plessiacum prope Turones Rhemis ad Regem delatam fuisse. Sæcul. XV. A. C. 1483.

§. CXII.

Rex in castro Plessiaci sponte inclusus.

Insuper Castrum Plessiaci ferreis cancellis, clatrisque densissimis circumcingi, & mœnia portamque sudibus ex ferro, ac frequenti aculeo horridis sepiri jussit, quadraginta etiam balliſtarii ad fossas noctu excubias agere compellebantur: De die vero quadringenti satellites alterno ordine castrum circumibant, nonnisi pauciſſimis aditum concedentes. Ipse vero Ludovicus ex suis domesticis duntaxat illos, quos minoris habebat, alloquii gratia dignabatur, eis tamen severe prohibebat, ne de aliis negotiis, quam quæ auctoritatis suæ, regnique conservationem respicerent, sermones miscerent; in hos quoque summe liberalis erat, præcipue vero in Medicum nomine Joannem Co-

Com. l. 6. c. 7. & 12. Mezer. Synchron. tom. 3. Vit. Lud. XI.

Sæcul. XV. A.C. 1483

cterium prodigus, cui singulis mensibus plusquam decem millia nummum dona bat. Testatur Mezeratus, hunc Medicum tantam sibi in Regem arrogasse auctoritatem, ut eum, perinde ac si famulus ejus esset, asperioribus verbis objurgare non dubitaverit, illumque suo arbitrio que nutui in omnibus ancillari compulerit; *Scio equidem*, exprobrabat Regi *me aliquando ex aula tua quemadmodum cæ plerisque domesticis tuis feci*sti, *expulsum; sed tu haud in octavum diem me ejecto superstes eris.* Hæc jurans tanta enuntiabat arrogantia, ut Rex perterritus eidem nihil denegare amplius auderet, sed omnem illius petulantiam, ac protervitatem æquo animo toleraret, quamvis alioqui submissionis sibi debitæ tenacissimus esset.

§. CXIII.

S. Franciscus de Paula jussu Regis ad aulam accitus.

Cum Rex viros pietatis opinione celebres summopere coleret, eorum precibus vitæ suæ prorogationem obtinere confidebat; hinc, cum cujusdam sancti Eremicolæ in Calabria, qui Franciscus de Paula vocatus, Ordinis FF. Minimorum Fundator erat, sanctitatis ac miraculorum fama ex Italiæ finibus usque ad ipsum Franciæ Regnum penetrasset, Ludovicus perceptis

ceptis hujus viri meritis eundem ad se accersere statuit, nullaque mora datis literis illum ad se venire rogat, omnem opem atque operam tam ei, quam Ordini ipsius firmius stabiliendo pollicitus. Aſt ubi virum sanctum ejusmodi pollicitationibus minime motum intelligeret, ad Neapolis Regem decrevit Legatum, qui instaret, ut Rex Franciscum ad Ludovici vota inclinaret. Rex Neapolitanus, qui exteris nationibus hujus Sancti præsentiam parum invidebat, omnem movit lapidem, ut Galliarum Regis precibus hac in re obsecundaret. Verum Franciscus haud dissimulanter profitebatur, quod neutiquam Dei potentiam tentaturus, nec quadringentorum milliarium iter susceperus esset, eo fine, ut ejusmodi viris obsequeretur, qui nonnisi per infima, ac mere humana media miraculum quærunt. Ludovicus ob longioris vitæ desiderium omnis moræ impatiens, hacque via frustratus, ad Sixtum IV. Pontificem supplex recurrit. Papa ad Regis preces Sancto huic Eremitæ literas alias, atque alias transmisit, præcepitque, ut nulla mora Regem adiret. Franciscus nil jam hæsitans unacum Regio æconomo, quem Ludovicus XI. hunc in finem præmiserat, iter agreditur, ac Neapolim, Romamque percurrens, Ostiæ navem conscendit, in Franciam navigaturus,

Sæcul. XV. A C. 1483.

Secul. XV A. C. 483.

turus, ubi etiam secundis ventis appu- sus est.

§. CXIV.

Sanctus in Gallias appulsus, & Plessiacum delatus.

Ludovicus sanctum hunc virum in Gallias adventasse intelligens, tam inlita efferebatur lætitia, ut adventus nuncium deferenti marsupium decem aureorum millibus grave dono daret: cumque vir sanctus Turoniam proxime accederet Rex Delphinum Filium suum ei obviam misit, qui illum Ambaciæ summa veneratione ac cultu excepit: postquam vero ille ad castrum Plessiaci die vigesima quarta Aprilis anno priori millesimo quadringentesimo octogesimo secundo pervenit, Ludovicus cum tota sua Curia in ejus occursum effusus iisdem, inquit Commynæus, honoribus ac submissione virum sanctum perinde, ac si Papa esset, recepit, atque in genua procidens per eum a Deo vitæ suæ prorogationem impensius exoravit. Ast Ludovico Sanctus denunciabat, non minus Regibus quam ceteris hominibus terminos vitæ a Deo positos esse, quocirca immutabilem Dei sententiam mutari adeo non postularet, ut prompto potius animo sese illius voluntati submitteret. Hoc dicto Rex Franciscus ad inferiorem castri arcem deducto in quo-

Comm. lib 6. 7. & 8.

dam

dam parvo cubili haud procul a Sacello S. Matthæi habitationem assignavit, adjunxitque interpretem Ambrosium Rembaldum, æque Italici, & Latini ac Gallici idiomatis gnarum; demandabat insuper duobus suis Officialibus curam, ut tam viro sancto, quam Religiosis itineris sui sociis victum suppeditarent. Sæcul. XV. A C. 1483. *Rembaut.*

§. CXV.

Frequens colloquium Sancti cum Rege.

Sanctus ille Eremita frequentius cum Rege de salutis suæ negotio agebat, testaturque Comminæus, qui ferme semper ejusmodi colloquio præsens erat, quod tanta sapientia ac Spiritus sublimitate cum Rege versatus fuerit, ut verba divinitus inspirata proferre, ipseque Spiritus sanctus per os ejus eloqui crederetur; non enim, cum literarum ignarus esset, talia tantaque divinæ sapientiæ oracula ex ore suo effundere valuisset. Nec tamen summa, qua eum Rex, Principes ac Aulæ Proceres prosequebantur, veneratio petulantiam eorum, qui hebetioris erant ingenii, cohibere poterat, quo minus Aulicorum complures Viri simplicitatem deridentes, illum per ironiam *hominem simplicem* appellarent, ejusque habitum, crines nunquam tonsos, totumque exterioris cultus neglectum

Sæcul. XV. A.C. 1483.

ctum cachinis ſibilisque exploderent. H merito accenſendus erat Jacobus Coſ rius; ille enim, neſcio, quo abjecto inv diæ ſtimulo agitatus non raro ipſum R gem impulit, ut ſancti hujus viri anim a lucri cupiditate tantopere averſum, paupertatis ſtudioſiſſimum variis promi ſis ſollicitaret. Poſtea tamen idem M dicus anno milleſimo quadringenteſim octogeſimo tertio ſua ſtudia ſancto Fra ciſco jungebat, ut ambo Regem ad mo tem, quam adeo exhorruit, paratum re derent.

§. CXVI.

Rex de inſtanti morte caute admonitus.

Cum vero Ludovicus XI. ſeſe in die viribus extenuari ſentiret, Delphin Filio ſuo Ambacia accito monita ſupe rius memorata denuo inculcabat: di autem vigeſima ſexta Auguſti jam terti mentis deliquio iisdem ſymptomatibus ob noxio concidebat: quare proxima urge bat neceſſitas, ut Regi aperte denuntia retur, quatenus prolixioris in terris vi tæ ſpe deſtitutus, ad æternitatis iter ani mam præpararet. Aſt hujus nuncii ba julum agere formidabant omnes; Rex enim, cum integra adhuc valetudine frueretur, non raro edixit; ſedulo cave rent omnes, ne inſtante vitæ ſuæ termi no

Vid. ſupra §. 84. Comm. l. 6. c. 12.

Sæcul. XV. A.C. 1483.

no de morte futura sermonem haberent, sed duntaxat eum admonerent, ut animæ suæ provideret; eoquod, si disertis verbis ei sententiam mortis denunciarent, vix illam excipere posset, quin animi sensu destitutus, tam vehementer in omnibus corporis partibus nervorum contractiones pateretur, ut in eo ipso temporis articulo exanimis concideret. Hæc loquentem Olivarius Damus, aliique nonnulli ex Domesticis frequentur percepe-runt, & aliunde ipsis sat compertum erat, neminem mortalium præter illum majori mortis terrore oppressum fuisse, nec plura magisque insolita eam effugiendi media quæsiviſſe. Nihilominus hi ipsi fatalis adeo nuntii provinciam non modo in se suscipere decernunt, sed etiam Regem non jam per ambages de proxima mortis hora admonent: Rex potentissime, inquiunt, nostris partibus deesse non possumus; actum est de vita Majestatis vestræ, haud ergo amplius in sancto hoc viro(*) spem fiduciamque reponat, sed animæ

(*) *Hic erat sanctus Franciscus de Paula; Natalis tamen Alexander hanc in vem cap.* 11. *art* 3. *num* 1. *ait:* a sancto Francisco de Paula de Dei voluntate, qui ipsum ex hoc mundo vocare decreverat, admonitus, ejus precibus a mortis horrore liberatus est, *& Spondanus*

Sæcul. XV. A. C. 1483.

mæ ſuæ ſaluti invigilet; nam ſpei nihil auxiliique ſupereſt. His ſinguli adhæ alia addebant, quibus Ludovicus reſpon dit: repoſita eſt ſpes mea in Deo meo, cu ſint laudes, quod adeo periculoſo, ut p tatis, morbo non decumbam.

§. CXVII.

Rex ſibi præſens usque ad mortem.

Sors tulit, quod Ludovicus eorum con filio, qui illi ſalutis ſuæ curam com mendabant, acquieſceret; quare Delphi num Filium ſuum Bellojovienſis Princi pis generi ſui ſollicitudini committit Cancellarium ſigilla ad eundem Delphi num, quem Regem nominabat, deferr jubet, ac ſingulos ad fidem, obſequium que novo Regi ſtrenue præſtandum ad hortatur: Filio autem ſuo ſpeciatim præcipit, Cordæo ſupremum regii exer citus imperium deferret, eidemque inhi beret, ne conceptum de expugnanda Ca letenſi urbe conſilium effectui daret; cum

danus ad annum 1483. *num.* 2 *inquit*, con ſtantius mortem venientem aſpexit, quam exi ſtimaverit, confortatus ad id maxime B. Fran ciſci de Paula, qui aderat, hortationibus. *Si milia in vita hujus Sancti apud Bollandiſtas, aliosque Scriptores paſſim reperire eſt.*

cum enim Delphinus ob juvenilem ætatem ægre admodum ex tam periculoso negotio eluctari posset, sive demum prospero sive adverso Marte pugnaret, hinc semper consultius fore dicebat, quod nulla mora Angli mare redeundo trajicerent; omnino enim regni salutem exposcere ajebat, ut cum omnibus Principibus saltem per quinque vel sex annos pacem haberet. Cuncta hæc mandata dedit animo adeo sibi præsente, ut nunquam, inquit Comminæus, tanta judicii acie præditus fuisse videretur. Paucos adhuc dies supervixit, nunquam de morbi violentia conquestus, ac summo pietatis sensu divina, quæ ægris administrari solent, sacramenta percepit, non nisi de Deo colloquia miscens, ac nonnullas preces ad B. V. Mariam effundens, ut in die Sabbati ex hac vita decedendi gratiam per eam impetraret. Sæcul. XV. A.C. 1483.

§. CXVIII.

Ludovici XI. obitus.

Piis Ludovici votis adfuit Beata Virgo; obiit enim Plessiaci die Sabbati trigesima mensis Augusti vespere hora octava Anno ætatis suæ sexagesimo primo, Regni vigesimo tertio. Ejus corpus, ut constituit, ad ædem Beatæ Mariæ de Cleriaco non longe ab Aureliis sepultum est; *Comm. cap. 12. lib. 6. in fin. Polyd. Virgil. l. 25.*

Saecul. XV. A.C. 1483.

est; specialissima enim religione sacram illius imaginem venerabatur, tantoque ardore in ejusdem Ecclesia terræ mandari concupierat, ut in eos, qui corpus ejus aliorsum transferri curarent, a Sixto IV. excommunicationis Bullam obtinuerit.

Comm. ibid. c. 13. Paul. Æmil. lib. 3. c. 7.

Princeps erat, ut refert Comminæus in adversis sagacissimus, in perveſtigandis hominum studiis atque consiliis felicissimus, nec minus in iis in rem suam vertendis apprime peritus, ad furorem usque suspicioſus, suæque auctoritatis studioſissimus, sui judicii voluntatisque tenaciſſimus, injuriarum obliviſci nescius, ac populi sui oppreſſor non infimus, cetera inter ævi sui Principes optimus. (*) Idem Auctor testatur, quod Ludovicum nunquam animo pacatum, ac tranquillum, sed continuo mærore agitatum viderit: asserit tamen, quod Rex conjugem suam proscripto cujuscunque alterius fœminæ amore tenerrimo affectu complexus fuerit, bellisque implicitus pacem exoptaverit, & pace potitus belli gerendi avidiſſimus extiterit. Porro literaturæ prorsus expers non erat, Joannis de Arconvalla Magisterio usus; Matheſis quoque, ac Astrologiæ elementa didicit

(*) *Ægre Lector hæc inter se conciliare poterit.*

dicit a Joanne Collomano; quinimo refe- Saecul. XV.
runt nonnulli, hunc ipsum Regem elucu- A.C.1483.
brasse librum, cui titulus: *Bellorum rosa*, pro institutione Caroli VIII. Filii sui concinnatum, saltem haud dubitare licet, ipsius cura, atque labore in lucem prodiisse eximia duo collectanea, unum de Sanctione Pragmatica, alterum de juribus Galliæ in Regnum Neapolis, utrumque ad ejusdem Delphini eruditionem conscriptum: Ejusdem quoque liberalitate Bibliotheca ad Luparam ingenti manuscriptorum Codicum numero locupletata est, ejusque Præfecturam ipsus demandabat Roberto Gaguino Mathurinorum generali Præposito, qui Historiam Franciæ conscripsit. Præterea Ludovicus Ordinis S. Michaelis statuta condidit, inter quæ articulus habetur, quo sancitum, ut semper vacuus relinquatur locus pro illo, qui hujus Ordinis Historiam elucubraret.

Memoriæ etiam proditum est, quod Europa Ludovico in acceptis referre debeat artem, qua per sectionem ex corporibus humanis calculi extrahuntur; quippe ejus permissu Parisienses Chirurgi primum hujus scientiæ rudimentum in quodam satellite ad suspendium damnato fecerunt, & quidem prospero experimenti successu; hic enim integre sanatus, diu superstes vixit. Rara insuper erat

Sæcul. XV. A. C. 1483.

erat in hoc Principe hominum indole discernendi facultas; ipse etiam prim omnes mensuras, & pondera per totu Regnum ad æqualem normam reduce ac per cunctas Provincias universal eorum usum introducere aggressus e nec minus privatis quibuscunque j suum ad amussim tribui curavit. D erexit Parlamenta, alterum Burdega Anno millesimo quadringentesimo sen gesimo secundo; alterum vero in Bu gundia, cum ageretur Annus supra mi lesimum quadringentesimus septuage mus sextus. Religiosus, piusque vide ambiebat, singulis septimanis anim suam sacra confessione perpurgabat, ra raro sacras instituebat peregrination Ipse quoque in Gallias piam introd xit consuetudinem meridiano tempo ad recitationem *Angelus Domini &c.* d to campanæ signo populum excitandi pileo suo affixam gestabat plumbea B. V. Mariæ imaginem, quam sæpiu præcipue vero ad læti nuncii famam o culo venerabatur. Frequenter indic bat supplicationes, singulari cultu sacra honorabat reliquias, eratque in Eccl sias valde liberalis: Attamen cunctis l cet hisce dotibus insignis esset, pluribus tamen vitiis scatebat. Testatur Mezera jus illum plusquam quatuor millia ho minum, eorumque potissimam partem

Abr. chron. to. 3 vit. Ludov. XI. in 12

absqu

absque judicii ordine morte mulctasse, pluribus unda submersis, aliis supra asserem progredi jussis, quo deorsum inclinato in rotas aculeis ac novaculis armatas præcipites agebantur. Spreto aliorum consilio sibi uni obtemperabat, & Viros nobilitate generis claros odio habebat; Verbo: nemo unquam aliam, quam Ludovici aulam vidit, in qua subiesta fides liberiori imperio dominabatur, cunctis Proceribus ad Regis exemplum compositis. Sæcul. XV. A.C. 1482.

§. CXIX.

Binæ Ludovici conjuges, ejusque liberi.

Adhuc Delphinus erat, & jam ad secundas nuptias transire compellebatur. Prima ejusdem conjux erat Margarita Jacobi I. Scotiæ Regis Filia, quam decimo quarto ætatis suæ, Christi autem anno, ut fertur, millesimo quadringentesimo trigesimo sexto duxerat. Ea Anno supra millesimum quadringentesimo quadragesimo quinto absque liberis decedente, Rex sex annos in viduitate transegit, haud amplius, donec Rex proclamaretur, ad secundos thalamos processurus, nisi id temporis rerumque necessitas postulasset. Ergo secundo connubio Carolinam Sabaudiæ Ducis filiam *S. Mart. geneal. Franc. lib. 8. cap. 9.*

Sæcul. XV. A.C. 1483.

tum nonnisi sexennem sibi jungit, qua usque ad tertium decimum ætatis sua annum in Sabaudia a Matre sua educa ta, demum in Flandriam ad Sponsu suum deducta est. Primo conjugii an ex ea suscepit Filium nomine Joach mum Normanniæ Ducem, qui tamen tenera adhuc ætate vivis eripiebatu Alterum habuit Carolum regni succes rem, tertium denique nomine Fra ciscum haud diu vita superstitem. E eadem conjuge tres quoque reliquit F lias, quamvis P. Daniel nonnisi duas numeret; quarum natu major in prim ætate obiit, altera erat Bellojovien Comitissa, postmodum Borbonii Ducis Tertia demum Joanna Aureliæ Du conjugio juncta Biturigibus Ordinem An nunciatarum erexit, postquam repudi ta fuerat a suo conjuge, qui postea Ca roli VIII. successor fuit, Ludovicus XI Galliarum Rex nominatus.

§. CXX.

Carolus VIII. Franciæ Rex Ludovici XI. Successor.

Igitur Ludovico Rege fatis functo Ca rolus VIII. ejusdem Filius succes decimum tertium ætatis annum, ac bi mestre jamjam emensus, proin juxta Ca roli V. ejus tritavi sanctionem tutoris po testa

testatem jamjam egressus. Ceterum donec Carolus per ætatem regni habenas moderari valeret, Ludovicus paulo ante obitum suum administrationem Annæ de Francia Filiæ suæ Comitis Belliovienſis conjugi demandavit, fœminæ ingenii acie, prudentia, animi fortitudine & constantia nulli Viro secundæ; verbo, nullæ in ea desiderabantur dotes ad hoc munus digne obeundum necessariæ: cum vero illos, quibus ad regimen quoddam jus erat, imperandi cupiditas acriter incitasset, inde ingentes suscitati fuere tumultus, quos provida Regis defuncti prudentia nullatenus antevertere poterat.

Sæcul XV. A.C. 1483.

§. CXXI.

Duo administrationis æmuli.

De suprema Regni administrandi auctoritate contendebant inter se Ludovicus Aurelianensis Dux, & Joannes II. Dux Borbonius Bellojovienſis Comitis frater natu major; quorum prior administrationem sibi deberi affirmabat, eoquod licet ætate minor, Regi tamen defuncto sanguine proximior esset, Borbonius vero hoc jus sibi præprimis attribuebat, eoquod Regis Amitam uxorem haberet, ac præterea se publicis regni negotiis magis idoneum diceret, quam

Sæcul. XV. A.C. 1483.

fœminam, quæ juxta Gallorum leges cum sit regiminis incapax, etiam a re gni administratione excludenda esse Tribus hisce Competitoribus, Borbonio Ludovico, & Bellojovensi Comitissæ fi cuilibet Procerum adhærebat facti cumque eorum jura componi nequiren litis decisio ad generalium Ordinum comitia, quæ anno sequenti habebantu remissa fuit: Interea vero temporis tres æmuli, plebis benevolentiam si conciliaturi, communi consensu cunctu qui Ludovici XI. gratia ac favore postre mis vitæ suæ annis abusi sunt, legum severitate plectendos decernunt. Ergo Olivarius Damus primus Regis chiru gus, homicidii atque adulterii postulatu suspendio mulctatur: Joannes Doyac autem Parlamenti Procurator generalis duobus lictoribus in omnibus Parisino urbis compitis acriter virgis cæditu aure mutilatur, ac demum ei lingua ca dente ferro perforatur, quo supplicio Lo tetiæ peracto Montferrantium Alverni urbem ad natale ejus solum deducitu ubi denuo virgis conciso altera abscinde batur auricula: Nihilominus Carolo VIII in Italiam iter aggrediente, ipse tract temporis dignitati ac honori restitutus est. Hujus Viri fatum Mezerajus quo dem ad annum sequentem post celebrata Ordinum comitia revocat; nos autem

P. Da-

P. Danielis chronologiæ hac in re infi- Sæcul. XV.
stimus. Denique Jacobus Cocterius a A.C.1483.
mortis supplicio liberatus, quinquaginta millium aureorum mulctam pendere jussus est, qui tamen postea reliquam bonorum suorum partem, nemine deinceps in eum inquirente, satis tranquille possederat.

§. CXXII.

Maximilianus, defuncto Rege Ludovico, ditiones suas recuperare sollicitus.

Maximilianus Austriacus per Ludovici mortem potentissimo hoste liberatus, sibi persuasum habebat, sub Rege puero viribus imbecilli certam sibi parari viam ad recuperandas Provincias, quarum omnium dominium sibi jure competere contenebat. Quapropter exeunte hoc anno regii sanguinis Principibus per suos Legatos exposuit, se ad firmandum Atrebatense fœdus vi adactum fuisse, nihilominus tamen velle se nuptias filiæ suæ ratas habere, dummodo aliæ sancirentur conditiones. Dein ad suas quoque partes Ferdinandum & Isabellam Castellæ Reges trahere nitebatur, pollicitus, se ad recuperandum Ruscinonensem Comitatum suppetias laturum; insuper Britanniæ Ducem, cujus amicitiam o-

Sæcul. XV. A.C. 1483.

lim missam fecerat, innovato fœdere sib devincire sategit. Ad Lotharingiæ Du cem suos quoque decrevit Legatos, qu cum eo de armorum societate adversu Franciam ineunda agerent, nec non Bur gundionum etiam animos sollicite explo rari jussit, ut eos consiliis suis propensi redderet, hancque in rem apud Comm næum extant mandata quæ Archidu Olivario Marchiano ad præcipuos Fran ciæ Principes pro revocando Atrebatei tractatu ablegato dederat, scriptaque i guntur anno præsenti millesimo quadri genteſimo octogesimo tertio, quo etia tempore Caſparo de Lopia datæ fuerun literæ ad Castellæ Regem, aliæ Longu lio & Brangesio ad Britanniæ Ducem deferendæ. Nec minus unacum liter ablegabantur ad Lotharingiæ Ducem Favius, ad Burgundiones autem Tulo gonus, & Autrejus, quorum ultimo e tiam tradebatur epistola eo consilio con cepta, ut Novicastrensem Toparchan Mareſcalli Burgundici Filium Archidu devinciret; hic enim tempori deservien relicto Maximiliani obsequio sua studi Ludovico XI. Galliarum Regi devo verat.

Longueil Branges Fay Toulogeon. Autrey

§. CXXIII

Sæcul. XV.
A.C. 1483.

§. CXXIII.

Genuensium conspiratio adversus Baptistam Fulgosium.

Necdum deferbuit Genuensium seditio, sed denuo Cives adversus Joannem Baptistam Fulgosium ob morum asperitatem, atque intolerabilem ejus arrogantiam seditionem suscitarunt, cujus princeps fuit Lazarus ab Auria, assentientibus quoque præcipuis Fulgosiæ Domus, atque inter ceteros Paulo Fregosio Cardinale ejusdem urbis Archiepiscopo Joannis Baptistæ patruo. Horum conjuratio tanta cepit incrementa, ut Fulgosius, quamvis jam ab Anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo octavo Reipublicæ Dux esset, clam aufugere consultum duceret. Hic ut voluntarii exilii sui dolorem levaret, totum se elucubrandis operibus, & probatiorum Auctorum lectioni dedit, & velut laboris sui monumenta reliquit libros novem italico idiomate conscriptos de factis memorabilibus, eodem servato ordine, quem Valerius Maximus tenebat. Id ipsum opus Petro Filio suo nuncupavit, illudque ex Italico in latinum idioma transtulit Camillus Gilinus Mediolanensis, Anno salutis millesimo quingentesimo decimo nono primum Mediolani, postea

Augustin. Schiaffim. hist. Eccl. Gen. ad an. 1482. Vossius de hist. latin. Fulgos. l. 9. c. 6. ad fin.

Sæcul. XV. A. C. 1483.

Anno milleſimo quingenteſimo quadrageſimo primo Baſileæ & alibi typis vulgatum. Scripſit præterea vitam Martini V. Pontificis, ac denique tractatum vulgavit de fœminis, quæ doctrina excelluerunt.

§. CXXIV.

Tumultus in Bohemiæ regno.

Recruduit etiam in Bohemiæ regno frequens Huſſitarum ferocia, ita ut facto in Catholicos impetu maxima horum pars Praga fuerit ejecta, non pauci trucidati, pulſi denuo Religioſi, ac monaſteria vix aliquantulum reſtaurata fuerant ditus everſa. Interim Uladislaus adhuc juvenis, rerumque inexpertus, ac præterea hiſce Hæreticis reſiſtendo impar, eorum audaciam reliquit impunem, & quamvis hæreticorum inſultus ulciſci posset, a nimia tamen Matthiæ Hungariæ Regis, qui Bohemiam armis ſubigere quærebat, ambitione præpediebatur, ne non precibus Filiorum Georgii Podebrocii defuncti Regis placatus, a proposito deſiſtebat, eoquod illi pro ſuis in Regem injuriis quodammodo ſatisfeciſſent. Attamen ficta erat horum ſubmiſſio, atque Huſſitæ ex Regis ſui lenitate, ac nimia facilitate audaciores facti, eo temeritatis proruperunt, ut eorum unus con-

Dubrav. l. 31
Krantz. 13.
Wandal. 38.

conſpecto Rege ad Palatii feneſtram cla- Sæcul. XV.
mare auſus fuerit; occidatur Polonicus A.C. 1483.
ille porcus, oſor calicis, ſeu communionis ſub utraque ſpecie. Matthias haſce turbas in rem ſuam vertere intentus, Bohemiam ſubjugare moliebatur, ambitioſa tamen ſpe ſua fruſtratus.

§. CXXV.

Factio in Anglia adverſus Richardum regni uſurpatorem.

Richardus Anglicæ coronæ uſurpator, cum totum ſe feroci, ſuperbo, privatique commodi ſtudioſo dederet genio, fidiſſimorum quoque amicorum invidiam in ſe provocabat; cumque datam Buckinghamo Duci fidem violaſſet, hic jam aliunde inter audaciſſimos ævi ſui Viros facile princeps, hanc perfidiam tam iniquo ferebat animo, ut ex illo temporis articulo in Richardi perniciem juraret. Ergo Brehenotum ad villam ſuam ſe recipit, ubi Helienſis Epiſcopus Vir probitate mentis, ac morum integritate inſignis captivus detinebatur; huic arcana animi ſui conſilia manifeſtat, ejusque amicitia ſibi conciliata, Præſulem tam feliciter ad ſuas partes pertrahit, ut ambo inviolabili ſervandæ fidei ſacramento ſeſe mutuo obſtringerent. Nec ſegnior Margarita de Sommerſeto Comitis Ri-

Sæcul. XV. A.C 1483.

chemundii Mater quamdam factionem in Filii sui gratiam, qui in Britannia vel custodiæ mancipatus erat, conflabat, ipsumque Buckinghamum Ducem impense rogabat, ut ejus consiliis adesset. Hic Dux, quantum in ipso esset, omnem opem & operam pollicitus est, eodemque temporis momento Richemundium Comitem in Angliæ solium evehere decrevit, suaque dexteritate tantum effecit ut nuptiis Comitem inter & Eduardi IV. filiam conciliatis, ipsos quoque, qui olim Eboracensibus favebant, Richemundio addictissimos redderet.

§. CXXVI.

Dissidium inter Maurorum Reges.

Rex Granatensis repudiata conjuge sua, ex qua plurimos liberos suscepit, quamdam fœminam, quæ a Christiana religione defecerat, nomine Zaraidam, conjugio sibi copulavit. Hæc adepta tantæ dignitatis honore nimium ambitiose filiis suis regnum asserere molieba-tur, ne vero sua spe frustraretur, Regem induxit, ut filios ex prima uxore progenitos neci daret. Rex in crudelis hujus fœminæ gratiam, exuto Paterni cordis affectu, nefando illius consilio aquiescere decrevit. Ast Mahometes Boabdiles ex hisce Filiis natu major unacum Matre sua,

sua, cujus ope sese periculo subduxerat, ad Gades confugit, nonnisi injuriæ ultionem animo volutans. Proceres tam inhumani facinoris indignitate in Regem commoti, Boabdilem revocant, illumque absente Patre suo Regem salutant, & Granatense Palatium, quod fortissimum erat hujus urbis munimentum, vi occupant. Hoc facto Rex ex itinere suo redux, cum omnem ad hanc urbem revertendi spem sibi succisam intelligeret, per Lecrinensem vallem ad Munducarensem arcem se recepit, indeque suorum fratrum quemdam, Principem rei militaris peritia longe præstantissimum sollicitavit, ut ejus Filium bello peteret. Frater ille appellabatur Zagalius, suisque gloriosis facinoribus nomen *Fortis* emerebatur. Sæcul. XV. A.C. 1483.

§. CXXVII.

Mauri ab Hispanis cæsi.

Intestinum hoc inter Mauros bellum non parum adjuvit Ferdinandi atque Isabellæ consilia, quibus Granatæ regnum sibi subjicere, ipsamque Mahometis sectam ex tota Hispania, ubi per octo ferme sæcula dominabatur, extirpare decreverant. Boabdiles novus Maurorum Rex comperto Hispanorum proposito, cum virium suarum fiducia delusus, Christianorum

Sæcul. XV. A.C. 1483.

norum, simulque Patris sui armis re-
stendo sese parem existimaret, mox La-
cenam urbem in Præfectura Domini d
Loz Donzeles sitam obsidione cinxi
Inopinæ hujus expeditionis nuncio exa-
tatus Comes de Cabra, qui in Vandalit
selectæ militum cohorti imperabat, Do
zelesio Gubernatori præcepit, ut ex
guum exercitum, quem ex finitimar
civitatum præsidiis extraxerat, nulla m
ra ejus copiis jungeret. Unitis hisce v
ribus uterque copias suas, licet Gra
tensis Regis exercitui numero longe in
pares essent, summa contentione Lucc
nensi urbi opem laturi admovent. A
Juvenis ille Rex horum occursum pr
stolari non audebat, sed præcipiti con
lio obsidionem solvit, ac cum suo exer
tu Locham usque se recepit, relicta in
genti præda, & suorum captis quamp
rimis; fugitivis vero adeo presso pe
instítit Comes de Cabra, ut eos pro
mius affecutus certamen inire compel
ret, Maurosque turbatis eorum ordi
bus usque ad fluminis oram tamdiu fu
gando ac cædendo insequeretur, dones
ingens eorum numerus undis hausti
periret, ac ceteri ferme omnes prælio oc
cumberent, ipso Boabdile Rege capto,
ac Cordubam abstracto.

§. CXXVIII.

Secul. XV.
A. C. 1483.

§. CXXVIII.

Juvenis Maurorum Rex tributarius Caſtellæ.

Cum interea Lucennæ victricia Hiſpanorum arma florerent, Ferdinandus in Granatenſium agros cum valido milite populabundus excurrit, cunctaque loca Illoræ ac Montefrio circum vicina immani ſtrage devaſtat; demum vero, ut Mauri vires ſuas partiri compellerentur, ſimul plures urbes ſe aggredi ſimulat; ex improviſo tamen, totoque armorum impetu Tacharam munitiſſimam urbem adoritur, & vi captam ſolo æquari jubet. Hac expeditione feliciter defunctus, Victor Cordubam reverſus eſt, vixque prima urbis limina ſalutabat, cum jamjam captivi Regis Oratores accurrunt, illius libertatem exoraturi, promiſſo ſolemniter facto, ſe Ferdinando atque Iſabellæ perpetuo fidei obſequio Granatenſis regni jura aſſerturos; ſpondebant etiam, ſe duodecim aureorum millia pro tributo, tantamque pecuniarum ſummam, quanta peteretur, in numerata daturos. Ab his oblatæ conditiones acceptantur, ad id potiſſimum Cardinale de Mendoza Iſabellam permovente; quapropter

Sæcul. XV. A. C. 1483.

propter Maurorum Rex non solum libe
tati asseritur, sed eidem subsidia quoq
adversus Patrem suum spondentur, e
tamen lege, ut præter duodecim aure
rum millia, quæ pendere promisi
trecenta etiam mancipia traderet.

Juvenis iste Princeps vix libertati r
stitutus, Granatam revertitur, eum co
tantibus factionis suæ præcipuis, q
eidem usque ad regni fines obvia
processerant. Verum non sine inge
stupore comperit, quod Civium ani
tanto in eum odio accensi essent, quan
favore paulo ante eosdem sibi addict
experiebatur; quippe propudiosis, qu
cum Castellæ & Arragoniæ Regibus
ierat, concordiæ legibus suorum in
diam in se concitabat, cunctis ægerri
ferentibus, quod regnum suum Castella
rum imperio perpetuo onere tributariu
effecerit, hinc adeo invaluit Ma
rorum indignatio, ut quamplurimi e
relicto ipsius Patrui partibus adhæ
rent, illumque per contemptum juve
nem Regem *Chianito* id est puerum
vel infelicem atque infortunatum ap
pellarent.

§. CXXIX.

Sæcul. XV.
A. C. 1483.

§. CXXIX.

Phœbi Navarræ Regis obitus.

Ineunte menſe Novembri anni præcedentis Franciſcus Phœbus Navarræ Rex, & Ludovici XI. Nepos ſedatis pauliſper regni ſui motibus, ob quos in Gallias ſe receperat, inde Pompejopolim reverſus eſt, eum comitantibus Matre ſua, patruis, ac compluribus Nobilitate conſpicuis. Ibidem menſe Januario præſentis anni regia inſignia ſuſcepit, necnon indicta capitis pœna prohibuit, ne ab ullo Bellomontiorum & Grandimontenſium nomina, quæ tamdiu regno exitioſa erant, proferrentur: poſtmodum auctoritatem Magiſtratibus reſtituit. Verum vix in Bearniam, ubi natus erat, delatus, repentino morbo corripitur, & die tertia Februarii Anno milleſimo quadringenteſimo octogeſimo tertio non ſine propinati veneni ſuſpicione mortalitatem exuit, poſtquam ſummæ expectationis adoleſcens nonniſi decimum quintum ætatis ſuæ annum expleverat. Ejus ſoror Catharina juvenis adhuc Princeps regnum Navarræ ſuſcepit, atque a multis expetita in ſponſam, ceteris rejectis, nupſit Joanni Albreto: Unde Ferdinandus Arragoniæ Rex, cum Catharinam filio ſuo adhuc infanti jungendam ſperaſſet, datam ob repulſam

Belleforeſt. l. 3. c. 149.

Sæcul. XV. A.C. 1483.

pulsam tam impotenti ira commoveba tur, ut nunquam illam vexare desisteret sed eam suis ditionibus qua vi, qua fra de exuere moliretur.

§. CXXX.

Martini Lutheri ortus.

Hoc anno millesimo quadringentesim octogesimo tertio die decima N vembris notissimus ille Hæresiarcha Ma tinus Lutherus Islebiæ natus est, Pa tre Joanne Lotter seu Lauther, Ma vero Margaritha Lindeman: Affirm Cochlæus, illum in Baptismatis fon Martinum fuisse nuncupatum, eoqu pridie ad festum S. Martini natus esset.

§. CXXXI.

Estutevillæ Cardinalis obitus.

Ecclesia eodem tempore, quo in sinu suum receperat Martinum, qui quo dam crudelissimus Matris suæ persec tor existeret, orbata est fortissimo defe sore suo, cum hoc anno vel juxta non nullos anno priori, Estutevillam Ca dinalem vivis ereptum luxisset. Erat filius Joannis de Estutevilla ex Margar ta de Harcuria natus primo Andega

Harcour

venses Archidiaconus, postea, ut quidam recentiores Historici referunt, Prior S. Martini de Campis Lutetiæ Parisiorum renunciatus est. Fertur quoque, quod

dimissi

renuntiatus, dimissa Bitervensi sede, ad Episcopatum S. Joannis Maurianensis in Sabaudia, demum a Nicolao V. Pontifice ad Archiepiscopalem Rothomagensem Ecclesiam vocatus fuerit. Eundem anno millesimo quadringentesimo trigesimo septimo, vel juxta alios elapso biennio die decima octava Decembris Eugenius IV. Cardinalium Collegio adscripsit, simulque titulum S. Martini in Montibus adjecit, eo autem relicto Cardinalis ad Portuensem Insulam promotus, dein translatus fuit ad Ecclesiam Ostiensem & Veliternam, tandem etiam Apostolicæ Sedis Camerarius nominatus est. Pro tuenda justitia semper intrepidum gerebat animum, merito a Francisco Philelpho *Columna & columen sanctæ Romanæ Ecclesiæ* appellatus, cui etiam Jacobus Cardinalis vulgo dictus Papiensis suos commentarios nuncupabat. Communior Scriptorum vox est, illum Mense Decembri Romæ mundo valedixisse, atque in Ecclesia FF. S. Augustini, quam a fundamentis extruxerat, tumulatum fuisse. Ibidem sæculo decimo septimo in perpetuam hujus Viri memoriam erecta est ex marmore statua cum elogio, quod Ughellius, aliique Historici recitant. (*)

Sæcul. XV. A.C 1484.

Matth. Hist. Lud. XI. lib. 10.

Ughel. in Ital. sacra. Philelph. lib. 25. epist. 15. & lib 31. epist. 50.

§. CXXXII.

(*) Inscriptio, quæ in templo S. Augustini legitur, sequentis est tenoris:

Sæcul. XV.
A. C. 1484

§. CXXXII.

Variæ Sixti IV. Papæ Constitutiones.

Bullar. to. I. Sixt IV. Constit. 28.

Pennot. in præf. Hist. Cler. Reg. & l. 3. c. 24.

Anno Christi millesimo quadringentesimo octogesimo quarto Sixtus IV. Pontifex Majoris Pœnitentiarii auctoritatem quæ sub ejus Prædecessoribus Romæ multum labefactata erat, denuo reparare, novoque splendore extollere decrevit, hinc die nona Maji hanc in re Constitutionem edidit, quæ in Bullar. mag.

D. O. M.

D. GUILIELMO de ESTOUTEVILLA Normanno Gallo, Episcopo Ostiensi Cardinali Rothomagensi, S. R. E. Camerario.

Ex Congregatione Cluniacensi Ordinis S. Benedicti assumpto, qui apud Sedem Sanctam totius Augustiniani Ordin. Protectorem agens templum hocce á fundamentis construxit, ampliſſimis dotibus locupletavit: altare majus Deiparæ Virginis imagine à D. Luca depicta exornandum curavit, Sacrarium pretiosissimis vestibus ditavit: Conventum in ampliorem & commodiorem formam redegit: totum Ordinem singularibus beneficiis cumulavit. Plura & majora collaturus, nisi mortis invidia præpediviſſet.

Præsul

magno habetur. Eodem tempore aliam promulgavit Bullam, qua Canonicos Regulares, qui vulgo *Lateranenſes* dicuntur, necnon FF. Eremitas Ordinis S. Auguſtini compeſcere nitebatur, eoquod non ſine gravi Eccleſiæ ſcandalo circa hujus S. Doctoris habitum, ac religioſorum inſtitutionem mutuo inter ſe colliderentur; Eremitæ enim ab ipſomet Sancto Patre ac Magno hoc Doctore ſeſe fuiſſe inſtitutos, paulo vehementius contendebant; quapropter Pontifex indicta anathematis pœna tam his, quam illis præcepit, ut ab ejusmodi contentione abſtinerent, & ſe mutua charitate diligerent, parum ſolliciti, quo habitu induti fuerint Clerici, quos S. Auguſtinus ſub vita communi in Epiſcopali domo ſua congregaſſet. Ceterum

Sæcul XV. A.C. 1484.

Bzov. hoc ann.

Præſuli Ampliſſimo
Tam Doctrina, moribus, virtutibus,
Quam Sanguine, opibus, honoribus, conſpicuo
Patrono beneficentiſſimo
M. F. HYPPOLITHUS MONTIUS
Gen. Prior, ac PP. hujus Cœnobii
æternum Grati animi monumentum PP.
An. Sal. MDCXXXVII.
Obiit Anno Domini MCCCCLXXXIII.
Decima Sexta Februarii
Ætatis ſuæ anno LXXX. R. I. P.

Sæcul. XV. A.C. 1484.

terum quamvis admodum frequente agitata fuerit quæstio, an S. Pater Re gioſum profeſſus eſſet inſtitutum, ac Re ligioſos cuidam certæ Regulæ adſcr ptos inſtituiſſet, necdum tamen hac per re concors eſt partium ſententia; ſolum in hac controverſia ſtatui poſſe detur, quod Magnus ille Sanctus Doct Hyppone commorans ad eandem vive di normam, quam Tagaſtæ tenebat, quodam cœnobio dies ſuos tranſige voluerit, eoque comperto Valerius piſcopus, ut ad ſancti Viri vota ſuum que conferret ſtudium, eidem quemdam hortum Eccleſiæ proprium donaverit, quo S. Auguſtinus nonnullos Dei famul congregavit, qui divenditis omnib ſuis bonis, atque in pauperes diſtribut ad Magiſtri ſui normam in pœnitento ac paupertatis auſteritatibus vivere co cupiverant, eſtque veroſimile, quem bet eorum in hac communitate ex labo re manuum victum quæſiiſſe. Ceterum hac in re id unice exploratum habemus quod hi S. Apoſtolorum regulam obſerv verint, id eſt, quod nemo eorum quo quam proprium poſſederit, ſed omnia o mnibus communia, & ſingulis juxta cu juslibet neceſſitatem diſtributa fuérint.

Tillemont. in vit. S. Auguſt.

Baillet. ad 28. diem Auguſti.

§. CXXXIII

Sæcul. XV. A. C. 1484.

§. CXXXIII.

Contentio Canonicorum Regularium cum Eremitis S. Auguſtini.

Nec tamen Sixti IV. hortationibus reſtituta eſt concordia inter Diſcipulos magni illius Eccleſiæ Doctoris, qui licet omnium humillimus, pacisque amantiſſimus fuiſſet, Religioſi tamen ejus inſuperhabita Pontificis Conſtitutione utrinque objurgationibus, imo etiam dicteriis tam in publicis concionibus, quam in libellis hac de re editis mutuo ſeſe proſcindere haud dubitabant; Canonicorum Regularium cauſſam tuebatur Dominicus Tarviſinus ejusdem inſtituti alumnus: Bartholomæus vero Papienſis, (*) & Antonius Coriolanus patria Romanus, qui ambo Sancti Auguſtini Eremitæ erant, lingua & calamo Canonicos impugnabant, quinimo Coriolanus ejusdem Ordinis Generalis, Vir doctrina præſtantiſſimus, ſpreto Pontificis decreto apologiam a ſe concinnatam publici juris fecit, quæ tamen a Cardinalibus tanquam probris, atque injuriis referta condemnata eſt, eamque Mapheus Veronenſis edito libello confutavit. Nihi-

(*) *Apud Bzovium, Spondanum, aliosque dicitur* Patavinus.

Sæcul. XV. A.C. 1484.

lominus exiguo post tempore acrius quam unquam hæc contentio recrudui nec tamen quæstio decisa fuit, eoquo summus Pontifex utpote morte præve tus, hisce contentionibus remoram p nere præpediretur.

§. CXXXIV.

Sixti IV. Pontificis obitus.

Onuphr. in Sixt. IV.
Ciacon. in eundem.
Brutus hist. Flor. lib. 8.

Obiit hoc anno die decima tertia Me sis Augusti Romæ in Vaticano Pa tio Sixtus IV. postquam septuagesimu primum ætatis annum ingressus, Pon ficatus sui decimum tertium cum qui que diebus expleverat. Corpus ejus Basilicam S. Petri delatum æreo mon mento conditum est, quod Julianus Ca dinalis ejus Nepos exstruendum curav Plura ingenii sui monumenta poster ti reliquit, scripsitque de Sanguine Ch sti, necnon de potentia Dei adversus e rorem cujusdam Carmelitæ Bononie sis, qui hominem damnatum a Deo m per ipsam suam omnipotentiam salv posse, pervicaciter tuebatur; hi tr tractatus Romæ anno millesimo qu dringentesimo septuagesimo primo typ impressi prodiere. Exstat etiam expl natio tractatus Nicolai Richardi de In dulgentiis, quæ in suffragium anima rum in purgatorio conceduntur; hæc ex plicatio

P. Alex. hist. Eccles. tom. 1 Sacul. XV. in 8.
Miscellan. tom. 4. p. 527.

plicatio unacum ipso Nicolai libro Anno millesimo quadringentesimo octogesimo primo in lucem edita est. Compositi etiam tractatum de futuris contingentibus, aliumque de Conceptione B. V., qui in nonnullis Italiæ Bibliothecis manu exarati asservari dicuntur. Baluzius quamdam hujus Pontificis epistolam ad Carolum Burgundum exhibet, in qua Sixtus varias, quas Dux adversus eum moverat, querelas diluit, atque inter ceteras hanc refellit, qua quemdam Clugnocum a Duce commendatum a Cardinalium numero exclusisse atque eidem suorum propinquorum duos prætulisse redarguebatur. Inde exortæ fuere hujus Ducis querelæ; liberius enim Pontifici exprobrabat, quod sanguinis affectu captus, suos propinquos Clugnoco prætulerit; Sixtus vero hac epistola, quæ prudentissimis sane rationibus locupletata est, objectam sibi culpam amolitur, contestatus, se in horum electione non nisi meritorum suffragia respexisse. Sæcul. XV. A C. 1484.

Hic Pontifex octo Cardinalium promotiones habuit, quas suo loco recensuimus. *Aggressus etiam fuerat*, verba sunt Patris Natalis Alexandri, *longe difficillimum opus, quo S. Thomæ & Scoti doctrinam, atque placita conciliare nitebatur.* Denique publica hodiedum Romæ exstant ædificiorum monumenta, quæ in-

Sæcul. XV. A. C. 1484.

credibili magnificentia extrui curavi
In iis pons est Tiberi impositus, urbi lo
ge utilissimus, quem refici jussit, quique
abrogato primi Conditoris Antonini P
nomine *pons Sixti* hodieque appellatu
Ipse etiam Platinæ negotium dedit, u
vitas summorum Pontificum conscrib
ret, quem, ne Roma excederet, Vatic
næ Bibliothecæ præfecit; hanc vero ab
vectis ex tota Europa libris, atque ma
nuscriptis codicibus ferme innumeris
locupletavit, certosque proventus as
gnavit, ut eadem coemptis semper re
centioribus libris augeretur.

§. CXXXV.

Manus S. Joannis Baptistæ Magn Rhodiorum Magistro a Bajazetho dono data.

Surius 29. *Aug. p.* 224.

Bosius. to. 2. *l.* 13. & 34.

Sub finem Pontificatus Sixti IV. Pet
Albussonio magno Rhodiorum Mag
stro Bajazethes Turcarum Imperat
S. Joannis Baptistæ manum, quæ a
Thesauro Mahometis Patris sui asser
batur, dono dedit, ut sacro hoc mune
religioni, qua Ordinis Magistrum in S. reb
quias ferri noverat, satisfaceret, simulqu
ob Zizimum fideliter custoditum gratæ
nimi memoriam testificaretur. Acce
pta sacra manu Albussonius plurimis te
stimoniis, maturoque rei examine plena
com-

comprobatam habuit traditam antiquitus relationem a Græcis Scriptoribus confirmatam, vi cujus posteris relictum est, corpus S. Joannis Baptistæ post ejus mortem in Urbe Sebaste medium inter magnum Sacerdotem Heli, & Abdiam Prophetam fuisse sepultum: Sanctum vero Lucam Evangelistam cum quibusdam divi Præcursoris discipulis ad hanc urbem noctu perveniisse, sacrum ejus corpus clam tollendi animo: cum autem rei difficultatem perpendisset, manum illius dexteram, qua Christum Dominum Baptismo abluisset velut nobilissimam sancti hujus corporis partem abstuliisse, eamque Antiochiam deportasse, ubi illam etiam reliquisse, ipse vero in Bithyniam ad prædicandum Christi Evangelium profectus dicebatur. Post hæc Christiani pretiosum hoc pignus Antiochiæ asservarunt, & ad tertium sæculum publicis honoribus venerati sunt: cum autem Julianus Apostata cultum, memoriamque S. Martyrum abolere cæpisset, fideles has Reliquias usque ad Imperatoris obitum sedulo absconditas tenuerunt. Sæcul. XV. A. C. 1484.

Ubi vero Justinianus, Princeps religiosissimus templum S. Sophiæ, atque Ecclesiam S. Joannis, cui a Petra nomen, Constantinopoli exstrui curasset, ut utriusque Ecclesiæ consecrationis solemnia

Sæcul. XV. A.C. 1484.

augustiori pompa decoraret, ex omnibus Orientis partibus ceteris nobiliores reliquias afferri jussit, quas inter erant S. Joannis Baptistæ caput ab Edessa, ejusque manus ab Antiochia transmissa: ubi vero stupenda Antiochiæ patrabantur miracula, eorumque fama totum Orientem replebat, Constantinus Porphyrogenitus, qui Græcorum imperium seculo decimo tenebat, sacram hanc manum sibi vendicandi ingens habuit desiderium, quo comperto quidam hujus Ecclesiæ Diaconus, Jobus nomine, hunc thesaurum abstulit, eumque Imperatori dono dedit, qui eum in Ecclesia S. Joannis de Petra religiose deponi jussit, ubi etiam honorifice asservabatur, donec urbs Constantinopolitana a Mahometanis capta esset. Hic istam cum ceteris S. reliquiis, quarum thecæ erant longe pretiosissimæ, ad Imperialem thesaurum transferri præcepit, inde vero a Bajazethe extractam magnus Rhodiorum Magister pro dono accepit, quam ipse exhaustis omnibus documentis in re tanti momenti necessariis, cuidam thecæ auro gemmisque plurimis distinctæ includi, ac solemni pompa in templo S. Joannis Rhodi reponi curavit.

§. CXXXVI.

Sæcul. XV.
A. C. 1484.

§. CXXXVI.

De veritate hujus translationis.

Quamvis Bosius, aliique Scriptores hanc translationem articulatim, distincteque recenseant, non desunt tamen, qui ejus veritatem in dubium vocare videantur, has allegantes rationes. I. Haud enim verisimile est, quod S. Joannis Discipuli, attento præcipue vatiniano Judæos inter & Samaritanos odio, sacri hujus corporis truncum a capite abscissum abstulerint, & Sebaste, totius Samariæ Metropoli terræ mandaverint. II. Etsi id foret, quod sacrum hoc pignus a Moratensi civitate, ubi sepultum erat, Sebasten fuisset translatum, interea tamen exploratæ veritatis res est, ejusdem sacra ossa circa Annum trecentissimum sexagesimum secundum a Paganis unacum corpore S. Elisæi Prophetæ apertis sepulchris combusta fuisse; nullius autem Historici testimonio comprobatur, quod saltem aliqua sacri corporis pars a gentilium furore intacta permanserit; quin potius hi idololatræ, eorum ferociam acrius inflamante Imperatoris apostatæ mandato, unacum sanctis hisce corporibus etiam animalium ossa concremarint, omnesque eorum cineres promiscue in aerem sparserint. Equidem

Baillet. vit. Sanct. in fol. ad 29. Aug. c. 2.

Rufinus

Sæcul. XV. A. C. 1484.

Rufinus teſtatur, a quibusdam Monachis qui dedita opera paganis ejusmodi officio ad comburendum congerentibus ſeſe adjunxiſſent, nonnullas S. Corporum partes clam ſubtractas Jeroſolymam ſuis delatas; aſt parum idoneus teſtis censetur Rufinus, cum apud Græcos alterius hujus rei ſilentium ſit. III. Si vero horum ſancti reliquiæ ante Juliani Apoſtatæ tempora non ſunt ex Sebaſtena urbe translatæ, vel ſi Alexandriæ non fuerunt inventæ, eo ipſo ſuſpectæ videntur. Non diffitemur quidem, honorandas eſſe ſacras illas reliquias, de quarum veritate teſtes omni fide digniſſimos habemus, uti ſunt Theodoretus de Cyro, Sanctus Gaudentius de Breſſia, & Sanctus Paulinus Nolanus; eas tamen, quibus ejusmodi teſtimonia non ſuffragantur, legitimas eſſe credere minime tenemur. Quapropter Baillet dexteram S. Præcurſoris manum a S. Luca Sebaſte Antiochiam, inde vero per plura retro ſæcula Conſtantinopolin, & tandem Rhodum translatam, reliquias apocryphis accenſet. Tillemontius quoque affirmat, omnes circumſtantias in hac translatione Conſtantinopolim factæ necdum plenam huic relationi fidem, auctoritatemque adſtruere.

Rufin. l. 2. c. 27. & 28.

Tillemont. tom. 1. pag. 530 not 25. in S. Joan.

§. CXXXVII.

Sæcul. XV. A.C. 1484.

§. CXXXVII.

Sixto defuncto seditiones populi Romani.

Cum Pontifex nuper defunctus summo studio Hieronymum Riarium Nepotem suum ad maximas quasque dignitates evehere studeret, inde Romani populi invidiam in se concitabat, adeo, ut pauci regiminis sui memoriam laudibus celebrarent, omnes vero eum maledictis lacesserent. Postera obitus sui die complures adolescentes arma corripiunt, & in Comitis Hieronymi palatium minabundi irrumpunt, quem cum non reperissent, & cubilia omni ferme apparatu destituta viderent, in parietes sæviunt, curtamque, quæ supererat, suppellectilem deprædantur, incondita voce clamantes, *Columna! Columna!* postea securibus palatii fenestras diffringunt, omnes in horto arbores exscindunt, marmoreas columnas, quibus augustissimum hoc palatium ornatum erat, aut ictibus comminuunt, aut aliorsum deferunt. Altera die ad suburbium trans Tiberin situm contendunt, duo horrea ad oram fluminis erecta, in quæ Mercatores Genuenses magnam frumenti vim intulerant, diripiunt, duasque naves mercibus onustas, quas Mercator quidam ejusdem Nationis paulo ante advexe-

Sæcul. XV. A C. 1484.

vexerat, vi abducunt; Inde ad urbem reversi, eodem furore ac petulantia omnes Genuensium domos exspoliant. Eorum nonnulli ad quamdam Hieronymi villam, cui Jubileum nomen, excurrunt centum circiter vaccas abigunt, capras mulos, porcos, anseres, & Gallinas magno in numero furantur, secumque abripiunt plurimas carnes sale conspersas unacum Parmensi caseo. Alii invadunt Ecclesiam S. Theodori, atque effractis horrei postibus omne frumentum, quod Sixtus IV. Papa defunctus apud S. Mariam novam collegerat, auferunt, spe concepta, se illud longe carius hoc currente, quam priori anno vendituros. Verum Magistratus, ut seditiosorum tumultus reprimerent, ad tubæ sonitum per præconem prohibent, ne ulla deinceps domus diriperetur, indicta mortis pœna legem transgressuris: Portas etiam & pontes præsidiario milite firmant, nectosque Regionum Præfectos arma sumere jubent, sicque rebus provide dispositis populum in officio continebant.

§. CXXXVIII.

Castra a Columnensibus occupata.

Columnenses Hieronymi fugam in rem suam vertere studiosi, castrum Cavas recuperant, illiusque Gubernatorem

Cavarro.

Sæcul. XV. A.C.1484.

ac circiter duodecim milites trucidant, reliquos vero ex præsidio per feneſtras in foſſas dejiciunt; præterea arcem Capranicam occupant, omnibus eam tuentibus miſere cæſis: Caſtrum quoque Marinum, cum illius Præfectus Camerinenſium opem fruſtra imploraſſet, deditione accipiunt. His interea geſtis Hieronymi Comitis uxor in arcem S. Angeli ſeceſſit, ipſe vero Comes unacum Virgineo Cardinale Urſino ad quamdam ditionis ſuæ Inſulam confugit: horum abſentia Columnenſes expeditiorem reditum ad Romanam urbem nanciſcebantur: Unde Cardinalis de Columna urbem ſub ingenti populi concurſu ingreditur, ac velut victoriis clarus ad Palatium ſuum deducitur. Sub idem quoque tempus Proſper & Fabricius itidem Columnenſes ad ſua quisque palatia reverſi ſunt, quos plurimi ſclopis armati ſtipabant. Hisce tumultibus undique terrorem ingerentibus pauciſſimi ex Cardinalibus defuncti Papæ exequiis intererant, veriti, ne a factioſis arcem S. Angeli occupantibus comprehenderentur. Poſthæc populus in Capitolio conventum egit, ſtatuitque rogandos eſſe Cardinales, ut armis depoſitis ad tutum ſeſe reciperent locum, conclavi initium daturi.

§. CXXXIX.

Sæcul. XV. A.C. 1484.

§. CXXXIX.

Castrum S. Angeli ceteræque urbes Comite Hieronymo restitutæ.

Die vigesima secunda mensis Augusti Hieronymus Comes non modo arcem S. Angeli, sed ceteras quoque Ecclesiæ urbes restituit, acceptis quatuor millibus aureorum, quos sacrum Collegium eidem numerari præcepit; hoc facto claves Episcopo Tiburtino concreditæ sunt, quas se proxime futuro Pontifici redditurum: interea vero, prout a sacro Cardinalium Senatu jussus erat, arci præsidiarios impositurum, Hieronymus pollicitus est. Sancitum præterea, arce recuperata Virginius, omnesque de Ursinorum familia, æque ac Columnenses urbe excederent, nonnisi elapso mense rediturì: Jacobus vero de Comitibus Latii custodiam dimitteret, atque inter Columnenses & Ursinos bimestres sanciretur induciæ, quæ a die recens inaugurati Pontificis inciperent.

§. CXL.

Promissa a Cardinalibus populo facta.

Omnes Cardinales die vigesima quarta Augusti consceuso Ecclesiæ S. Petri

sug-

Sæcul. XV. A.C. 1484

ſuggeſtu promulgant, ſe plures favores populo non parum profuturos concedere paratos eſſe, ac præprimis ſtatuiſſe, ut deinceps nullum officium aut beneficium niſi Romanis conferretur, & hoc ex præſcripto Conſtitutionum Nicolai, Calliſti & Sixti Pontificum; præterea decernebant, ut deinceps obſervarentur ſumma cura Bullæ de ſtudiis emanatæ; eliminentur olim conceſſæ nondum vacantium officiorum ſucceſſiones; demum communi Zelo inter omnes Catholicos Eccleſiæ Romanæ ſubditos urgeatur lex de abſtinentia a cibis vetitis. Eodem die ad Baſilicam S. Petri convenere Cardinales Columna, Sabellius, Urſinus, & de Comitibus, qui arcis S. Angeli claves, prout antea decretum fuit, reciperent, ut tandem ſepoſito omni turbarum metu conclavis ingreſſus fieri poſſit. Poſtera die, eadem ſcilicet, qua defuncto Pontifici juſta de more perſolvebantur, omnes Cardinales in Eccleſia ſancti Petri congregabantur, excluſis Sabellio & Columna, eoquod violata ſacri Collegii ſanctione quingentos milites armis probe inſtructos in arcem S. Angeli introduxiſſent; quæ res omnibus ceteris Cardinalibus ingentem ſuſpicionem, terroremque ingeſſit. Rediit tamen priſtina animorum tranquillitas, poſtquam Comitiſſa Hieronymi Conjux die vigeſima quinta Auguſti cum to-

Sæcul. XV. A. C. 1484.

ta ſua familia atque præſidio arce exce ſerat.

§. CXLI.

Cardinales conclave ingreſſi.

Die vigeſima ſexta Auguſti nuntiatu eſt ſacro Collegio, quod Diophebe Averſæ Comitis Filius ad ſuas ditione redierit, ac nequidem enſe e vagina ed cto Roncilionem, & Montijovium i- cruenta victoria recuperaverit: Nihilo minus eadem adhuc die Cardinales v ginti quinque ingrediebantur conc ve in majori ſacello Eccleſiæ S. Pet inſtructum, in quo usque ad diem vig ſimam nonam ejusdem menſis hærebat tandemque novi Pontificis electione perficiebant, hunc in modum: die Sab bati ad veſperam ſuffragia colligebant quibus examinatis in ſolum Barbum S Marci Cardinalem undecim Purpura conſpiraſſe reperiebantur; hinc Cardi lis S. Petri ad vincula ad Barbum con verſus, eidem dixit: ad validam Pape electionem quatuordecim ſuffragia ſunt neceſſaria: tria igitur duntaxat tibi de ſunt, hæc autem opera mea procurabo, dummodo Cardinali Arragonio Regis Neapolitani filio Palatium tuum cedere velis: verum Cardinalis ſancti Marci ejus modi propoſitionem omnino rejiciebat, reſpondens: ſi hoc pacto Pontificatum

Rec. Maſſon. in Innoc. VIII.

alſe-

assequerer, certus sum, quod electio mea sacrorum Canonum præscripto adversaretur; aliunde vero, cum palatium meum sat vicinum sit castro S. Angeli, facta ejusmodi donatione irreparabile damnum Sedi Apostolicæ, totique Christianæ Reipublicæ inferrem; inde enim tam Neapolis Regi, quam ejus Successoribus opportunam oppido viam aperirem, per quam arcem, quandocunque eis liberet, ingredi, urbemque subigere possent: Cum igitur Cardinalis S. Petri ad vincula Barbum nullatenus ad sua vota inclinare posset, hinc S.R.E. Pro-Cancellarium, quem solum Barbo plurimum obsistere noverat, convenit, eumque ad suas partes pertrahere studuit, pollicitus, se eo rem perducturum, ut Cardinalis S. Marci nullatenus in Papam eligatur. Sæcul. XV. A C 1484.

§. CXLII.

Electionis modus.

Proxima nocte cuncti Cardinales jamjam in cellulas suas sese receperant, cum Cardinalis S. Petri ad vincula & Pro-Cancellarius, nocturni silentii opportunitate usi, suffragia colligerent pro Melfitensi Cardinale. Hic Nobilis erat Genuensis, atque origine Græcus, Patremque habuit Aaronem Cibo Equitem, qui vir bello summus etiam sub Renato, & Al-

Sæcul. XV. A C. 1484.

phonſo in Regno Neapolitano Regis vices agebat, necnon urbis Romanæ Senator erat. Ambo illi Cardinales ſub Melfitenſis Pontificatu ſe ſumma rerum potituros ſperabant, ſua tamen conſilia ſex antiquioribus Cardinalibus palam facere haud audebant; erant autem iſti, Cardinalis de Comitibus, S. Marci, Gerundenſis, Ulyſſiponenſis, Senenſis & Neapolitanus & forte etiam Venetus tituli S. Mariæ in Porticu: poſtera tamen die, qui in Melfitenſem convenerant, reliquos adeunt Cardinales, eisque ſignificant ſe pro futuro Pontifice ſufficientem ſuffragiorum numerum collegiſſe, cumque ab avidius interrogarent, quis eſſet? hanc eorum aviditatem manifeſtandi tarditas pauliſper auxerunt, tandem vero exposuerunt, hunc eſſe Cardinalem Melfitenſem, addentes, ſe noctu congregatos decreviſſe, quod ſua in eum ſuffragia conferre velint. Cardinalium Seniores hanc electionem fruſtrandi ſpe deſtituti, cum eorum nonniſi ſeptem aut octo adverſus octodecim pugnarent, potiori ſuffragantium numero acceſſerunt.

§. CXLIII.

Quidam Cardinales ad ferenda ſuffragia pollicitationibus ſollicitati.

Tractu temporis fama divulgata eſt, variis mediis potiora ſuffragantium vo-

ta

Sæcul. XV. A.C. 1484.

ta in unum fuisse congesta, atque ut consilio eventus succederet, Savellio Cardinali dono fuisse datum castrum Monticellense in Insula, addita etiam Legatione Bononiensi; Cardinalem vero Columnensem accepisse legationem in Patrimonio S. Petri, & castrum Ceperanum unacum vinginti quinque aureorum millibus ad resarcienda eversæ ac combustæ domus suæ damna, facta eidem spe, ipsum beneficium, quamprimum vacaverit, septem aureorum millibus pingue obtenturum: Cardinalem vero Ursinum fuisse locupletatum præter arcem Serraterensem Marchiæ Anconitanæ Legatione, qua ærarii Romani Præses exuebatur. Denique concessum fuisse Martinusio castrum Capranicæ unacum Avenionensi Episcopatu; Montecorvum vero Regis Arragoniæ Filio, & Palatium S. Laurentii in Lucina, quod Melfitensi Cardinali ante ejus electionem proprium erat, Cardinali Parmensi donatum. Hisce conditionibus Melfitensis necessarium suffragiorum numerum adeptus, in Papam eligebatur (*).

Monticelli.

(*) *Hæc Continuator: ea tamen mere in ejus cerebro fabricata haud temere conjicimus; in sua quidem præfatione alte intonat, se nihil, nisi teste comprobatum referre; jam vero in re tanti*

Sæcul. XV.
A.C 1484.

§. CXLIV.

Joannes Baptista Cibo Melfitensis Cardinalis in Papam electus.

Melfitensis ad Pontificatum vix evectus confestim Cardinalem Mediolanensem nominat Ecclesiæ S. Joannis in Laterano Archi - Presbyterum, & Avenionensem Legatum: Cardinali vero sancti Petri ad vincula, ejusque Fratri tum Romanæ urbis Præfecto oppidum, quod *Fanum fortunæ* dicitur, donabat unacum aliis quinque circumvicinis possessionibus eique pollicetur, quod illum inter supremos Ecclesiastici exercitus Præfectos postremum, primum vero arcanorum consiliorum arbitrum constituere, nullumque gravioris momenti negotium eo inscio decidere velit. Concredita est etiam Cardinali

---

ti momenti, totaque hujus electionis serie nullum allegat auctorem, ac de illis, quæ adeo libero calamo effundit, altum silentium apud Ciaconium Onuphrium, Raynaldum Odoricum, Bzovium, Pagium, Spondanum, omnesque alios integræ fidei Auctores. Demum quisnam fuerit ille Martinusius Cardinalis, omnino latet; numerum Cardinalium, qui hujus Pontificis electioni interfuere, accurrate recensent Bzovius, Onuphrius & alii, omnes tamen Martinusium ignorant; forte ad conciliandam calumniis auctoritatem nova nomina excogitare necessitas coegit,

nali Ursino custodia Palatii unacum pinqui stipendio tam pro se quam pro forensium satellitum legione, cui ipse imperabat. Ast hac dignitate, qua unico duntaxat die functus est, parum contentus, non sine indignatione Roma excessit. Nemo hujus Pontificis regimen fore prosperum præsagiebat, eoquod natione Genuensis, ætate juvenis, nonnisi quinquaginta annos natus, (*) ad Papatum illicitis viis evectus, atque olim moribus parum

Sæcul. XV. A.C. 1484.

Onuphr. in Innoc. VIII.

(*) *Si qui ex causis adeo ridiculis infausti hujus Pontificatus omen hauserunt, plane & ipsi visu dignissimi erant. Onuphrius testatur*, eum ob anteactæ vitæ constantem & commendatam opinionem, ob morum incredibilem suavitatem, & summam probitatem *omnibus gratissimum fuisse. Quod autem adhuc adolescens, & nondum sacris initiatus filios procreasset, omnes quidem consonant Historici, & ad delicta juventutis, non autem ad Pontificatus invidiam referendum censent. Ciaconius ipsum duos filios ex legitimo thoro cujusdam nobilis puellæ Neapolitanæ suscepisse affirmat, Philippus tamen Bergomensis, Onuphrius, Platina, & alii spurios fuisse dicunt*, sed ante Pontificatum & Cardinalatum *susceptos. Igitur non imputentur Innocentio Pontifici crimina, quæ Pontifex non admisit, sed abhorruit, & juveniles maculas lacrimis eluit. Vide ipsum Continuatorem infra lib. CXVII. §. XXIX.*

Sæcul. XV. A. C. 1484.

rum caſtus fuiſſet, cum ex variis fœmi-
nis ſeptem procreaſſet liberos, Onuphriu
tamen ſat honorificam de illo mentionem
facit, ac plurimum ejus humanitatem
ac benignitatem commendat, avarum
quidem fuiſſe refert, erga pauperes ta-
men & afflictos oppido liberalem depra-
dicat.

§. CXLV.

Neo-electus Papa appellatus Innocentius VIII.

Hic Pontifex Innocentii VIII. nomen
accepit in recordationem Innocentii
IV. æque Genuenſis, Symbolum ve-
ſibi ſelegit ex illis Pſalmi 25. verbis: *Ego
autem in innocentia mea ingreſſus ſum*, ſuo
te inſinuans, qualem eum eſſe oportu-
ſet. Inito Pontificatu primas eo curas in-
tendit, ut pace inter Principes Italiæ re-
ſtituta illos etiam, quos nimia Præde-
ceſſoris ſui ſeveritas disjunxerat, denuo
Sedi Apoſtolicæ conciliaret. Impera-
etiam hortabatur Principes Chriſtianos,
ut fœderibus juncti Turcarum vires re-
tunderent: Ideo Regum, ac Rerumpub-
licarum Legatos, qui vel Romæ in Cu-
ria erant, vel ad eum pro debita obedien-
tia ei præſtanda undique confluebant,
rogare non deſtitit, ut ad concordiam
amplectendam eos, a quibus miſſi erant,
impellerent, hinc alte eorum menti im-
preſſit

preſſit gravia bellorum pericula atque in- Sæcul. XV.
commoda. Præterea addebat, Principi- A.C.1484
bus Chriſtianis nunquam ad mutua inter ſe arma procedendum niſi coactis: ad omnes quoque Principes ſuos decrevit Legatos, qui eos ad frangendos Turcarum inſultus excitarent, nec tamen Pontificis Zelo optatus adſpirabat eventus. Inſuper Columnenſes & Urſinos potentiſſimos Romanos Principes, qui cruento bello ſeſe mutuo conficiebant, reſtituta concordia admonuit, ut privata ſua odia ac contentiones publicæ Eccleſiæ tranquillitati, ac ſtatus ſaluti poſtponerent. Interea tamen ipſe Pontifex, invitus licet, bellum Ferdinando Neapolitano Regi inferebat, partim ob tributi, quod Eccleſiæ pendere debebat, denegatam ſolutionem, partim ob tyrannidem, quam Rex Sedis Apoſtolicæ vaſallus, ac cliens Beneficiarius in præcipuos regni ſui Proceres exercebat: Illud tamen bellum ultra biennium non tenuit; eo enim elapſo pax utrinque inita eſt, ea lege, ut Neapolis Rex omnes cenſus Eccleſiæ debitos numeraret, Papa vero Proceres Italiæ, qui adverſus eum arma ſumpſerant, data venia in gratiam reciperet.

§. CXLVI.

Cardinalis de Bourdeillio obitus.

Hoc anno Eccleſia ex obitu Eliæ Bourdeillii

Sæcul. XV
A C. 1484.

Aubery. hist. Cardin.
Frizon. Gal. purpur.
S. Marth. Gall. Christ.
Arpagiou.

deillii Cardinalis, & Archiepiscopi Tu-
ronensis egregium prorsus defensor
amisit. Erat is Arnaldi de Bourdeil
& Joannæ Chambarlacensis Filius, q
regulam D. Francisci professus, pietat
doctrina, ceterisque animi dotibus pr
cipue vero sacræ eloquentiæ præstan
eminebat. Anno nostræ salutis mille
mo quadringentesimo quadragesimo
ptimo ad Petracoricensen Episcopatum
qui post obitum Godefridi Berengarii
Arpajona illius Antistitis tum vacabat,
preces Caroli septimi Galliarum Reg
vocatus est, cum annos nonnisi quatu
supra viginti haberet, ejus tamen el
ctionem confirmavit, neonon in ætat
legitimæ defectu legis gratiam fecit N
colaus V. summus Pontifex. Novus
Præsul totum se impendit, ut gregem
suum salutaribus doctrinis imbueret, Ec
clesias repararet, ac denique cuncta M
nisterii sui munia rite obiret. Interfu
etiam generalibus Ordinum comitiis, qu
Anno Domini millesimo quadringente
mo sexagesimo primo Turonii in Fran
ciæ regno celebrabantur; ibidem inte
ceteros unus ita eminebat, ut omnium
suffragiis ejusdem urbis Archiepiscopu
proclamaretur, postquam hanc Metro
politanam Sedem eidem Gerardus Cri
solius Anno salutis millesimo quadringen
tesimo sexagesimo octavo cesserat. Pro-

gress

greſſu temporis Bourdeillius, eoquod Ludovicus XI. Galliarum Rex Cardinalem Balvem, & Epiſcopum Verodunenſem carceribus mancipaſſet, graviter conqueſtus eſt de læſa immunitate dignitatis Eccleſiaſticæ, cumque ſua ad Regem monita flocci haberi cerneret, edictis publicis ad valvas Eccleſiæ affixis ſub comminatione anathematis prohibuit, ne quisquam Eccleſiaſticam libertatem violare, aut Clericis vim inferre præſumeret: Id vero regii Senatus, ſeu Parlamenti, ut vocant, Aſſeſſores usque adeo indigne ferebant, ut Archiepiſcopo nuntiarent, illico fulminatas revocaret cenſuras: Illo autem cedere recuſante temporale Archiepiſcopatus ſui dominium ærario Regio adjudicatur, atque ipſus ad cauſſam dicendam comparere jubetur. Nihilominus Rex re compoſita Præſulem ab hujusmodi Senatus decreto liberum eſſe voluit, occultum tamen odium, ſi Claudio Seyſſelio fides habenda, ab illo temporis articulo adverſus Bourdeillium fovit. Demum Archiepiſcopus in favorem Sedis Apoſtolicæ ſpecialem tractatum edidit contra Pragmaticam Sanctionem; placuit ſummopere Romanæ Curiæ hujus viri ſtudium, hinc eundem in præmium Zeli ſui erga Romanam Eccleſiam Sixtus IV. Pontifex die decima quinta Novembris Anno Salvatoris

Sæcul. XV. A. C. 1484.

Seyſſel. in Lud. XI.

Sæcul. XV. A. C. 1484.

toris milleſimo quadringenteſimo oct geſimo tertio purpura decoravit, qua tamen ipſe nullo ferme lætitiæ ſigno e to acceptabat: Cum vero poſt aliqu temporis ſpatium ad caſtrum Arta prope Turonium ſecederet, ibidem an præſenti die quinta Julii non ſine cl Sanctitatis opinione animam Deo red dit. Porro cum ad ejus tumulum co tinua fierent miracula, Joannes de P nis Petracoricenſis Epiſcopus in ejus tam & Sanctitatis ſigna anno milleſi quingenteſimo vigeſimo ſexto ſedulam quiſitionem inſtituit.

§. CXLVII.

Caſimiri junioris Regis Hungari pietas, & virtus.

Caſimirus Poloniæ Rex a princip ægre admodum Hungarorum, q Caſimirum Filium ejus ſibi Regem dep ſcebant, votis conceſſerat; cum ea ob virtutem ſuamque pietatem Polo acceptiſſimus eſſet, illum potius Polo cæ coronæ ſucceſſorem ſibi ſelegera nec alia, ut Hungaris annueret, ratio adduci poterat, quam quod ex ſuis libe ris plures haberet, qui Polonici regni ha benas moderando haud impares eſſet Ergo Caſimirum juvenem in Hungari mittit valido milite ſtipatum ad ſuſtine

da hujus Regni jura, a quibus Matthias Hungariæ Rex se injuste dejectum contendebat. Huic etiam Casimiri junioris tergiversatio, & morosior exercitus sui profectio tantum temporis reliquit spacium, ut sibi conciliatis denuo subditorum suorum animis, ac collectis sexdecim Hungarorum millibus Polonorum occursum primus anteverteret: unde factum, ut Juvenis Rex in patriam suam reverti compelleretur: Casimiri quoque reditum maturabat Patris sui voluntas; cum enim Sixtus IV. hanc Hungarici sceptri possessionem velut injustam redargueret, & graves inde apud Poloniæ Regem querelas interponeret, his commotus Rex filium suum redire jussit. Casimirus adolescens a bello, quod nonnisi invitus susceperat, se expeditum gavisus, ad Dobskiense castrum, quod Cracovia uno duntaxat lapide distat, sese recepit, ubi assiduis virtutum exercitiis intentus residuos duodecim vitæ suæ annos pie in sacra sua solitudine transegit.

Sæcul. XV. A C. 1484.

§. CXLVIII.

Juvenis istius Principis extrema.

Hoc autem anno millesimo quadringentesimo octogesimo quarto die quarta Martii Casimirus Vilnæ magni Lithuaniæ Ducatus Metropoli, cujus Dux appel-

Sæcul. XV. A. C. 1484.

appellabatur, tabe consumptus decessit, postquam vigesimum tertium ætatis suæ annum cum quinque mensibus explevisset. Jam dudum divino admonitu futuræ mortis suæ diem præsciverat. Corpus ejus terræ mandatum est in sepulchro Regum Majorum suorum sub ara B. V. in Palatii Ecclesia, quæ sanctæ Martyri Stanislao Cracovienſi Episcopo nuncupata erat. (*) Post hæc Casimiri Sanctitatem Deus tot tantisque prodigiis testatam reddidit, ut de illorum historia integrum volumen conscriberetur, ac etiam inde Canonisationis suæ causa non parum promoveretur, quamvis ea non nisi anno millesimo quingentesimo vigesimo primo penitus absoluta fuerit.

§. CXLX.

Ordo Monialium de Conceptione.

Mir. Orig. Monial. l. 5. c. 13.

Eodem hoc anno millesimo quadringentesimo octogesimo quarto Innocentius VIII. Neo electus Pontifex edita Bulla confirmavit Ordinem Sanctimonialium de Conceptione. Has Beatrix de Sylva ex nobilissima Lusitaniæ stirpe oriunda Toleti instituit, summus vero Pontifex

(*) Gregorius Swieciki Canonicus Vilnensis Historiam conscripsit de miraculis S. Casimiri, quæ extat in actis Bollandi.

ad Isabellæ Castellanæ Reginæ preces Præsulis Diœcesani jurisdictioni subjecit, necnon eis Regulam Cistercienſium præscripsit, simulque indulsit, ut semper nomen Ordinis de Conceptione Beatissimæ Virginis servare, vestemque albam cum Scapulari, & pallio ejusdem coloris deferre possent. Mortua Beatrice sacræ illius Filiæ regulam S. Claræ profitebantur, non mutato tamen habitu, nec nomine: Anno autem Domini millesimo quingentesimo undecimo Julius II. eas a Cistercienſium obedientia exemit, illasque curæ Franciscanorum seu F. F. Minorum de Observantia commisit. Insuper idem summus Pontifex Innoc. VIII. eodem anno die quinta Decembris Constitutionem edidit, qua hæreticæ pravitatis Inquisitoribus ampliſſimam concessit facultatem, ut munus suum libere exercere possent in maleficos, qui multa inferebant mala, præcipue in Germania, ubi etiam nonnulli ex Clericis ejusmodi sceleribus notati reperiebantur. Sæcul. XV. A.C. 1484.

§. CL.

Bellum Hiſpanorum adverſus Mauros.

Interea Hiſpani inteſtinis Granatenſium dissidiis opportune usi, bellum adversus Mauros invicto robore prosequebantur; quippe quindecim urbium Præfecti palam *Marian hist. Hispan. l. 25.*

Sæcul. XV. A.C. 1484.

palam profitebantur, quod eorum Re
pacem, cuius anno superiori meminim
absque illorum consensu ac consilio n
latenus cum Hispanis inire potuerit; hi
collectis, quotquot poterant, copiis Va
dalitiam invaserunt, hanc Provinciam
ne ferroque devastaturi. Verum co
perto eorum consilio, Ludovicus He
nandez Portocarero, in illos nil mi
timentes inopino tantoque impetu in
ut eis nequidem de periculo cogita
minus vero aciem instruendi spacium
linqueret, sed una omnes ingenti stra
deleret. In alia etiam regione Gadensis M
chio nuperam suorum cladem ulciscen
stimulo agitatus, cum a Ludovico ca
sos, atque dispersos forte offenderet, ac
presse fugientium tergis institit, ut Va
dalitia præcipiti pede excederet, ac de
deratis ferme suorum omnibus, vexill
atque impedimenta victoribus relinque
cogerentur. Eodem victoriæ cursu Ma
chio agmine suo Zaram versus ducto, u
bem occupat, illiusque Gubernatorem
trucidat, tandem vero depulsis Mauri
Christianos, qui deinceps hanc urbem
incolerent, substituit.

Cadix.

§. CLI.

Juvenis Granatæ Rex fœdera cum Ferdinando pactus.

Adversis hisce belli successibus vehemen-

tius

tius accendebatur Granatensium indig- Sæcul. XV
natio adversus juvenem eorum Regem; A C.1484.
hic vero cum inter Mauros vitæ suæ se-
curitati parum consultum esse intelliger-
ret, Almeriam se recepit. Zagalus ejus-
dem Patruus compertam Regis fugam in
rem suam vertere minime cunctabatur,
suasque copias Granatensi urbi mox ad-
movit, a Civibus ingenti lætitia excepta:
verum vix urbe potitus, tanta regnandi
cupidine stimulabatur, ut senem Mauro-
rum Regem trucidari juberet; ast imma-
ni hoc scelere, cum Granatensium invi-
diam in se concitasset, Rex juvenis hac
temporis opportunitate bene usus, acrio-
res quam unquam belli flammas accen-
dit. Interea Ferdinandus & Isabella
hæc Maurorum dissidia edocti per suos Le-
gatos Regi adolescenti nunciant, Hispa-
norum arma nec adversus eum, nec con-
tra sibi adhærentes mota fuisse, quinimo
Ferdinandum nil ardentius exoptare,
quam ut belli fors eidem prospere succe-
deret, nec unquam a Rege atque Regina
bellum fuisse restauratum, nisi finitima-
rum urbium Præfecti Hispanorum quie-
tem primi turbassent, illud vero haud
alio ex fine ab Hispano Rege continua-
ri, quam ut illis, qui Zagallo ejus Pa-
truo adhærerent, palam foret, Hispanis
nil antiquius esse, quam pacem cum eo
nuper sancitam inviolabili fide tueri. Ju-

Secul. XV. A.C. 1484.

venis iſte Princeps, cui nil reliquum e quam ut opem in hoſte quæreret, R Catholico ſignificavit, ſe nunquam e conſiliis obluctaturum, quin etiam viribus ſuis eidem præſto futurum. tur Ferdinandus, cum nil ſibi ultr hujus Principis potentia timendum in ligeret, Granatæ Regnum armis inva cunctisque ferro flammaque vaſtat Aloreſiam urbem vi occupavit, Al cayniam vero & Sentenilium in dedi nem accepit, eoquod tanta Hiſpano felicitas cives inſolito prorſus terrore rueret: Aſt hyeme jamjam ingravesc te Ferdinandus militem ad hyberna duxit, ipſe vero Hiſpalim Victor re ſus eſt.

§. CLII.

Diſſidia in Galliis de regiminis auctoritate.

Sub idem tempus in Galliis fervens orta eſt contentio de regni admi ſtratione, quam ſibi deberi, cum A liæ Dux exiſtimaret, cum Franciſc Britanniæ Duce fœdus inire conſtitu ut hac via factionem ſuam numero & p tentia firmaret, necnon ad ſiniſtros qu cunque belli caſus tutum in ejusdem d tionibus aſyllum opportuno neceſſitat beneficio inveniret. Eoipſo etiam te pore tam proſpere occaſio conſilium a

jur

juvit, ut ei cum Britannis Principibus fœdus pangere omnino integrum esset: Landasius enim, cujus supra meminimus, olim cujusdam Sartoris filius non modo hujus Ducis amicus erat in paucis carus, sed etiam primarius consiliorum arbiter ab eodem constituebatur; cum igitur hic Vir esset aliunde impudens, atque ob tyrannicum imperium ferme omnibus exosus, ac insuper Joannem Cabillonensem Arausicæ Principem, qui nuptias inter natu majorem Ducis filiam & Maximilianum Austriacum in Britanni aula conciliaverat, graviter offendisset, hinc Joannes injuriam vindicaturus conjurationi, quæ in Landasium Auctore Rivennarum Marescallo conflata erat, sese associavit. Ergo conjurati Ducis Palatium, in quo Landasium hærere arbitrabantur, armis cingunt, omnesque angulos, quin & ipsum Britanni cubile perscrutantur; atque ad castrum ejus, Pabotiera dictum, quo Landasius auffugerat, toto impetu contendunt, eum capturi. Verum illius dexteritas irruentium furorem tam feliciter eluſit, ut tempestiva fuga sibi consulens, in arce Pouancena per aliquot dies delitesceret, donec tandem Dux locum, quo secesserat, edoctus illum sub valido præsidio ad se vocaret; eo reverso Britannus in conjuratos sententiam mortis ferri jussit.

Sæcul. XV. A.C. 1484.

Rieux.

Pabautiere.

Poüancé

Secul. XV. A.C. 1484.

juſſit. Verum & ipſi ſupplicium oppo
tuna fuga declinabant, compluribus e
rum in Franciam fugientibus, ut ibide
auxilia obtinerent.

§. CLIII.

Aurelianenſis in Britanniam ad L cem confugiens.

Cum vero conjurati, neglecto Aure
nenſi Duce, Bellojovienſem Co
tiſſam ſupplices adiiſſent, Dux ſuæ
ſtoritatis neglectu vehementer comm
batur, atque aliunde adverſus regni
miniſtrationem reclamabat, eoquod Co
tiſſam ſumma rerum potiri graviter,
leſteque ferret. Hanc Ducis indigna
nem cum Landaſius comperiſſet, B
tanniæ Duci Domino ſuo auctor era
Aurelianenſem datis literis de quor
dam ſeditioſorum rebellione in ſe mo
certiorem redderet, eumque in Brita
niam ad ſe venire rogaret, data ei
fide, hanc itineris moleſtiam uberr
fructus quæſtu compenſatum iri. I
ſtolam Aurelianenſis lætus accepit,
fretus, ſibi hac occaſione ad nuptias c
Britanniæ hærede aditum parari, ſe
facili negotio tam Patris, cum prole
ſcula deſtitutus eſſet, gratiam, quam
liæ amorem ſibi conciliaturum, nec
rato conjugio, obſtiturum credebat
culeu

culum, quod jamjam cum Joanna de Francia contraxerat; illud enim haud gravatim diſſolvendum ſperabat, denique, ſe rebus adeo ſecundis auctum abs dubio Mediolanenſem Ducatum, quem Sfortiani uſurpaverant, recuperaturum. Hoc ipſius conſilium Dunenſis Comes, cui Aurelianenſis plurimum confidebat, ſuo quoque firmabat aſſenſu. Quocirca Dux Britanniam petiit, comitante eum non modo Dunenſi Comite, ſed etiam Alenſonio Duce, qui utrumque Pleſis convenerat. Hos Britannus haud vulgaribus amicitiæ ſignis excepit, non ſine magna Comitiſſæ Bellojovienſis indignatione; verebatur enim, ne hi Principes adverſus eam conſpirarent; hinc quantocius Regis nomine illis præcepit, ſine ullius moræ diſpendio in Gallias rediret, & ſolemni Regis inaugurationi, necnon Turonenſibus Ordinum comitiis intereſſent. Principes omnino huic mandato cedendum rati, Britannia excedunt, non ſine gravi eorum mærore, præprimis vero Aureliæ Ducis, qui filiam Britanniæ hæredem tenero complectebatur affectu, & jamjam reciproci amoris auſpicia delibare cæperat.

Sæcul. XV. A.C. 1484.

Secul. XV. A.C. 1484.

§. CLIV.

Turonenſium Comitiorum initia.

Igitur Turonenſibus Ordinum Comitiis ſolemne datur principium ineunte hujus anni æſtivo tempore, quamvis Mezerajus ea ad menſem Januarium perperam revocet. Acceſſerat ipſe Rex, regis ſanguinis Principibus, cunctisque regni ſui omnium Nobiliſſimis ſtipatus. Dominum Guilielmus Rupifordienſis regni Cancellarius hæc comitia auſpicabatur, quibus præprimis de negotiis ipſius Regis perſonam, regnique adminiſtrationem concernentibus agebatur.

Rochefort.

§. CLV.

Adminiſtratio regni Bellojovienſi Comitiſſæ ab Ordinibus adjudicata.

Equidem Bellojovienſis Comitiſſa ambitionem ſuam potenter firmaverat illorum Procerum ſuffragio, quos ipſa Ludovico XI. proſcriptos ab exilio revocaverat, nihilominus Borbonium Ducem ac Levirum ſuum magis adhuc quam Aurelianenſem conſiliis ſuis adverſantem timebat; quapropter huic omnibus viribus perſuadere conabatur, ut a prætenſis juſ-

juribus ſuis deſiſteret, atque adverſus Borbonium cum illa fœdus iniret. Conatui optatus alluſit eventus; nec ipſa obſequii immemor, Borbonium quamvis ad ſuſtinendos belli labores ob mentis imbecillitatem, & adverſam corporis valetudinem impar eſſet, dignitate Conneſtabilis Franciæ auxit. Hujus defectione factum eſt, ut Franciæ Ordines Comitiſſæ Bellojovienſi non quidem ſupremam regni auctoritatem, eoquod Carolus VIII. jamjam pupillares ſeu decimum quartum ætatis ſuæ annum egreſſus eſſet, attribuerent, bene tamen Regiæ perſonæ tutelam eidem demandarent, donec ipſus per ætatem moderandis regni habenis par eſſet; ut vero Ordines ab Aurelianenſi Duce illos, qui eidem immodico adhærebant ſtudio, averterent, negotiorum adminiſtrationem Comitiſſæ nonniſi ſub bina conditione conceſſerunt, quarum prima erat, ut regiæ ſtirpis Principes ad intimum conſilium admitteret, nec in illo Rex absque potioris partis ſuffragio ullum gravioris momenti negotium decidere poſſet; Altera vero, ut Regni ſtatus ex ſuo ordine duodecim ſeligerent Proceres, quibus deliberandi ac decidendi facultas competeret. Adeo communi omnium ſuffragio res in favorem Comi-

æcul. XV. A.C. 1484.

Sæcul. XV. A. C. 1484.

tissæ Bellojovienſis concludebatur, u
Aurelianenſis Dux nonniſi clientes ſuo
fiduciarios ſibi ſuffragantes haberet.

§. CLVI.

Querelæ Cleri Gallicani diſcuſſa.

Obſerv. in hiſt Carol. VIII. p. 404.

In alia quadam Seſſione Cleri Gallic
querelæ audiebantur. In hanc re
Joannes Retz ſeu de Rely Sorbonen
Doctor ac Pariſienſis Eccleſiæ ad B.
Canonicus valde prolixam declama
orationem, in qua pluribus exaggera
Curiæ Romanæ vexationes, Regi ſu
plicans, ut ab oneroſis ejusdem Cur
exactionibus Gallicanam Eccleſiam li
raret; cum enim illius defenſor eſſet, hi
ei invigilandum, ne a ſummis Pont
cibus quicquam ſtatueretur, quod vel
præjudicium Sanctionis Pragmaticæ
deret, vel Libertates Gallicanæ Eccle
Regis jura, & Conſtantienſis atque Ba
ſileenſis Concilii decreta labefactar
Tandem ſermonem abſolvit dicen
quod tres regni ordines, ſi in articulis Pra
maticæ quicquam Sedi Apoſtolicæ i
juriosum reperiatur, omnino parati eſſe
univerſalis Concilii proxime celebran
judicio ſtare: Hæc Seſſio non ſine gr
vi contentione ſoluta eſt, cum Cardi
lis Burbonius Lugdunenſis Metropol
cum

cum alio quodam Archiepiscopo cunctis, quæ Sorbonensis Doctor dictitabat, sese oppositisset, hinc nihil hac super re definitum est; eoquod minus consultum fore videretur, sub primis Regni auspiciis cum summo Pontifice simultates orditi, ac lites suscitare, quibus publica tranquillitas turbaretur. Sæcul. XV. A.C.1484.

§. CLVII.

Nobilium querelæ ad Ordinum comitia delatæ.

Audiebantur etiam preces Nobilium, qui graviter conquesti sunt, quod frequentius non sine maximo eorum damno tam primariæ quam secundariæ clientelæ Nobilitas ad bellum evocaretur, & Nobiles non solum in sylvis Regi propriis, sed in ipsis eorum ditionibus venandi libertate privati, hancque ob rem gravibus molestiis affecti fuissent; Ludovicus enim XI. juris venandi adeo tenax erat, ut illud inita regni sui possessione omnibus adimeret, nec non cujuscunque conditionis ac status personis, indicta capitis pœna, inhiberet, ne quis vel solus vel unacum venatorum agmine venatum ire præsumeret, absque nova concessione ipsius Regis chirographo firmata. Hæc lex ipsos quoque regiæ stir-

Sæcul. XV. A.C. 1484.

pis Principes complectebatur, atque haud temere conjiciunt Historici, hanc ipsam Regis constitutionem plurimum ad *bonum publici* bellum contulisse. In hisce autem comitiis Rex Nobilium querelis detulit, eisque, ut exasperatos illorum animos sedaret, pristina venationum jura restituit, necnon census redimendi facultatem, quam etiam petierant, concessit, ac denique pollicitus est, nullos deinceps Nobiles Regis clientes absque extrema necessitate amplius esse convocandos.

§. CLVIII.

Civium querelæ.

Tertius quoque Regni status in comitiis suas exponebat querelas; cives enim regnum pecuniis exhaustum graviter lamentabantur, caussati, eas a Papæ legatis Romam redeuntibus ex Francia extrahi, ingentem quoque auri vim in Lugdunensium nundinis ad exteras regiones deferri; postea vehementius querebantur, eoquod continuo milites eorum agros urbesque non sine gravissimo populi damno peragrarent, denique communis omnium comploratio erat, non modo ob immodica tributa, ab eis sine omni pietate crudeliter hucusque extorta,

ta, sed etiam ob violentiam, qua ad secundariæ clientellæ Nobilium vexilla vocabantur, etiamsi nulla beneficiaria possiderent prædia, atque aliunde jamjam immodicis capitum exactionibus gravati essent. Præterea petebant, ut Regiæ Cataphractorum legiones ad eundem statum redigerentur, quo regnante Carolo VII. erant; insuper ipsis quoque permitti postulabant, ut reditus ex rebus jussu Ludovici XI. mutuo datis redimere possent, simulque avita eorum privilegia sub Regibus prædecessoribus graviter labefactata restaurarentur. Rex quædam eorum postulata æquis auribus suscepit, alia repudiavit. Annuit, ut proventus redimere possent, exemit beneficiariis possessionibus destitutos ab onere clientelaris militiæ, vetera eorum confirmavit privilegia; indecisas tamen reliquit querelas, quas de Papæ legatis, & pecuniis ex regno Romam delatis (*) inter-

Sæcul. XV. A.C. 1484.

(*) Id etiam haud mirum videtur; quis enim ejusmodi querelam omnino ridiculam atque insulsam non existimet? quis Regum suæ Majestati detractum iri non judicet, si vulgo adeo pauperis regni Princeps depingatur, ut illud unius alteriusque Legati raro admo-

Sæcul. XV. A. C. 1484.

interponebant. Cum Rex adeo benigne regni Ordines in hiſce comitiis congregatos habuiſſet, ipſi quoque certatim in id incumbebant, ut oblata bonorum ſuorum parte Regis benevolentiam æquirent; quapropter eidem præter trecenta librarum millia pro felici regiminis auſpicio data inſuper vicies quingentas mille libras ultroneo munere contulerunt. His peractis tres Regni Ordines inviolabilis fidei Sacramento ſeſe Regi obſtrinxerunt.

---

admodum adventantis, & nonniſi exiguo temporis intervallo ibidem commorantis præſentia jamjam exhauriri poſſit. Denique vel ipſi Cives & Proceres hoſce Legatos tam immodicis divitiis auxerunt, & tunc ſane querendi anſam non habuerunt; volenti enim quæ injuria fieri poteſt? vel forte ipſimet Legati fraudibus, atque illicitis artibus tantas opes a Regni ſubditis extorſerunt, & quis ſibi perſuadere poterit, hæc in Galliis aut a Legatis impune fuiſſe patrata, aut a Gallis ſubditis fuiſſe tolerata: cum tamen ipſe Continuator ab anno Domini 1401. usque ad 1484. plusquam ſexies referat, quod Papæ Legatis, etsi pro bello Turcico, aut pro Chriſtianæ Reipublicæ utilitate in Franciam ſubſidia collecturi veniſſent, aditu tamen ad regnum prohibiti, vel inde protinus excedere juſſi ſint.

xerunt, ac denique comitia, sua solve- Sæcul. XV. A.C. 1484.
runt.

§. CLIX.

Sacra Caroli VIII. Regis unctio.

Regni Ordinibus vix abire permissis, cuncta ad sacram Regis unctionem necessaria parantur, ac die trigesima Maji hæc solemnia celebrantur, assistentibus Aurelianensi & Alensonio Ducibus, Bellojovensi Comite, Averniæ Delphino, Vindocinensi & Philippo Sabaudo Bresciæ Comitibus, qui veluti sex Pares Franciæ laici Ordinis aderant, Gieni Marescallo munus Conneſtabilis obeunte. His ita absolutis Rex Parisios contendit, atque urbem solemni pompa ingressus, pristinum cum Scotia fœdus innovavit, illudque cum Helvetiis antea initum ratum habuit, simulque quosdam Proceres olim bonis suis proscriptos restituit, ac denique conciliare conatus est Joannem de Fuxo Narbonnensem Comitem cum Vianæ Principissa, quos inter acres discordiæ fervebant, ac etiam prope in eo erat, ut res ad arma deduceretur, atque aperto bello lis dirimeretur.

§. CLXI.

Secul. XV.
A.C. 1484.

§. CLX.

Aurelianenſis comprehendi juſſus, ſe Vernolium fuga dilapſus.

Aureliæ Dux, ut Ordinum comitiis & Regiæ inaugurationi adeſſet, e Britannia reverſus, ægerrime ferebat, rerum ſummam a Bellojovienſi Comitiſſa plena auctoritate adminiſtrari; quapropter Laironium, inde Pariſios contendit, ut factionem auctoritate inſignem ſibi conciliaret, quapropter ſumma aſſiduitate ſecretioris conſilii Seſſionibus interfuit: Ubi autem Regni Adminiſtratrici obluctari ſibique Proceres devincire poſſet, eidem expoſuit, ſe ab adminiſtrationis munere non niſi per fraudes a Comitiſſa fuiſſe excluſum, hancque injuriam ut maxime in ipſos Regni Proceres redundare. Cum autem eodem tempore Regis curia Meloduni eſſet, eo etiam Aurelianenſis ſe contulit, ſiniſtro tamen ejus fato; cum enim quadam die pilæ ludum præſente Rege exerceret, ſubito de cujusdam pilæ jactu contentio exoriebatur, unde adſtantium teſtimonia exquirere, dubii luſus neceſſitas urgebat. Ex horum numero Comitiſſa Bellojovienſis cum eſſet, ſententia Aureliæ Duci adverſa litem decidit. Hac de re Dux impoten-

tiori

tiori ira commotus, Administratricis honorem & famam atrocibus convitiis lacessere non dubitabat: Illa autem cum hanc injuriam inultam relinquere nollet, extra statuta tempora Senatum coegit, in quo Aureliæ Dux comprehendi jubebatur. Verum is a Joanne Lovanienſi ſuorum Procerum quodam periculum edoctus, ad Renatum Alenſonii Ducem Vernolium in Perchienſi tractu ſitum fuga ſe ſe recepit, ſiniſtræ fortunæ eventum præventurus. Sæcul. XV. A.C. 1484.

§. CLXI.

Ingens Procerum concurſus ad Aurelianenſem.

In hoc ſuo receſſu omnes curas eo intendit, ut copias conſcriberet. Nec etiam conſilio fortuna defuit; quippe tam propria quam Alenſonii Ducis auctoritate firmatus, centum lancearios, ac juſtum pedeſtris militiæ numerum contraxit. Indies quoque ipſius factio numero & potentia creſcebat, cui etiam Dunenſis Comitis opera ſeſe adjungebant quam plurimi, quorum fides Bellojovienſi Comitiſſæ antea minime ſuſpecta erat. Præcipue vero eam maxime attonitam reddidit inconſtantia Borbonii Ducis leviri ſui, quem non ita pridem ad Conne-

ſtabilis

Sæcul. XV. A. C. 1484.

ſtabilis Franciæ dignitatem evexerat nunc vero comperire coacta fuerat, quam ille Averniæ in ſubſidium Aureliæ Ducis copias conſcriberet, Engoliſmenſis quoque Comes in Pictavia militum delectum faceret, hisque Fuxus & Albretus faverent. Præterea percepit, quod ipſi etiam Arauſicæ & Lotharingiæ Duces tum temporis in aula agentes Aurelianenſis hoſtis ſui partes tuerentur, nec non cum illo in ejus interitum conſpirarent. Tanti periculi eventum prævertere, neceſſitas Comitiſſæ ſuadebat, hinc optimum huic malo remedium fore confebat, ſi horum Procerum molimina vigili oculo exploraret, ſibi adverſantes a Regis alloquio arceret, & mandatis omnes finitimarum Britanniæ urbium Præfectos miſſis juberet, quatenus in omnes, quotquot hanc Provinciam tranſirent diligenter inquirerent; ſatis enim Comitiſſæ compertum erat, quod Aurelianenſis ex Britannia potiſſimam auxilii partem colligeret. Poſt hæc quasdam naves inſtrui præcepit, quæ circumvicinam oram obſiderent, aliasque copias emiſit, quæ legionibus a Borbonio & Engoliſmenſi collectis tranſitum interciderent.

San-Gelaſ. vit. Ludov. XII.

Aurelianenſis tanta Comitiſſæ ſolertia turbatus, faciliores præbuit aures

nonnullis integræ fidei viris, qui, ut illum ad aulam reducerent, ad eum missi spoponderunt, se nihil, ut denuo in gratiam Comitissæ Bellojovienſis rediret, intentatum relicturos, imo & eidem, ut abunde securitati ejus cautum esset, omnium præteritorum veniam impetraturos. Aureliæ Dux, quamvis ob sinistram, quam de Comitissa conceperat opinionem, ægre admodum sibi persuaderet, quod illa vindictæ cupidini publicam regni tranquillitatem sincera fide præferre velit, nihilominus postquam omni meliori modo securitati suæ prospexerat, iter arripuit, eam Ebroici aditurus; Vernolii enim insidias sibi strui verebatur. Equidem cum Bellojovienſi Comitissa colloquium habuit, sed paulatim libertati suæ timens, insalutato hospite discessit, Blesiamque contendit, ut cum amicis suis de mediis ad exequenda sua consilia necessariis deliberare posset. Huic inter ceteros Dunensis Comes auctor extitit, ut primum Aureliam hæreditariæ portionis suæ Metropolim occuparet, indeque victoriarum cursum auspicaretur; idque consilium Comes sequenti fulciebat argumento: hac via, inquiebat ipse, Comitissæ adversarii famæ honorisque jacturam reparabunt, eorumque copiæ ad mœnia hujus urbis tuto

Sæcul. XV. A. C. 1484.

Sæcul. XV. A. C. 1484.

se recipere poterunt, usquedum aliorum suppetiis earum potentia augeretur. I eandem quoque sententiam ceteri ab bant.

§. CLXII.

Dux Aureliam veniens: ast ingr prohibitus.

Attamen exploratis Aureliæ Ducis con filiis, omni cunctatione remota ad hanc urbem ablegatur Imbertus Bate navius Buchagii Dynasta, qui civium animos in Regis obsequio firmaret. Hi jus viri studio tam secundus colli eventus, ut Cives Oratoribus, Ducis co pias intromitti postulantibus, urbis po tas occluderent, atque ad arma conc mantes Senatum agerent, in quo leg tos absque Regis assensu minime audie dos esse, unanimi voto decernebant. E quidem Aurelianensis ipsus urbem adi verum haud benigniori responso exce ptus est; cives enim e mœnibus eide exponebant, sibi quidem permoleste a cidere, quod adeo illiberaliter eum h bere cogerentur: Verum id eis non i pridem a Rege disertis verbis fuisse pr ceptum, se proin ejus jussis obtequen necessitate ad indignum hunc agend modum compelli: Cum igitur Aurelia nens

nensis ob exiguum suorum numerum urbem vi occupando impar esset, nec plusquam octo millia peditum, & circiter tria equitum millia recenseret, hinc Bogentium pedem referre cogitur, ut recentem ibidem militiam Averniæ & Pictavii conscriptam præstolaretur. Exiguo post tempore Lutetiam contendit, artibus suis Parlamentum sibi conciliaturus: Hanc in rem Dionysius Mercator Ducis Cancellarius coram toto Senatorum Collegio verba fecit, atque immodicam Comitissæ ambitionem pluribus exaggeravit, Ducis sui vitæ insidias fuisse structas graviter conquestus. Verum Joannes de Vacqueria primus Parlamenti Præses adeo non ejusdem querelis permovebatur, ut etiam ipsum Ducem adhortaretur, quatenus in Regis obsequium rediret, atque memor esset obsequii illius quod ab eo Principis regio sanguine nati prærogativa deposceret: Aurelianensis igitur spe sua frustratus, Bogentium redire coactus est, ubi nuncium accepit, Regis copias Ductore Trimolio Aureliam versus progredi.

Sæcul. XV. A.C. 1484.

Beaugency

Mercier

§. CLXIII.

Aurelianensis a Regis exercitu invasus.

Bellojovensis Comitissa præsenti rerum

Sæcul. XV. A. C. 1484.

statui nihil magis necessarium censebat, quam ut ipse Rex adversus Aurelianensem agmen duceret; certo enim sperabat, fore, ut potissima copiarum pars a Duce deficeret, verita, ne adversus ipsum Regem dimicando, in apertæ perduellionis crimen incideret: Igitur Regis exercitus Bogentium cingit, priusquam Aurelianensi Duci urbem munimentis firmandi spacium concederetur.

§. CLXIV.

Concordiæ pacta Regem inter & Aureliæ Ducem.

Dunensis Comes, cum Ducis copias Regis exercitu longe inferiores esse cognosceret, facile prospexerat, rem ad promptæ concordiæ necessitatem deductam esse, ut saltem ultimæ ruinæ periculum evitaretur; quapropter Duci auctor fuit, ut quantocius fecialem ad Trimolium ablegaret, qui cum eo de pace ageret. Annuit Trimolius, unde ad illum Dunensis Comes mittebatur, qui Ducis nomine de concordiæ legibus percisceretur. Trimolius, qui id ab aula in mandatis habebat, postulat, ut Aurelianensis omnes, quotquot eum secuti sunt, dimitteret, urbemque Bogentiacensem Regi redderet; priusquam vero Rex hæc pacta

pacta rata haberet, duo adhuc alii addi- Sæcul XV.
ti fuere articuli, I. Dunensis Comes A C. 1484.
trans Alpes relegetur, & Pedemontium ad Astensem urbem abducatur, ibidem custodiendus, donec a Rege revocaretur; II. Aurelianensis ad hæreditariæ suæ portionis Metropolim sese recipiat, suasque copias armis exuat, atque eis ad sua redire permittat.

Duræ admodum erant hæ conditiones: nihilominus Aurelianensis Dux temporis necessitati cedere compellebatur, id quoque eidem suadebat Dunensis Comes; hic enim, quamvis pro summo imperio Aurelianensis animum moderaretur, tantumque gratia apud eum valeret, ut neuter ab alterius consortio separari pateretur, nihilominus in præsenti rerum vicissitudine, quod a Duce sejungeretur, obsequii loco habebat, ejusque amore in exilium propelli vel maxime sibi glorioſum fore reputabat. Quocirca lætus Pedemontium proficiscitur: Ceteri vero Principes in gratiam recepti sunt omnes, sub certis tamen conditionibus, & quidem Borbonius Dux, atque Engolismensis Comes, ut copias suas Sacramento solverent; Alanus autem Albretus, ut arma deponeret, jubebatur.

Belcar. in vita Aurel. Ducis lib. 4.

Sæcul. XV.
A. C. 1484.

§. CLXV.

Britanniæ Proceres juſſu Bellojovienſis Comitiſſæ ſuis dignitatibus reſtituti.

Ab illo temporis articulo Bellojovienſis Comitiſſa, cum in Principum ſuorum præſidii ſibi repoſitum crederet, unice eo intenta erat, ut ab Aurelianenſis partibus Britanniæ Ducem avelleret; cumque exiſtimaret, tam proſperis eventibus non leve momentum accreviſſe ex rebellione quorumdam Britonum præprimis Rivenenſis Mareſcalli, aliorumque Procerum, qui Britannicas cum Aurelianenſibus copias jungi prohibebant; ideo Comitiſſa obſequii memor, hos priſtinæ ſuæ dignitati reſtitui tanta verborum arrogantia petebat, ut ſat luculenter demonſtraret, quod precibus ſuis repulſam dari minime pateretur. Nihilominus Landaſius malevolentiæ ſtimulis agitatus, horum Procerum ruinam omnibus viribus accelerare conabatur; quapropter omnino decrevit, nihil remittendum eſſe a ſeveritate ſententiæ, qua iſtos, caſtris eorum ſolo æquatis, capite plecti juſſerat; Divulgabatur etiam in Galliis quædam conventio, perinde ac ſi præfati Proceres in Britanniæ Ducatum,

cum

cum eorum Dux absque prole mascula decederet, succedendi jus Galliarum Regi promisissent. Verum ejusmodi pacta nonnisi ad incutiendum timorem adinventa fuere; non enim penes hosce Proceres ejusmodi pacta ineundi auctoritas erat, præsertim cum aliunde deficiente mascula prole in Britanniæ Ducatum succedendi jus ad filias devolveretur. Sæcul. XV. A. C. 1484.

Landasius, cum probe intelligeret, quod ad evertenda Comitissæ molimina nimium infirma esset Britanniæ Ducis potentia, hinc apud exteros cogebatur auxilium quærere, quo solo suffultus, etsi a ceteris omnibus ope destitueretur, potenter sua consilia exequi posset: Præprimis igitur Anglos sollicitat; equidem Richardi Regis solium fulcris adeo infirmis sustentari arbitrabatur, ut exiguam præsidii spem in eo repositam haberet: Opportune tamen ejus menti occurrebat, Anglorum animos haud parum propensos esse in Richemundium Comitem, qui jamjam decimum septimum annum in Britannia captivus hærebat, atque altera jam vice periculum, ne Eduardi manibus traderetur, eluctabatur. Ex cunctis hisce serio perpensis Landasius inferebat, sibi optime consultum fore, si rem adeo prospere aggredi posset, ut Ri- *Argentre hist. Britan.*

Sæcul. XV. A.C. 1484.

chemundius Anglici sceptri beneficium vel unice, vel saltem potissima ex parte illius auxilio obtentum deberet; tum enim Richemundium haud dubie com omnes ejus adversarios potentissimus illius defensorem fore sperabat, aut si tem etsi inimicam ubique experiretur fo tunam, tutum tamen semper rec ptaculum in Anglia reperire posset, ni bonis suis abunde acquisitis tranquille fr valeret. Hac spe lactatus præprimis Ri chemundii Comitis Matrem in Westm nasterienſi Asylo adhucdum inclusa convenit; noverat enim, quod illa, n quicquam obsistente exploratorum sole tia, pro Filio suo clam potentem consta set factionem, cujus Princeps erat Bu ckingamiæ Dux, qui etiam omnes Nob les ex Surregienſi, Cantienſi, atque Eli xienſi Provinciis in conspirationis socie tatem vocabat.

§. CLXVII.

Richemundium in Angliam revocati consilia.

Baron. hist. Henric. VII.

Landasii consilia Richemundii Matr grata, rataque habuit, declaravitque quidquid inter hunc Britanniæ Ministrum ipsiusque filium decerneretur, se unacum amicis

amicis suis sine ulteriori deliberatione quantocius assensu suo firmaturam; Landasius hoc responso nixus, animi sui propositum Comiti manifestat, eumque de genuino rerum suarum statu edocet, atque libertatem, classemque a Britanno instruendam Richemundio pollicetur, ea tamen lege, ut ipse Landasium adversus omnes integra fide tueretur. Comes cuncta, quæ petebantur, nil hæsitans promisit, palam professus, se toto vitæ suæ tempore Landasium velut liberatorem suum impense veneraturum, eumque rogavit, ut illum contra omnes, a quibus vel aperte, vel clanculo vexaretur, pro viribus defenderet. Hisce pactis nil jam deesse videbatur, quam Britanni Ducis consensus, quem Landasius nullo negotio impetrabat; tanta enim facilitate Ducis animum in sua consilia flectebat, ut clientum nemo alius unquam potentius in Principes imperium habuisse videretur: Igitur vix non eodem temporis momento Comes libertati redditur, & classis tanto armorum apparatu instruitur, ut hostes suos haud dubie protrivisset, si Deus aut permisisset, ut hujus victoriæ gloria Britanniæ Ducis clienti in acceptis referretur, aut nisi ejusmodi honor Bellojovienſi Comitissæ reservatus fuisset; Interim vero in auxilium

Sæcul. XV. A.C. 1484.

Sæcul. XV. A. C. 1484.

Comitis desernuntur quinque bellatorum millia, plurima omnis generis arma atque commeatus, & quinque naves e grandioribus, ac melius instructis, quas Britonum portus continebant. His viribus, licet tam difficili expeditioni impribus auctus Comes, Angliam invadere statuit: eo tamen nonnisi Anno sequenti appulsus est.

HISTO-

HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ

LIBER CXVI.

INNOCENTIUS VIII. PAPA.
FRIDERICUS III. OCCIDENT. IMPERATOR.

§. I.

Leopoldi Auſtriæ Marchionis Canoniſatio.

Cum Leopoldus olim Auſtriæ Marchio, cognomento *Pius*, die decima quinta Novembris Anno Chriſti milleſimo centeſimo trigeſimo ſexto, vel juxta alios trigeſimo primo ſanctitate juxta ac miraculis clarus obiiſſet, Pontificum

Sæcul. XV. A.C. 1485.

Raynald. Ann. Eccl. ad ann. 1485. *num.* 54.

Sæcul. XV. A. C. 1485.

cum complures illum Sanctorum fast adscribere decreverant; sæpius tamen sa cra hæc cura interrupta, tandem a Six to IV. resumpta, promotaque est mis in Hungariam Cardinale S. Marci, qui vitam ac Leopoldi miracula inquirer simulque dabatur negotium Portuensi piscopo S. R. E. Vicecancellario, necn Episcopo Prænestino, ut uterque testi hanc in rem exciperent. Interveniem tamen Sixti Pontificis obitu, Innoce tius VIII. ejusdem Successor, inspec probatisque Delegatorum testimoniis s crum Cardinalium Senatum coegit, quo Franciscus Patavinus causarum Co sistorialium Actor vitæ sanctitatem luculenta miracula, quæ Deus per B Leopoldi merita operari dignatus est, legantissima oratione celebrabat. Inno centius his testibus, necnon Friderici I qui genus ex Leopoldo ducebat, pre bus permotus, die sexta Januarii Anno Domini millesimo quadringentesimo octo gesimo quinto Canonisationis diplom promulgavit.

Naucler. gener. 50. pag. 503. Onuphr. in vit. Innoc. VIII. Bullar. to. 3. Surius 15. Novembr. tom. 6.

§. II.

Principes Christiani ab Innocentio ad bellum in Turcas excitati.

Interim Italia compertis ingentibus Turcarum progressibus maximo terrore percelle-

percellebatur; pertimescebant enim omnes, ne Bajazethes Imperator, protensis imperii sui finibus, hanc quoque Provinciam subjugare moliretur, mutuis Christianorum Principum diffidiis, bellisque potissimum hostilem Barbarorum audaciam adjuvantibus. Igitur summus Pontifex, ut imminens hocce malum præverteret, datis ad Principes literis impense eos adhortatur, ut compositis dissensionibus adversus Christiani nominis hostem fœderibus juncti propriam JEsu Christi caussam defenderent. In epistola, quam Papa ad Ferdinandum Neapolis Regem perscripsit, significat, se crebris Orientalium nunciis de formidando Bajazethis apparatu adversus Italiam fuisse edoctum, ac propterea frequentes Cardinalium, atque Oratorum Principum conventus habuisse, communique consilio decretum, sexaginta triremium, & viginti grandiorum navium classem ad tuenda Status Ecclesiastici littora esse instruendam: postea eundem de sumptuum, qui a singulis fœderatis Italiæ Principibus conferendi essent, æqua & rata portione certiorem fecit, simulque declaravit, quod ipsus quoque non aurum modo, sed & cruorem pro communi totius Ecclesiæ caussa alacriter profundere paratus esset. Data est hæc

Sæcul. XV. A. C. 1485.

Onuphr. in vita Innoc. VIII.

Sæcul. XV. A.C. 1485.

hæc Epistola Romæ die undecima Februarii.

§. III.

Belli auxilia a Principibus Italiæ promissa.

Raynald. ad hunc ann. 1485.

Haud segniori fervore ceteros quoque Italiæ Principes incitabat, nec irritum prorsus conatu; quippe Hercules Dux Ferrariensis octo millia aureorum, totidemque Senenses, Marchio autem Mantuanus sex millia, Montisferratensis duo millia, nec pauciora Lucenses suppeditare polliciti sunt: Florentini vero, quibus Papa triginta sex millium aureorum subsidia imponebat, sub variis prætextibus sese eximere nitebantur, maxime exhaustam Genuensi bello Rempublicam causati; hac tamen eorum excusatione minime probata, Innocentius eisdem ob oculos ponebat, non jam de exiguo, ignobilique oppido, sed de totius Italiæ salute, ipsaque religione agi; eosdemque nim casus, ni mature infideles propulserentur, cum aliis Italis & ipsos quoque subituros, *Potens est*, inquit Pontifex, *Respublica vestra, hoc onus perferte pro gloria Dei, pro Christiano nomine, & pro conservatione rerum vestrarum, etiamsi alieno bello occupati sitis, quamquam mihi præter-*

prætermittemus, quin dissensiones eæ e medio tollantur, quod celerius faciendum judicamus. Sæcul. XV. A.C. 1485.

§. IV.

Alia Pontificis consilia de bello Turcico.

Nec defuit Papæ promissis fidei constantia; quippe ad pacem Florentinos inter & Genuenses protinus conciliandam Mediolanensis Ducis operam implorabat, eo fine, ut universæ Italiæ vires ad communis hostis impetus retundendos jungerentur: hæc tamen concordia non nisi anno proximo restituta est. Interea summus Pontifex Ferdinandum & Isabellam Arragoniæ & Castellæ Reges admonuit, quatenus validam classem in Siciliam mitterent, ut hoc Regnum a Barbarorum incursionibus defendi posset; Toletanum quoque Cardinalem, qui in Hispania plurimum gratia & auctoritate pollebat, ut Regem Catholicum ad tam pium opus permoveret, Papa sollicitabat; cum autem tanto studio ceteros Principes ad tuenda sua provocaret, ipsus maritimæ suis in ditionibus oræ, quantum poterat, muniendæ non defuit, deditque mandata Joanni Baptistæ Ursino Apostolicæ Sedis Legato, *Id. num. 5.*

Sæcul. XV. A.C. 1485.

gato, ut Marchiam Anconitanam praesidiis fortissimis, & abundanti commeatu instrueret.

§. V.

Chienses pro auxilio adversus Turc Pontifici supplices.

Interea Chiensis Insulæ cives, cum continuis Turcarum grassationibus lassiti, totius suæ ditionis periculum praesentirent, auxilia ab Innocentio Pont postulabant: Hic vero cum ad defendendam Italiam adversus imminentem hostium incursus totum se impendere cogeretur, vehementer dolebat, quod tenuis rendæ opi impar esset, præsertim cum ærarium ob contracta nomina ferme exhaustum nosset. Egit nihilominus cum Petro Albussonio magno Rhodiorum Magistro, ut suscepto Chiensium patrocinio Bajazethen ab ejusmodi incursionibus revocaret; cumque Albussonii auctoritas apud hunc Sultanum haud infimo esset loco, ipseque cum eo fœdus pepigisset, facile ejus precibus datum est, ut hi Insulani turcicis vexationibus liberarentur; Ipsi vero tanti beneficii memores, Albusonio vas ingens argenteum politissimo artis ingenio elaboratum dono dederunt, in quo insculptum visebatur

Bosius hist. Equit. Jerosol. l. 14.

tur Magiſtri hujus Nomen, ejusdemque in illos merita, hac epigraphe expreſſa: *Dominorum Chii Reverendiſſimo Petro d'Aubuſſon Magiſtro Rhodi de ſe optime merito.* Verum nec hic ſtetit Albuſonii ſtudium, quo fœderis initi fiducia fretus Bajazethis ferociam a Chriſtianis avertere conabatur; nam inſuper auctoritate, ſuisque conſiliis Sultanum cohibuit, ne ex Heleſponti freto in excidium Italiæ erumperet.

Sæcul. XV. A.C. 1485.

§. VI.

Albuſonii Legatio ad Papam.

Magnus ille Rhodiorum Magiſter de tam felici ſucceſſu Innocentium certiorem fecit, miſſo hanc in rem Guilielmo Caturicenſi Equite, qui in publico Patrum Senatu præſentibus cunctis Cardinalibus perhonorifice exceptus, admodum prolixam declamabat orationem, qua Rhodiorum merita Chriſtianæ Reipublicæ impenſa fuſius deprædicabat, nec non commiſſa feliciter ab Equitibus cum Turcis poſt captam Conſtantinopolim prælia commemorabat, fractosque de Italia invadenda Barbarorum conatus deſcribebat, tandem ſubjungens, Achmetem Baſſam e vivis ſublatum, ejusque obitum plurimorum ſaluti fuiſſe. Denique Pontifici Rhodiorum Inſulam,

Boſius ibid. part. 2. lib. 14

Sæcul. XV. A.C. 1485.

cum Patrem ejus genuiſſet, impenſe con
mendans orationi ſuæ finem impoſui
Innocentius Legatum dilaudatis ejus
dem obſequiis perbenigne dimiſit, ejus
literas die vigeſima tertia (*) Apri
præſentis anni datas tradidit, quas ad
buſonium magnum Rhodiorum Ma
ſtrum deferret.

§. VII.

Aliæ Legationes ad eundem Papam.

Onuphr. in Innoc. VIII.

Non modo Rhodii hoc anno Innoc
tio VIII. obedientiam deferebant,
etiam Franciæ, Angliæ, & Daniæ R
ges, Mediolani & Britanniæ Duces, Be
tholdus Moguntiæ, & Joannes Tre
ris Archiepiſcopi, ambo S. R. Imperii E
lectores, necnon Genuenſium Respub
ca hanc in rem Oratores decernebat
Hos omnes ſummus Pontifex haud v
garibus benevolentiæ ſignis excipiens,
mutuam concordiam hortabatur, ſimu
que innumera bellorum incommoda e
ponens dicebat: *In bellis violantur te
pla, ſummi Dei cultus intermittitur, u
bes diripiuntur, & virgines ſtuprantur,* ha
& ejusmodi, inquit Onuphrius, *ſæpe re*
fere

(*) *Apud Raynaldum datæ leguntur h
literæ die 22. Aprilis.*

tbat Pontifex. Postea ardentissimum, quo flagrabat, monstravit desiderium, ut cunctis Principibus arctissimo fœdere junctis, sacra Crucis Dominicæ vexilla adversus Religionis hostes attolli & circumferri possent. Obstabant tamen omnibus hisce ferventissimis hortationibus bella, quæ præcipue inter Matthiam Hungariæ Regem, & Fridericum Imperatorem, necnon inter Albertum Brandeburgensem & Othonem Bavarum erant oborta, quamvis horum arma ad refringendos Turcarum progressus oppido necessaria fuissent: Cum autem Gregorius Bavariæ Dux inter eos se pacis conciliatorem futurum exhiberet, pia illius studia summus Pontifex literis ad eum datis plurimum laudavit, illumque, ut strenuam cæptis daret operam, adhortatus est. Data est hæc Pontificis epistola Romæ die vigesima octava Septembris. Sæcul. XV. A.C. 1485.

§. VIII.

Bellum Hungariæ Regis in Austria: Vienna ab eo obsessa.

Sedatum quidem bellum Bavaricum est: Austriacum vero magis accensum; quippe Viennam Matthias Hungariæ Rex, postquam cum Turcis inducias *Bonfin. dec. 4. l. 6.* *Naucler. gener. 50. vol. 2*

Sæcul. XV A.C. 1485.

pepigerat, post semestrem, eamque a
ctissimam obsidionem ad deditione
compulit. Capta est hæc Metropol
die prima Junii, cujus jacturam Fride
cus tam æquo tulit animo, perinde a
rei alienæ damnum feciſſet. Quap
pter adeo non urbi huic, etsi amplissim
Provinciæ facile inter ceteras nobilissim
caput esset, auxilium ferre festinabat,
etiam illam Victoris arbitrio impune
linqueret, utque adversæ fortunæ in
se parum moveri testificaretur, eodi
tempore in Belgio Maximilianum Filiu
suum invisit, frequenter hac sententia
sus: *Rerum irrecuperabilium oblivio su
ma felicitas.* Sub idem tempus Antoni
Bonfinius Matthiæ Regi obsequen
studio librorum plurima, quæ nuper ed
derat, volumina detulit, quæ Rex pe
benigne acceptans, illorum Auctorem
se avelli haud passus est, utpote quem
elucubrandam Hungariæ Historiam se
gerat, quam & Bonfinius postea Wladi
lao Bohemiæ Regi demum ad Hung
riæ coronam evecto nuncupabat.

Bonfin. 14. dec 9.

§. IX.

Cardinalis Balves Legatus in Francia.

Inter ceteros, quos Carolus VIII, Gallo
rum Rex ad deferenda Innocentio P
pa

pæ obsequia ablegaverat, non infimus erat Cardinalis Balves. Jam anno præcedente ante obitum Sixti IV, & post obitum Ludovici XI, a quo hunc diu in carcere detentum meminimus, Galliarum Regnum ingressus est; eo tempore in Francia moris erat, ut Legati, priusquam Legationis suæ munia exercerent, demandatæ potestatis literas a Rege approbandas Parlamento exhiberent, eo fine, ut in illis nihil Regni juribus, aut Gallicanæ Ecclesiæ libertatibus contrarium contineri innotesceret: Cum autem Balves hanc legem observare negligeret, Carolus VIII. Galliarum Rex hac Cardinalis imprudentia tantopere commovebatur, ut ei omnino prohiberet, ne Legationis suæ insignibus uteretur. Inde captata occasione Joannes Nanterrus regius Procurator Generalis palam contestabatur, quod adversus omnia, quæcunque Pontifex movere posset, suam appellationem interponeret, simulque Papam insimulabat, quod jura Regis, regnique privilegia infringere moliretur; insuper querebatur, quod Papa Legatum a latere misisset, quamvis nulla subesset urgentis necessitatis causa, imo etsi, inquiebat ille, ejusmodi ratio adesset, *Virum tamen magis dignum ablegare debuisset, qui in semetipso Spiritum Dei, & præcepta ejus in conspectu suo* habe-

Sæcul. XV. A.C. 1485.

Sæcul. XV. A.C 1485.

haberet, in quo esset sapientia, claritas & legis scientia; Virum pacis, & justitiæ zelatorem, non vero turbatorem, & dissensionum studiosum. Hæc appellatio interposita est die vigesima Augusti; unde Curiæ Parisiensis Senatus Cardinali inhibuit, ne legationis juribus uteretur: at Sanctiori tamen Regis consilio, auditis Balvis rationibus, ejusque submissionibus acceptatis permissus est, dignitatis suæ munia libere exercere. Hic tamen paucos ibi dies commoratus, comperta Sixti IV. morte, confestim Romam repetiit, acceptis etiam a Rege mille aureis, quibus ei sumptus in itinere factos saltem ex parte compensarentur. Fuit ille postea ab Innocentio VIII. ad Albanensem sedem evectus, & Marchiæ Anconitanæ Legatione honoratus.

§. X.

Epistola Innocentii Papæ ad Gallorum Regem.

Raynald. hoc ann. n. 36. 37.

Balves vix Romam redierat, dum summus Pontifex datis ad Galliarum Regem literis ei felix faustumque regni sui auspicium gratulabatur, impense hortatus, ut acceptam a Majoribus defensæ Sedis Apostolicæ gloriam sollicite tueretur. Hæc epistola data legitur die decima octava Aprilis. Exstat alia item tidem

itidem die decima octava Junii scripta, in qua Pontifex apud eundem Regem queritur, quod in Provincia, quæ nuperrime Francorum imperio adjuncta fuerat, Ecclesiæ immunitates a Magistratibus infringantur, eoquod illi suis commodis sub obtentu tuendæ Regiæ auctoritatis unice inserviant. Regem itaque admonuit Papa, ut remedio prompte adhibito hujusmodi corruptelis obviaret: cum vero Cleri Gallicani conventus ad primam Augusti indiceretur, atque haud temere suspicaretur Innocentius, in eo Pontificiæ auctoritati detractum iri, eoquod plures abolitam Sanctionem pragmaticam restaurari cuperent; hinc Carolum Regem, datis ad eum literis die vigesima quinta Julii rogavit, ut juxta gloriosa Majorum suorum exempla Sedem Apostolicam protegeret, nec improbis eorum, qui auctoritati Ecclesiasticæ insidiarentur, consiliis sese irretiri pateretur. Secul. XV. A.C 1485.

§. XI.

Bellum Pontificis adversus Ferdinandum Neapolis Regem.

Idem Pontifex Sacerdotalis Ordinis immunitatem tanto studio defendendam suscepit, ut etiam bellum indixerit Ferdinando Neapolis Regi, qui non solum clientelares Ecclesiæ subditos sæva tyran- *Marian. hist. Hisp. lib. 25. c. 7.* *Comm. lib. 7. c. 1.*

Sæcul. XV. A C. 1485

rannide premebat, sed etiam pessumda-
tis omnibus legibus Comitem Sarnen-
sem nonnisi levibus ex caussis trucidari
jubebat; hinc summus Pontifex a plo-
rimis Proceribus in auxilium vocatus,
eo lubentius illorum patrocinium in-
suscepit, quo frequentius & ipse jam
primis Pontificatus sui auspiciis de Reg
conquestus esset ob tributa, quæ propter
regnum suum Sedi Apostolicæ pender
debebat, hucusque vero persolvere de
tractabat, obtento inani prætextu, a
si Avenionensis Comitatus a Joanna Re-
gina Sedi Apostolicæ haud alio ex pact
donatus fuisset, quam ut per hanc do-
nationem quadraginta millium aureorum
tributum pendendi onus extingueret.
Hac Regis repulsa Innocentius haud pa-
rum commotus, necnon a Neapolitan
Regni Proceribus impense rogatus, ex
ercitum contraxit, suisque copiis milita-
re imperium Roberto Sanseverano dem-
lit, ac denique Renatum Lotharingiæ
Ducem, cui jus in hoc regnum compe-
bat, ad hanc expeditionem conficiendam
evocavit. Dux lubenti animo Pontifici
voto annuit, iterque nulla mora susce-
pit, Italiam petiturus. Ast vix Lugdu-
num pervenerat, cum a Carolo VIII. pa-
dem sistere juberetur; Gallus enim hos
dissidia componendi provinciam sibi debe-
ri contendebat, eoquod ob cessionem p-

ris sibi factam in hac caussa potissimam partem haberet. Sæcul. XV. A.C.1485.

§. XII.

Dissidia Romæ a Ferdinando vindictæ studio suscitata.

Ferdinandus, ut Pontificis potentiæ se- se opponeret, præprimis conjuratos Proceres antea pessime a se habitos delinire studuit, ac propterea Montorii Comitem, ejusque conjugem e vinculis ereptos libertati restituit, atque Pontificem intestino bello implicare molitus est, ut is sedandis Romanorum tumultibus distentus in exteros arma sua vertere haud posset; quapropter Rex Ursino Duce in suas partes pellecto, totus in eo fuit, ut inter Romanos dissensionum semina spargeret: primo igitur infestis armis usque ad urbis portas excurrit, dein qua promissis, qua minis, omnibusque perfidiæ artibus in opem vocatis, Cardinales populumque ad seditionem in Innocentium Papam sollicitat, ac studiose libellos divulgat, quibus Pontificis electionem sacris Canonibus adversam jactitabat, eoquod a Cardinalibus sacra purpura indigne decoratis electus fuisset, denique vero seditiosis ad novi Pontificis inaugurationem suam opem operamque pollicebatur. Innocentius inter tot arcta deprehensus, *Raynald. ad hunc ann. n. 42.*

Sæcul. XV. A. C. 1485. periculis undique cingebatur, jamque hostiles copiæ Nomentanum pontem occupabant, impositoque milite præsidiario circum mœnia urbis grassabantur. Igitur ad has excursiones tempestive cohibendas die vigesimo octavo Decembris Sanseverinas Pontificium eduxit exercitum, hostemque recuperato ponte depulit, omnesque captos trucidari jussit. Sparsæ hujus belli faces universam Italiam accendebant; nam Ferdinandus Rex tum Florentinorum, tum Sfortiæ Ducis Mediolanensis auxilia sibi adsciverat: Pontifex vero non modo Venetos, verum & Genuenses sibi fœdere junxit. Cum autem Rex Neapolitanus Lotharingiæ Ducem cum exercitu accurrere comperisset, mox anxiis curis torqueri cœpit, ac concordiæ pactis, quæ eidem Cardinalium nonnulli opportune proposuerant, faciliores præbuit aures, eaque, quantumvis summo Pontifici sat proficua, lubens acceptavit.

§. XIII.

Articuli pacis inter Papam & Regem.

Igitur pax sequentibus articulis sancita erat: Rex Ferdinandus, qui a Sixto Pontifice censum ad solum equum album reduci obtinuerat, jam in ejus locum octo-

octoginta (*) millia aureorum quotannis tributi nomine pro Neapolis regno pendat; Regni Proceres ſervet incolumes; ſuam Aquilanis libertatem relinquat, an Pontifici vel Regi ſubeſſe vellent; diſtribuat Pontifex pro arbitrio omnia regni ſacerdotia; necnon eidem liberum ſit Francis ad recuperationem regni accurrentibus tranſitum & commeatum praeſtare: denique Virginius Urſinus, qui a Papa defecerat, nudus pedes & caput, collum laqueo involvens, flexisque genibus coram Pontifice clementiam ſupplex depoſcat: reliqui vero ex Urſinorum familia Pontificis voluntati ſe totos dedant. Equidem Ferdinandus omnes hos pacis articulos ſe ſervaturum ſpopondit, fidem tamen datam brevi fefellit: quamvis Regem Hiſpaniæ, Mediolani Ducem, & Laurentium Medicœum vades dediſſet.

Sæcul. XV. A.C.1485.

Onuphr. & Ciacon. in Innoc. VIII.

§. XIV.

(*) *Spondanus, Pagius & alii non niſi* octo millia unciarum auri *pacta fuiſſe referunt, & hoc vero ſimilius eſt; quippe hodiedum ejusmodi cenſus ſummo Pontifici a Rege Neapolitano in Vigilia SS Petri & Pauli penditur; non enim plusquam duodecim millia Scutorum Neapolitanæ monetæ, ſeu octo millia Scutorum Romanorum offeruntur.*

Sæcul. XV. A.C. 1485.

§. XIV.

Ferdinandus ob violatam fidem excommunicatus.

Attamen Ferdinandus non solum Proceres regni opprimere continuavit, variisque suppliciis eorum nonnullos e medio tollere præsumpsit, sed etiam censum Ecclesiæ Romanæ solvere detrectavit; & quamvis a summo Pontifice serio admonitus, atque rogatus esset, nihilominus nil præter cavillationes & ludicras illusiones reddidit: quapropter ab eo tandem anathemate perculsus, regnoque suo privatus est in gratiam Caroli Francorum Regis, qui illud regnum ad se jure pertinere affirmabat.

Marian. hist. Hisp. l. 25. c. 7.

Bzov. ad ann. 1487.

Confecto hoc bello Neapolitano, Innocentius Ursinos & Columnenses adhuc discordes summa diligentia conciliabat, urbemque quieti restituere, ac annonæ ubertate prosperam reddere satagebat; cum vero hoc bello ærarium penitus exhaustum esset, Sixti Prædecessoris sui exemplum secutus, *Plumbatores Bullarum, & Secretariorum Collegium* instituit.

§. XV.

Pontificis literæ ad Episcopum Passaviensem, & Austriæ Archiducem.

Raynald. ad hunc. ann.

In Bohemia Hussitarum Hæresis altiores indies radices agebat, præcipue cum

cum quidam Episcopus natione Italus, nomine Augustinus vesano quodam Zelo, suisque sermonibus illam semper nutriret, ac errores jamjam a Constantiensi & Basileensi Conciliis damnatos rursum instauraret. Pontifex ad restinquendam hancce pestem animum adjiciens, Passaviensi Episcopo fidei caussam commendavit, die vigesima secunda Januarii præsentis anni datis ad eum literis, quibus excitatus Antistes demandatam sibi provinciam suscepit, optato prorsus successu; quippe horum malorum auctorem ad Ecclesiæ gremium reduxit, atque ad ejurandos errores permovit. Hac de re certior factus Pontifex reo veniam est pollicitus, modo ex Bohemia excessurus esset, ne eam ulterius inficere posset; facilius enim populos ad Romanæ Ecclesiæ castra reversuros sperabat, si hæresis suæ signiferum amisissent. Idem quoque Pontifex die decima octava Junii literas dedit ad Archiducem Austriæ, quibus eum rogabat, ut in suis ditionibus prohiberet usum candentis ferri, cujus illæso contactu accusati vel suspicione aspersi innocentiam probare jubebantur: Eundem quoque adhortabatur, ut auctoritate sua maleficia, sortilegia, aliasque magicas superstitiones eliminare niteretur.

Sæcul. XV. A C. 1485. n. 18. 19. & 20.

§. XVI.

Sæcul. XV. A. C. 1485.

§. XVI.

Tumultus in Hiſpania occaſione Inquiſitionis.

Vid. ſupr. Lib. CXIV. §. 169.

Surit. tom. 4. Annal. lib. 20. cap. 65.

Marian. hiſt. Hiſp. l. 25. c. 8.

Jam Superius deſcripſimus modum, quo Ferdinandus & Iſabella in regno Caſtellæ Inquiſitionem introduxerint. Æqua ſanctaque hac in re utriusque erat cogitatio, nec dubium, quin hoc tribunal in primæva ipſius inſtitutione uberes produxiſſet fructus, ſi ſemper juſtitiæ leges obſervatæ fuiſſent, nec tyrannica ſeveritas irrepſiſſet: Aſt cruenta reorum ſupplicia frequentius exhibebantur. Nec ferme ulla præteribat dies, qua non vel Judæus vel Maurorum nonnullus Mahometanæ ſectæ addictus ad priſtinas ſuas ſuperſtitiones rediiſſe accuſatus ultimo judicio condemnabatur, perinde acſi Chriſtiana fides vi ferroque intellectum in ſui obſequium captivaret, aut gloriæ ſibi duceret, quod plurimos ſubditos ad ſinum ſuum compulſos numeraret. (*) Igitur, qui

(*) Continuator in libro CXIV. §. 172. ipſus fatetur ejusmodi infidelibus relapſis altera etiam vice vitæ gratiam concedi, & nonniſi tertia vice ultimo ſupplicio plecti, quis autem Catholicorum negat, ſemel per Baptiſmum Eccleſiæ januam ingreſſos, ac fidem Deo & Eccleſiæ

qui terribilis hujus tribunalis rigorem ef- Sæcul. XV.
fugerant, in graves prorumpebant que- A.C.1485.
relas, cauſſati, complures innocentes
ſin-

cleſiæ datam ſæpius violantes etiam mortis pœna coerceri poſſe? nonne ejusmodi facultas ex ipſo jure naturali & ob bonum commune cuilibet Reipublicæ data eſt, qua perduellionis, vel perjurii reos, pacisque turbatores etiam capitali pœna coercere valet: non cogit Eccleſia ad fidem, ſed ut id, ad quod ſe fidelis obſtrinxit, adimpleat: Infideles autem ad fidem compelli Innocentius III. *cap. Majores de Baptismo* damnavit, cuilibet tamen Regi licitum eſt expellere Judæos, Mauros &c. Ut ſubditorum ſuorum indemnitas ſervetur, & ne ex convictu eorum illi pervertantur, & hoc motivum producitur in Pragmatica contra Judæos anno 1492. die 31. Martii, & in alia contra Saracenos anno 1502. Menſ. Februario promulgata. Quis denique priſcis temporibus obſtrepere audebat contra ſanctiſſimas leges, quibus veteres Imperatores Gratianus, Valentinianus, Theodoſius, Arcadius, Honorius, Marcianus, aliique Chriſtiani Principes ſæpius Catholicæ fidei corruptores ſevere admodum caſtigari præceperunt. Nunc vero, cum magis magisque hæreſes invaleſcant, & majus adſit perverſionis periculum, necnon indies hæreticorum petulantia ac potentia augeatur, vix capi poteſt, qua ratione nonnulli tam acri calamo ſummorum Pontificum leges, ac Principum

Sæcul. XV. A C 1485.

singulis ferme diebus morte mulctari, sola privatæ inimicorum suorum vindictæ libidine in crimen vocatos. Non defuere viri nobilitate generis primarii, qui sese hisce factiosis adjunxerant, contendentes, Arragoniæ libertatem labefactari, cum non modo hæreseos rei exuerentur bonis, sed ipsemet delator simul testis vices ageret, & nequidem eorum, qui contra reos testabantur, nomina manifestarentur, aut in accusatorum præsentia testes audirentur. Exinde primo secretæ multorum querelæ percipiebantur, dein ad criminationem & seditionem publicam res excessit. Arragonici Regni Ordines Ferdinandum adeunt, supplices, ut malo occurreret, proscriptiones bonorum, inflictamque hæreticis pœnam abrogaret, & sacrum Inquisitionis tribunal ad normam aliorum tribunalium tam Ecclesiasticorum, quam sæcularium reduceret. Ast neglecta harum precum æquitate, Inquisitores id petentibus graviter obluctati sunt, adeo, ut ex illis Petrus Arbuesius hæreticæ pra-

pum statuta insectentur, quibus in hæreticos, ac Christianæ Religionis perturbatores animadverti præcipiunt, ac fidei puritatem pœnarum severitate a Sectariorum contagione vindicare nituntur. *Vide tit. de Hæreticis Cod. præcipue l. Manichæis. & l. quicunque.*

pravitatis Inquisitor crudelem in modum occisus fuerit: hic enim cum quondam ad nocturnas preces de more suo in Ecclesiam Cathedralem Cæsar-augustanam progressus, ante aram flexis genibus oraret, in eum die decima quarta Septembris, quæ erat feria quarta, scelerati quidam ad quævis audenda proclives turmatim irruebant, & nec sacri loci reverentia deterriti Petrum multis vulneribus confodiebant, atque inter lethales ictus in sua volutatum curore vix non exanimem reliquerunt. Supervixit tamen Arbuesius integro adhuc biduo, eo autem emenso Cæsarauguſtani corpus illius eodem loco, quo interfectus erat, ingenti pompa terræ mandarunt. Ejusdem cruor solo sparsus adhucdum fervere atque ebulire dicitur. Quidquid demum de hoc miraculo sit, (*) Paulus III. Pontifex attenta hujus Inquisitoris sanctitate ad preces Caroli V. eundem sanctorum Martyrum catalogo solemni ritu inscripsit. Sæcul. XV. A C. 1485.

§. XVII.

(*) *De veritate tamen hujus miraculi eo ipso tempore publicas tabulas fuisse confectas testatur Surita tom. 4. annal. lib. 20. c. 65.*

Sæcul. XV. A. C. 1485.

§. XVII.

Facultas decimas a Clero exigendi a Papa Hiſpaniæ Regi conceſſa.

Raynald ad ann 1485. n 28

Anton. Nebriſſ. Decad. 2. lib. 1.

Petierat olim Ferdinandus Arragoniæ Rex a Sixto IV. Cleri ſui decimas, ut hisce pecuniarum ſubſidiis bellum adverſus Mauros proſequi valeret, obtinuitque facultatem, ut centum millia aureorum exigere poſſet, quibus auxiliis auctus, felicibus admodum ſucceſſibus Mauros coercuit: cum vero Innocentius cuncta diplomata, quæ ejus Prædeceſſor pro colligendis decimis conceſſerat, abrogaſſet, hinc Ferdinandus jus ſibi a neo-electo Pontifice prorogari flagitavit. Annuit Pontifex Regis precibus, hancque in rem Bullam die vigeſima ſexta Auguſti currentis anni edidit. Exſtant quoque aliæ Innocentii literæ ad eundem Regem ejusque conjugem Iſabellam anno proximo die trigeſima Januarii datæ: Ferdinandus igitur hac facultate impetrata animo conſtituit validiori, quam hucusque numeraverat, exercitu Granatæ regnum invadere; quare copiis ſuis in plura agmina diviſis, plurimas arces, quæ aditum ad Urbem Arundam intercludebant, eodem tempore adoriebatur, easque incredibili armorum celeritate occupabat, ſimulque Arundam ſibi ſubjiciebat.

ciebat. Expugnatio hujus urbis, quam Mauri nullo unquam tempore capi posse crediderant, ingenti adeo terrore finitimas quoque urbes replebat, ut vix oppugnari cæptæ sese jamjam dederent. Ferdinandus ergo continuato victoriæ cursu prope Aravallæ montes undeviginti urbes, septemdecim apud Gausinorum juga, & duodecim alias in Villalonga, Maravella, Montemajore, & Cartima, præter alias duodecim circumvicinas civitates armis suis subegit, idemque bellum summo ardore prosecutus est, specietenus quidem, ut Regio Granatensium adolescenti opem ferret, re tamen ipsa, ut totum Regnum sibimet ipsi vindicaret, ad id vero optatius exequendum, nil intentatum, inausumque reliquit, ut pristina Nepotem inter & Patruum odia continuo aleret, atque hujus fidem juveni Regi magis magisque suspectam redderet; ne autem ille latentis doli metum de Hispanis conciperet, Ferdinandus beneficia ac benevolentiam amplius, quam unquam, in eum effudit, novisque muneribus adolescentem auxit. Horum favorum lenocinio captus juvenis, facili negotio cunctis Ferdinandi consiliis suffragatus est, ac copiis, quas ei Rex suppeditabat, ipsus imperans, Patruum suum acriter bello pressit, qui tantæ potentiæ resistendo impar brevi

Sæcul. XV. A.C.1485.

Cortos.

Sæcul. XV. A. C. 1485. prosperis Arragoniæ Regis progressibus cedere compulsus est.

§. XVIII.

Occidentales Indiæ primum detectæ.

Marian. ib. lib. 25. Marmol. l. 9. c. 27. De Thou hist. lib. 1.

Haud parum excreverat Ferdinandi potentia, Indiis occidentalibus hoc anno recens detectis. Novæ hujus felicitatis primus omnium inventor merito celebratur Christophorus Columbus. Hic Cugureo, (*) ignobili oppido prope Genuam progenitus, Cosmographiæ ac Astronomiæ scientiis haud leviter tinctus, arti nauticæ totum se dedit, & primum cum Auria Principe, quem Genuensium Respublica ad Joannem Regem ablegaverat, in Lusitaniam profectus est, ubi etiam Philippinam Mogmesiam celeberrimi illius Peristelli, qui Maderam, & Portus-Sancti Insulam detexerat, filiam sibi copulavit. Frequenti colloquio cum Socru sua habito stimulatus, ac propria terraquei orbis observatione adjutus, Indias occientales detegere, animo constituit: Cum vero tanti moliminis ausus virium suarum imbecillitatem excederent, consilium suum Lusitaniæ Regi detexit; ast

(*) *Alii Historici perhibent Christophorum fuisse natum Neniæ, quæ est urbs octavo lapide Genua distans.*

Sæcul. XV. A.C.1485.

ast tam ampla a Rege postulabat præmia, ut Lusitanus hanc provinciam alteri deferret, qui juxta Columbi præcepta dictas Insulas detegeret; quapropter Rex clam lembum in pelagus procurrere jussit, simulans, hac navi annonam, ac præsidiarios millites ad Hesperides Insulas transvehi: Cum autem hujus navigii Gubernator tam Astronomicæ, quam artis nauticæ ignarus esset, maris cursum, quem a Columbo edoctus fuerat, haud insequi poterat, atque a sua navigatione redux Joanni Regi perperam suggessit, quod audax illud, tumidisque velis prægnans promissum, nonnisi inane Genuensis hujus viri delirium esset.

§. XIX.

Columbus a Lusitano neglectus, Castellam profectus.

Christophorus Columbus, cum Lusitaniæ Regem suis consiliis minus propitium experiretur, unacum filio suo Jacobo Columbo in Castellæ Regnum contendit, misitque in Angliam Bartholomæum Columbum fratrem suum, qui Henrico VII. non ita pridem ad solium evecto novi orbis spem, consiliumque suggereret: Christophorus autem Cordubam, ubi tum Ferdinandus agebat, delatus Ludovico Santangelico, viro in-

Thomas Facel. hist Sicil. Justiniani, & Saprani scritt della ligur.

Sæcul. XV. A.C. 1487.

ter Arragonenſes nobiliſſimo, animi ſui propoſitum detexit, ab eoque ad Regem duci petiit. Ferdinandus percepto viri ſermone Priori de Prado poſtea Granatenſi Archiepiſcopo negotium dedit, ut nova hujus inventionis momenta diſcuteret; cum vero omnes a Ferdinando ad diſcutiendum hoc negotium deſtinati ejusmodi ſcientiæ principiis carerent, ideo ea, quæ Columbus propoſuerat, ingenii ſui acie haud aſſequi poterant, quapropter eum non ſine neglectu abire jubebant. Columbus hac repulſa vix non animo fractus, conſtituit in Franciam, inde vero in Angliam navigare, ut ſaltem ibidem de fratris ſui fato certior fieret: hanc ob rem animi ſui propoſitum Joanni Perez Priori ſignificat; hic vero iterum iterumque Columbum obſecrat, ut diſceſſum differret, donec ipſe Iſabellam Reginam de tota rei ſerie certiorem reddidiſſet. Adiit ille etiam Reginam tum Loxæ commorantem; aſt cum alterum hoc reſponſum haud magis, quam primum fuiſſet propitium, Columbus jam in eo erat, ut relicta Caſtella Franciam peteret; opportune tamen Ludovicus Sanctangelicus Reginæ pollicetur, quod ipſemet primæ navigationis expenſas in anteceſſum ſuppeditaturus eſſet. Quamprimum Iſabella hanc conditionem acceptabat, Ludovicus illico Columbum jam-

jam

jam itineri accinctum insequebatur, eundem Loxam reducturus. Vix advenerat Columbus, cum in eadem urbe a Joanne de Colonia Status Secretario Regium diploma acciperet, vi cujus Oceani Archi-Thalassus, & continentis omniumque, quas detecturus esset, Insularum Pro-Rex declaratur, adjecta plena Gubernatores ac Judices pro suo arbitrio constituendi, aut amovendi auctoritate. Secul. XV. A. C. 1485.

§. XX.

Columbi navigatio ad detegendam Americam.

Hæc quidem acta fuere præsenti anno, longior tamen mora operis executioni data videtur; compertum enim habemus, Columbum non nisi mense Augusto anni millesimi quadringentesimi nonagesimi secundi navigationem suam auspicatum fuisse, eodemque anno mense Octobri obliquatis Boream versus velis primam omnium detexisse Insulam, nomine Floridam: hanc vero jam secundam Columbi navigationem Ferdinandi nomine susceptam fuisse arbitramur, Regemque optato primi itineris successu oppido lætum decrevisse, ut primæ, quas Columbus deinceps inveniret, Insulæ suo nomine detectæ censerentur. Qua propter haud temere conjicimus, Columbum,

Ferdin. Columb. hist. Admir. Christ. Columb. Pizzaro de los Illustr. Varon. del Nuevo mundo.

Sæcul. XV. A.C. 1485.

bum, impetrato primo diplomate, hoc anno tres commeatu nautico classiariisque instructas triremes in altum promovisse: Igitur primo ad Insulas Canarias iter instituit, ubi aliquamdiu moram traxit, demum vero superatis pluribus periculis, suorumque Commilitonum questibus, qui cæpta perfici posse desperantes seditionem in eum minabantur, nihilominus his omnibus superior Columbus Lucayas Insulas invenit, inventasque Ferdinandi Arragoniæ & Castellæ Regis imperio subjecit, quarum præcipuam primus Insulam sancti Salvatoris nuncupavit, ejusque incolas sibi plurimum devicit, eoquod eis monilia ex vitro confecta dono daret, quam pretiosam vilitatem ipsi longe pluris faciebant, quam maximas adamantum opes. Postea repetito Oceani cursu alias aperuit Insulas, quas vario nomine Insulam Conceptionis B. V. Ferdinandinam, Soametam, atque Isabellam appellavit, atque iterum promotis velis ad Insulam Cubam anchoras jecit, ubi naves suas refici curavit. Inde vero revulsis anchoris ac decem Indorum, quos prætoriæ navi imposuit, comitatu auctus, secundo vento Insulam Bocchiam intravit, eamque Hispaniolam pro jure suo nominavit. Hujus Insulæ Regulus Columbum convenit, ac ipsius navem ingressus, eundem prandio

Fogliet. in elog.

dio excepit, cumque ex ejus navibus quædam arenarum scopulo allideretur, Princeps obsequiosa promptitudine opem ferri jussit, quo subsidio adjutus Columbus, tam classiarios, quam reliquum navis apparatum naufragio subduxit, ac ex confracti lembi ruinis, tabulisque turrim ædificari præcepit, quam consentiente hoc Principe Hispanis militibus præsidiariis firmavit, rebusque ita dispositis in Hispaniam cursum relegit. Cuncta iste novæ navigationis molimina nonnisi subsequentium annorum ætate evenerunt.

Sæcul. XV. A C. 1485.

§. XXI.

Angliæ Rex Richemundii ausibus turbatus.

Cum interea Arragoniæ Rex imperium suum Orbis recenter inventi accessione extenderet, Richemundii Comes, quem hucusque in Britannia custoditum vidimus, Angliæ regnum Richardo hujus sceptri invasori eripere molitur. Richardus per exploratores, quos omni ex parte plurimos habebat, conjurationem in regno adversus se conflatam tam accurate edoctus erat, ut etiam conspirantium nomina, ac numerum, necnon Provincias, ex quibus subsidia, opem, atque vires haurirent, probe sibi com-

Polyd. Virg. hist. Angl. lib. 23.

Sæcul. XV. A.C. 1485.

pertas haberet, quin imo Richemundii Comitem libertati assertum, ac cum copiis suis proxime ad Angliæ litora appulsurum optime noverat. Equidem ii, quos Richardus emiserat, Richemundii exercitum numero longe potentiorem, quam reapse erat, narrabant; nihilominus Angliæ Rex exploratorum relatione tempestive utendum ratus, provido consilio, atque opportuna celeritate conjuratos prævenit, eorumque consiliis feliciter dissipatis, illos a proposito desistere, totaque Anglia excedere compulit, moxque Buchingamiæ Ducem captum, quamvis proditionis arcana manifestare constanter recusasset, capite truncari præcepit, pluresque alios eodem supplicio variis in locis e medio sustulit: Joannes tamen Mortonus Heliensis Episcopus cum nonnullis Lancastriensium fautoribus in Flandriam auffugiens, vitæ suæ consuluit, ceteris magno numero Franciam petentibus.

§. XXII.

Richemundius in reditu tempestate Dieppam ejectus.

Ipse etiam Richemundii Comes, cum infausta exscensione facta sibi libertatis, vitæque periculum ex diuturniori mora impendere cerneret, prætoriam iterum

rum conscendit, in Britanniam reversurus; ast immutata repente maris fide, ac obortæ tempestatis vi in Dieppæ portum depulsus hæsit. Inde nulla mora ad Galliarum Regem, & Bellojovienſem Comitissam præcipuum ex suis Ministrum ablegat, qui supplicaret, ut Comes per Franciam in Britanniam redeundi copiam haberet. Legatus perhonorifice exceptus haud ægre, quæ petiit, impetrabat, eique insinuatum, quod Comes, si ad ipsum Regem confugisset, haud dubie ab eo potentiores suppetias, quam a Britanniæ Duce obtinuisset.

Sæcul. XV. A. C. 1485.

Harpsfeld. hist. Eccles. Angl. sect. 15. cap. 7.

§. XXIII.

Comes Britannia in Franciam profugus.

Ergo Richemundius in Britanniam revertitur, Ducique adversa itineris sui fata ennarrat, quem Britannus non solum potenti eloquentia, sed etiam recentis auxilii spe erexit; attamen Landasius consilia fovebat, a pia Ducis voluntate plurimum aliena; quippe Comitis factionem penitus deletam esse ratus, animo constituit, Richemundium omni ope destituere, eumque in Angliam ad Richardum deducere, inscio tamen Britanniæ Duce, utpote quem tam iniquæ violentiæ nullo unquam tempore assensurum, per-

Secul. XV. A. C. 1485.

perbene noverat. Richardus etiam Landasium, qui plurimum apud Britannum valebat, adeo arcte sibi devinxerat, ut eum in omnibus sibi ancillantem haberet: tempestive autem Helienſis Episcopus eo tempore in Flandria morabatur, qui proditionem inter Angliæ Regem & Landasium conflatam edoctus, nullius moræ dispendio Richemundii Comitem de periculo certiorem reddidit. Hinc ille Veneto nonnisi quinque suorum stipatus clam auffugit, sparso ruris voluptatibus fruendi prætextu. Jam aliquot Leucarum Veneto distabat, cum suorum quatuor, mutato itineris cursu, præcedere, ac nulla statione facta ejus adventum in finibus Galliæ præstolari jubet: Cum igitur solus esset, ac nonnisi unicum haberet famulum, studiose Agasonis vestem induit, sicque personatus tanta equorum celeritate ad Andegavensis Provinciæ confinia pervenit, ut Equites a Landasio, qui Comitis fugam comperat, submissi solida hora tardius adventassent.

§. XXIV.

Richemundius cum copiis Gallicis in Anglia appulsus.

Polyd. ibid. lib. 25.

Paulopost Angli, quos Comes Veneti reliquerat, eum quoque sequebantur: his

Sæcul. XV. A. C. 1485.

his igitur junctus, ad Regis Franciæ aulam, quæ tum Langesiæ hærebat, contendit. Ibidem a Rege quidem benevole, majori tamen affectu a Bellojovii Comitissa exceptus est: hæc enim Britanniam denuo Gallicæ coronæ jungendam certo sperabat, proin consiliis suis haud efficacius medium fore arbitrabatur, quam si Comes Angliæ solio restitueretur. Quare pro Richemundio quantocius nova classis, ac recens quatuor millium a longa militia exercitatissimorum militum exercitus instruitur, hisque suppetiis auctus Comes, die prima Augusti Havrea solvens, septimo navigationis die in Valliæ Ducatu Milfordiæ portum intravit, a complurimis exceptus Fautoribus, quorum amicitiam ejus Mater sollicite foverat, suo nomine pollicita, a Filio ejus, si Richardus solio Angliæ exutus esset, Eduardi IV. Filiam in uxorem fore seligendam, eo fine, ut hoc vinculo utriusque Familiæ diutino dissidio sciissæ jura denuo in unum coirent, præcipue cum huic consilio patriæ suæ leges suffragarentur, vi quarum Filiæ a successione per legem Salicam non excluderentur.

Argentre de Bretag. lib. 12.

§. XXV.

Sæcul. XV.
A. C. 1485.

§. XXV.

Richardi clades; Comitis in Regem coronatio.

Bacon. hiſt. regni Henr. VII. Raynald. hoc ann.

Igitur copiarum, quæ auxiliari Gallorum exercitui jungerentur, imperium delatum eſt Thomæ Stamleyo Equiti, quem Richemundii Comitis Mater tertiis nuptiis ſibi Maritum ſociaverat. Hic Comitem adiit ſex armatorum millibus auctus, confluentibus illico Procerum compluribus, qui ſe Richemundii partes tueri profitebantur. Comes, cum totius exercitus robore fretus, ſe hoſti ſuo viribus parem fore exiſtimaret, protinus Liceſtriam contendit. Huic vero Richardus cum exercitu numero animoque haud impare obviam proceſſit, atque in Richemundii copias incidit haud procul a pago Boſuortum dicto, ubi etiam commiſſa celebris illa pugna, quæ tot bella totque diremit prælia, quibus Anglia ab uſurpatione Henrici IV. usque ad invaſionem Richardi fœde funeſtabatur. Tum vero inito certamine Richardus cæſus, non ſolum victoriæ gloriam, ſed & vitam amiſit, poſtquam crudelis hic Regicida duorum Regum ſanguine coronam ſuam polluerat; aſt Victorem Richemundii Comitem univerſa Anglia Regem ſalutabat, isque aſſumpto Henrici

rici VII. nomine Eliſabetham Eduardi IV. Filiam natu majorem matrimonio ſibi copulabat, ut Ebroacenſis & Lancaſtrienſis domus jura in unum coaleſcerent; prius autem Comes in prælii loco eadem corona, quæ Richardo olim imponebatur, atque inter ejusdem ſarcinas reperta fuerat, coronatus eſt, poſtea ſolitis ſolemniis Londini inaugurandus. Initum eſt hoc prælium omnino decretorium die vigeſima ſecunda Auguſti, paucisque poſt diebus Comes eo glorioſior Londinum ingreſſus, quo felicius hunc victoriæ triumphum nonniſi centum circiter ſuorum diſpendio redemit.

Sæcul. XV. A.C. 1485.

§. XXVI.

Landaſius communi Britonum conſilio ad ſupplicium vocatus.

Tanta Henrici VII. felicitas certe Landaſii conſilia penitus evertiſſet, ſi adhuc dum in vivis egiſſet. Aſt Richemundio Comite in Angliam navigante, Britones jamjam de hujus Viri perfidia vindictam ſumebant; cum enim illorum exercitus, quem Landaſius Duci rebellem eſſe declarabat, Augenii caſtra metaretur, Ducis copiæ Comitis partibus accedebant; quippe probe compertum habebant, hoc bellum nonniſi inſtigante Landaſii ambitione accenſum fuiſſe, e re autem utriusque partis

Argentre hiſt Britann. lib. 12.

Sæcul. XV. A.C. 1485

tis esse hujus Viri excidium, quapropter Britones ceteris ita uniti ad Nannetense castrum, ubi Britanniæ Dux cum Landasio cliente suo agebat, recta contendunt, illisque Nannetenses, cum nonnisi proditoris hujus pœnam depoſci satis persuasi essent, urbis portas ultro aperiunt, ac unacum suis popularibus Landasium judicio sisti, sique criminum ipsi objectorum reus esset, absque omni veniæ spe condemnari postulant; Insuper Comitem de Fuxo, ejusdemque nominis Cardinalem ad Britannum ablegant, a quo tamen minime auditi sunt; nihilominus urgente seditionis civilis metu Landasius hostium suorum arbitrio relictus, Francisco Christiano, qui Ducis Cancellarius erat, tradebatur.

§. XXVII.

Landasius judicum sententia apud Nannetes laqueo suspensus.

Quamvis Britanniæ Dux Cancellario suo disertis verbis comminatus esset, quod in ipsius caput fatalis Ministri sui eventus recideret, Britones tamen Landasium, quem in sua potestate habebant, in judicium adducunt, postulantes, ut quæstione habita ejusdem causa secundum juris præscripta decideretur. Ergo accusatus tormentis subjicitur,

citur, cunctaque sua crimina fatetur, præcipue vero, quod ejus jussu Calvinius Cancellarius carceris squaloribus confectus obiisset; equidem Britanniæ Dux, dum Landasium comprehendi permiserat, stricte præcepit, ut eidem vitæ venia fieret, & cujuscunque demum criminis reus probaretur, semper tamen de Ducis gratia certus haberetur: nihilominus nulla habita hujus mandati ratione Britones Nannetense castrum satellitibus undique cingunt, ne ferendæ sententiæ notitia ad Ducem deferri posset. Ergo die decima nona Julii Landasius capitali judicio damnatus laqueo suspensus obiit. Confluxerat quidem ad hoc spectaculum innumera pene hominum multitudo, nullus tamen ex adstantibus de infelicis hujus Viri fato miserationis sensum vel gestu vel verbis exhibebat; interea vero, dum supplicium de reo sumebatur, Lescurius Convennensis Comes anxias Ducis curas variis sermonibus fallere satagebat, ab eoque perpetuam præteriti delicti oblivionem impetrabat rebellibus, qui postea Ducem adeuntes ad ejus pedes provoluti pro obtenta venia meritam, debitamque gratiam persolverunt, summam eidem fidelitatem polliciti. Hic denique erat exitus nominatissimi illius clientis, qui tanto tempore Ducis sui gratia ad quævis

Sæcul. XV. A.C. 1485.

Chauvin.

le Sigreur de l'escun.

Sæcul. XV. A.C 1485.

crimina impune patranda abutebatur, tandem vero dignas scelere pœnas dabat. Tragicum hujus Viri fatum Ducem omnino latebat, donec infelix ille in Ecclesia Carmelitarum terræ mandatus esset, quo comperto quamvis parum illius vicem dolere videretur, nihilominus cum Comitissam Bellojoviensem præcipuam hujus supplicii caussam exstitisse crederet, vindictam in eam parabat.

§. XXVIII.

Dux Aurelianensis insalutato hospite in Britanniam profugus.

Equidem Aureliæ Dux Landasio fatis erepto, satis firmo destituebatur præsidio, haud tamen adeo spe sua dejiciebatur, quin in aula Britannica clandestina foveret consilia, quibus Franciæ Gubernatricem perderet. Nec illius spem frustrabat eventus; quippe Arausiæ Principem, necnon Convennarum Comitem, qui ambo tum in Britannia agebant, dextre ad suas partes pertraxit. Comitissa rem edocta Regem inducit, quatenus Ducem, qui continuo Aureliæ hærebat, obtestaretur, ut Ambasiam veniret, regiamque curiam accederet, Senatus sessionibus interfuturus; Primo quidem obluctabatur Aurelianensis; demum vero, ubi Gienfis Marescallus itera-

Saligny hist. Car. VIII.

ta

ta Regis mandata perferebat, eo venire statuit; ast vix urbem ingressus, mox quæsito venationis prætextu, ad Ebraldi fontem, cui Asceterio ipsius Soror erat præposita, inde vero in Britanniam secessit. Demum in omnium ore ac sermone erat, firmatum esse fœdus Britanniam inter & Aureliæ Ducem, Castri Briantii Principissam, & Rivennæ Marescallum, hisque sua etiam studia devovisse dicebantur Dunensis & Engolismensis Comites, Lotharingiæ Dux, Albretus, & Maximilianus Austriacus. Obtendebant illi, hoc fœdus haud alio istum esse consilio, quam ut contra prætensa Caroli VIII. jura Britanniæ Ducatum duabus illis Principibus, quas Dux suas hæredes nominaverat, intactum servarent. Re comperta Carolus Rex quantocius Aquitanniam contendit, ut urbes illas, quibus Convennensis Comes præerat, in sua fide contineret. Sæcul. XV. A. C. 1485. *Fontevraux*

§. XXIX.

Concilium Senonense.

Hoc anno Tristandus de Salazar Senonensis Archiepiscopus in eadem urbe Synodum coegit, ubi decreta alterius Concilii, quod Ludovicus Melodunensis ejus Prædecessor ante viginti quatuor annos celebraverat, confirmabantur;

Sæcul. XV. A.C. 1485.

Labbe Collect. Concil. tom. 13. pag. 1722.

præcipue vero proponebantur quatuor articuli in hoc Concilio ſtabiliendi, nimirum de modo celebrandi divinum officium, de reſtaurandis Clericorum moribus, ac habitu, de reformatione Religioſorum ac denique de obligationibus Laicorum erga Eccleſiam; hanc ob rem ibi agebatur de celebratione feſtorum, de decimis ſolvendis, de Matrimonio, immunitatibus Eccleſiaſticis necnon de aliis Eccleſiaſticæ diſciplinæ capitibus. Hæc ſtatuta potiſſimam partem hauriebantur ex Conciliis, Baſileenſi, Lateranenſi, & Sanctione Pragmatica, necnon ex Decretalibus, aliisque Synodis Provincialibus; nihil enim ſpeciale decretum erat, quod non jam in aliis Conciliis ſtatutum legebatur. In primo capitulo primi Articuli tractabatur de modo celebrandi divinum officium, necnon de tempore, quo ad percipiendas diſtributiones Canonici rei divinæ præſentes eſſe cenſerentur, eisque reſtringebat Synodus libertatem chorum pro libitu ſuo accedendi, aut ab eo diſcedendi, declarans, *quod qui in matutinis ante finem Pſalmi VENITE EXULTEMUS; & in aliis horis ante finem Pſalmi primi; in Miſſa autem ante ultimum KYRIE ELEISON usque in finem divino officio non interfuerint, pro illa hora abſentes viderentur, ſalvis aliarum Eccleſiarum conſuetudinibus, ſi*

quæ

quæ forte circa hæc arctiores, id est sacris Canonibus magis consonæ, *existant*. Ex horum statutorum mitigatione constat, quod Synodus, cum ejusmodi decretorum usus parum invaluerit, nonnihil duritiei cordis indulgere voluerit. Itidem in eodem capite tertii articuli choreas & ludos theatrales in Ecclesiis institui prohibet. Tertio itidem tertii articuli capite innovatur decretum, quo *prohibetur ab ipsis Religionem ingredientibus quicquam pro ingressu exigi*, conceditur tamen, *si post ipsum Religionis ingressum aliquid fuerit monasterio ex devotione oblatum, illud recipi, dummodo non subsit pactum vel conventio.* Sæcul. XV. A.C. 1485.

§. XXX.

Propositiones a Joanne Lailliero enuntiatæ.

Eodem anno Joannes Laillierus sacrosanctæ Theologiæ Licentiatus in Mense Julio has propositiones asserere haud dubitabat. *I. Petrus non habuit a Christo potestatem supra alios Apostolos, neque Primatum. II. Omnes Hierarchisantes æqualem potestatem acceperunt a Christo ita, ut Curati sint æquales in potestate, regimine, & in jurisdictione. III. Summus Pontifex non potest remittere viatoribus totam pœnam eis debitam ratione peccatorum* *Argentre Collect. judic. tom. I. p. 308. ann. 1484.*

Sæcul. XV. A. C. 1485.

rum ſuorum virtute Indulgentiarum, etiamſi juſte & rationabiliter dentur. IV. Abbates, Priores, aliique Prælati Religioſorum non abſolvunt ſuos Religioſos in virtute clavium, ſed ex ſola conſuetudine. Confeſſio non eſt de Jure divino. V. Si vultis, quod ego loquar de ſummo Pontifice, ego vaſtabo totum. VI. Confeſſi Religioſis Mendicantibus, præſentatis, & acceptatis ſecundum formam Decretalis, Dudum &c. *non ſunt abſoluti & tenentur eadem peccata confiteri Curato. VII. Simplices Sacerdotes ſunt inutiles. VIII. Summus Pontifex Joannes XXII. non potuit condemnare Poliacum, nec facere decretalem:* Vas electionis: *IX. Decreta & Decretales Summorum Pontificum non ſunt niſi deceptiones. X. Eccleſia Romana non eſt caput aliarum Eccleſiarum.*

Hæc omnia Joannes Laillierius, cum in ſua *Sorbonica* die trigeſima prima Julii reſponderet, verbotenus enuntiabat, præter alias propoſitiones, quæ a Theologica Pariſienſi facultate *ſub obedientia & correctione Sanctæ Sedis Apoſtolicæ per Inquiſitorem Fidei præſentatæ* proſcriptæ fuerunt; nos illas ordine ſuo adjunctis quoque earum cenſuris impræſentiarum recenſebimus.

§. XXXI.

Sæcul. XV.
A.C. 1486.

§. XXXI.

Aliæ ejusdem propositiones a Facultate Theologica damnatæ.

Propositio I. „ Dei atque Apostolorum „ præcepta observare teneris: Man- „ data autem omnium Episcoporum, ac „ ceterorum Ecclesiæ Prælatorum non „ magis quam stipulam curabis; hi e- „ nim omnes suis deliramentis Ecclesiam „ destruxerunt. „ *Prima propositio*, e nunciat S. Facultas, *est vera; secunda pars est scandalosa, schismatica, bonis moribus, & doctrinæ Evangelicæ & Apostolicæ contraria, hæretica, publice revocanda, & reparanda.* *Argentre ib. Ex primo registro MS. censurarum S. facultatis Paris. fol. 126. & sal.* III.

„ II. Nonnulli quosdam velut San- „ ctos deprædicant, quasi in loco essent, „ a quo Lucifer depulsus est, ejusmodi „ Prædicatores omnia destruunt, & ab „ illo tempore, quo invaluerunt, nun- „ quam Ecclesia Dei rebus secundis ute- „ tur. Hi eo rem deduxerunt, ut ar- „ gumento rite discusso deprendi pos- „ sit, quod ille, quem pro Sancto ven- „ ditant, non sit in eo loco, ubi olim Lu- „ cifer erat, sed in illo, ubi modo Luci- „ fer habitat: proin sicut Pluto infero- „ rum Deus Proserpinam in suis, ita Lu- „ cifer ejusmodi animam in suis brachiis „ teneat. „

Sæcul. XV. A. C. 1486.

Doctores hanc propositionem censoria virgula notantes afferunt; *Secunda pars quantum ad sensum, quem prætendit, est falsa, injuriosa, seditiosa, status Sanctorum detractoria, errori damnato favens, & publice revocanda.*

„ III. Sancti divites nunc canoni-
„ zati, & sancti pauperes nunc neglecti
„ sunt, ideoque ejusmodi Sanctos esse
„ credere haud teneor, cujus ratio est,
„ quia si Pontifici pecunia detur, tunc
„ viginti omnino pegmata Romæ con-
„ scendens talem Sanctorum sastis ac-
„ censet; propterea hunc Sanctum esse
„ credere non obligor, & qui id non cre-
„ dunt, nec male faciunt. „ Hanc pro-
„ positionem declarabant *esse falsam, & piarum aurium offensivam, Sanctæ Sedi Apostolicæ injuriosam, pietati fidelium derogantem, tertiam vero ejus partem quantum ad sensum, quem prætendit, hæreticam esse.*

„ IV. Si quis Presbyter clam ma-
„ trimonium contraxisset, & apud me
„ sua peccata deponeret, non illi pœni-
„ tentiam injungerem. „ *Hæc propositio*, inquiunt Censores, *non solum implicat falsum sensum, quod Sacerdotes post susceptos sacros Ordines possint contrahere matrimonium, sed etiam est temerarie assertа, scandalosa, & quoad sensum, quem prætendit declaratum per propositionem immediate sequentem, de hæresi suspecta.*

„ V. Pres-

„ V. Presbyteri Ecclesiæ Orientalis Saecul. XV.
„ matrimonium ineundo non peccant, A. C. 1486.
„ nec nos, si connubio jungeremur, in
„ Ecclesia Occidentali peccaturos credo „
Prima pars in sensu, quem facit, scilicet quod Sacerdotes Orientales post consecutionem sacri Ordinis contrahant matrimonium, falsa est. Secunda pars, quæ est suæ fidei confessio, reddit eum erroneum, & si addatur pertinacia, hæreticum facit.

„ VI. Quadringentis abhinc annis a
„ quodam Papa aut Papilione Sacerdoti-
„ bus conjugium fuit interdictum, an
„ jure id facere potuerit, nescio. „ *Hæc propositio, si intelligatur, sicut videtur sonare, quod post susceptionem Ordinis ante illud tempus licebat Sacerdotibus matrimonio jungi, falsa est, & quantum ad ista verba,* a quodam Papa, aut Papilione, *irrisoria, dignitatem atque auctoritatem summi Pontificis & Ecclesiæ in contemptum adducens. Secunda pars derogat auctoritati Sanctæ Sedis Apostolicæ, & Concilii Generalis, & male sonat in Fide, publice revocanda.*

„ VII. Duos aureos illi dabo, qui mi-
„ hi unico S. Scripturæ textu quadra-
„ gesimale jejunium comprobare pote-
„ rit. „ *Hæc propositio supponere videtur, quod ad nihil obligemur, nisi quod est in Scriptura sacra expresse contentum, & si ita intelligatur, hæretica est. Quantum*

Sæcul. XV. A.C. 1486.

vero ad illud, quod prætendit propositio, scilicet, quòd non simus obligati ad quadragesimale jejunium, falsa est, bonis moribus contraria, & scandalosa, & Sacrosanctæ universalis Ecclesiæ consuetudini, & Sanctorum determinationi derogans.

„ VIII. A beato Silvestro citra Ro„ manam Ecclesiam non est amplius „ Ecclesia Christi, sed Cæsaris & pecu„ niarum. „ *Hæc propositio est Ecclesiæ, & sanctæ Sedi Apostolicæ injuriosa, blasphema, & hæretica, jamque damnata.*

„ IX. Haud magis Sanctorum Hi„ storiis quam Franciæ Regum chronicis „ fidem adhibere tenemur. „ *Hæc propositio falsa est, piarum aurium offensiva, & auctoritati Ecclesiæ derogans; & si intelligatur universaliter, est hæretica. Præcedens qualificatio fuit facta per almam Facultatem Theologiæ Parisiensis in sua solemni Congregatione apud S. Mathurinum, Anno Domini millesimo quadringentesimo octogesimo sexto die quinta mensis Junii.*

§. XXXII.

Alia Laillierii propositio ab eadem Facultate censuris notata.

Argentre ib. p. 309.

Ultra præcedentes propositiones prædicta Facultas aliam damnavit propositio-

Saecul. XV. A C. 1486.

positionem, quam idem Laillierius in sua Sorbonica protulit his conceptam verbis.

Dupin. bibliot. script. tom. 12. in 4. pag. 149.

Simplex Sacerdos potest ita bene consecrare Chrisma & sacros Ordines conferre, sicut Papa, vel Episcopus, & omnes Sacerdotes sunt æqualis potestatis, tam Ordinis, quam jurisdictionis, tantamve auctoritatem habet Thomas apud Indos, quantam Petrus apud Romanos. Circa hanc propositionem Facultas definivit, quod *tota hæc copulativa sit falsa & hæretica, atque in actu scholastico Sorbonico publice ab eodem Laillierio revocanda*, decrevitque, Auctorem nullatenus ad Doctoris honores admittendum esse. Ille ita excluſus ad Regium Senatum provocabat, a quo tamen totum negotium ad Episcopum Parisiensem remittebatur, ut ipse Doctorem instrueret, ejus vero doctrinam cum Inquisitore, ac quatuor Doctoribus a Facultate deputandis sedulo discuteret; quo facto Laillierius Parisiensis Episcopi Officiali literas porrexit, ut quarumdam suarum propositionum sensum explanaret.

§. XXXIII.

Propositiones a Laillierio explicatæ.

Argentre ib.

Hæ literæ sequentis erant tenoris: „ I. Nec in veteri, nec in novo Te„ stamento unquam legi, Christum Do„ minum,

Sæcul. XV. A.C. 1486.

„ minum, aut ejus Apoſtolos corporale
„ jejunium indixiſſe, velut rem præ-
„ ceptam ſub pœna peccati mortalis,
„ aut æternæ damnationis, item nec
„ ſancti Patres, qui in ſuo Decreto hujus
„ jejunii mentionem fecerunt, illud præ-
„ cipiunt ſub pœna excommunicationis
„ majoris aut peccati gravis, nec illis u-
„ tuntur verbis: *Præcipimus, & man-*
„ *damus.* II. In nulla concione enun-
„ tiavi, quod Eccleſia poſſit vel non pos-
„ ſit nos obligare ſub peccato mortali,
„ ſed in diſputatione, præſente Reve-
„ rendo in Chriſto Domino Patre Mel-
„ denſi, durante ſcholæ curriculo *pro &*
„ *contra* argumenta protuli, tanquam de
„ materia problematice propoſita, ut a-
„ lias Joannes Gerſonius, & Petrus de
„ Alliaco Magiſtri facere aſſolent. III.
„ Nec unquam affirmavi, Sacerdotibus
„ poſt ſuſceptos Ordines licitum eſſe
„ connubio conjugi, ſed affirmavi, quod
„ a Paſſione Domini noſtri J. C. usque
„ ad Gregorium VII. Anni milleſimi ſe-
„ ptuageſimi tertii matrimonio juncti
„ fuerint, atque ipſemet S. Petrus & S.
„ Paulus conjuges habuerint; necnon
„ S. Philippus Apoſtolus & Diaconus;
„ S. Fabianus Papa & Martyr; Sanctus
„ Hilarius Pictavienſis Epiſcopus; S. Ger-
„ manus Antiſſiodorenſis pluresque alii
„ nuptias inierint: hanc clauſulam ante
„ bien-

„ biennium protuleram.„ IV. *His magis expressa ac duriora habentur per Magistrum Joannem Gersonium in tractatu de vita spirituali animæ prolata.* Sæcul.XV. A.C.1486.

Eadem Facultas hasce propositiones censoria severitate denuo perstrinxit in solemni Congregatione apud S. Mathurinum die decima nona Maji hoc anno habita, ac de prima propositione pronuntiat: *Hæc, ut dependet ex titulo præcedenti, est temeraria, scandalosa, schismatica, bonis moribus contraria, sacrosanctæ universalis Ecclesiæ consuetudini & Sanctorum Doctorum determinationi derogans, multipliciter hæresim sapiens, ac publice & solemniter revocanda. De secunda propositione nihil asserunt Facultatis Deputati sed exspectant ampliorem inquisitionem.* De tertia censent, *quod quantum ad id quod dicit, S. Paulum fuisse uxoratum, sit falsa, temerarie asserta, sacræ Scripturæ verisimiliter dissonans, & quoad sensum, quem prætendit, una scilicet cum titulo his assertionibus præposito, sit scandalosa & sacerdotalis pudicitiæ corruptiva.* Quartam autem affirmant esse *falsam, & Gersoniani nominis detractoriam.*

§. XXXIV.

Publica Laillierii Palinodia.

Postquam Arnulphus Alouf Promotor Curiæ Ecclesiasticæ Parisiensis edoctus *Argentre ib.*

Sæcul. XV. A.C. 1486.

ctus esset, a Laillierio hasce propositiones in grave Fidei scandalum in Scholis assertas, ac variis in locis prædicatas fuisse, necnon a Facultate Theologica damnatas, *velut propositiones scandalosas, schismaticas, doctrinæ sanctæ Matris Ecclesiæ injuriosas, & ad rebellionem contra suos superiores inductivas, blasphemas in sanctos per summum Pontificem, & sanctam Sedem Apostolicam rite & sancte canonizatos, de hæresi suspectas, pernicioſas, temerarias, & præsumptuosas, bonisque moribus & doctrinæ contrarias.* Unde idem Promotor Laillierium compulit, ut easdem publice coram populo retractaret, hunc in modum: „ Ego Joannes Laillier, Pres-
„ byter, artium Magister, Theologiæ Li-
„ centiatus; cum denunciatus, suspe-
„ ctus, atque accusatus essem, me asse-
„ ruisse, ac publicasse, ac coram Pari-
„ sienſi populo prædicasse plures propo-
„ sitiones scandalosas, erroneas, atque
„ hæreticas, ut me vindicem, ac populo
„ cui forte offensioni fui, satisfaciam, pro-
„ mitto & juro per sacrosanctos Ordines,
„ quod non credam, me illas in præfata
„ forma ac tenore enunciasse, si vero
„ eas asseruissem, aut prædicassem, illas
„ ejuravi, ac nunc ejuro atque revoco,
„ nec eas pertinaciter tueri prætendo,
„ sed sententias meas ad sanæ doctrinæ
„ veritatem revocare volo. „

„ Equi-

Sæcul. XV. A.C. 1486.

„ Equidem, nec diffiteor, in prima „ propositione asserui, *Episcoporum, alio-* „ *rumque mandata, an sub peccato gravi* „ *obligent, me nescire, tot enim præcepta de-* „ *struunt omnia, & nos a multis prohi-* „ *bent.* Aft hac in re perperam locutus „ sum, & docui; unde hanc propositio- „ nem jussu Reverendi in Christo Patris „ Domini Episcopi Parisiensis, ex consi- „ lio Magistrorum & Doctorum Faculta- „ tis Theologicæ, aliorumque sapientum „ revoco tanquam schismaticam, scan- „ dalosam, bonis moribus, & doctrinæ „ S. Ecclesiæ Catholicæ adversam, inju- „ riosam, atque ad seditiones adversus „ Superiores inductivam: Affirmo au- „ tem, & confiteor nil hæsitans, nec du- „ bitans, plura dari Ecclesiæ præcepta, „ quorum transgressores graviter pec- „ cent. „

„ Confiteor me secundam propositi- „ tionem in hoc sensu enunciasse: „ *qui-* *dam contendebant, Ordinis sui Parentem esse in eo loco, a quo Lucifer excidit; id tandem agent, ut, si argumentum rite discutiatur, exploratum habeatur, ut inquit Armacanus, ipsum in eo loco esse, ubi nunc Lucifer moratur, aut in loco Plutonis ac Proserpinæ.* „ Inconsiderate hæc effutii, ac „ prædicavi; unde, ut supra, hanc pro- „ positionem revoco utpote falsam, pia- „ rum aurium offensivam, scandalosam,

„ status

Sæcul. XV. A.C. 1486.

„ ſtatus Sanctorum detractoriam, ſanctæ „ Eccleſiæ auctoritati derogantem, nec- „ non de hæreſi ſuſpectam. „

„ Confiteor me tertiam propoſitio- „ nem, ut ſequitur, docuiſſe: „ *SS. Petrus & Paulus de ſe non ſunt canoniſati, & ſi Papa quemdam Sanctis adſcribit recitando alicujus Sancti aut Sanctæ orationem, hunc Sanctum eſſe non teneor ſub gravi credere.* „ In hoc autem erravi, & rur- „ ſum revoco hanc propoſitionem tan- „ quam ſcandaloſam, pernicioſam, fal- „ ſam & hæreticam, & quantum ad ſen- „ ſum, quem præſefert, quaſi nonniſi „ auri ſuffragio Canoniſationes fierent, „ ſacri Sedi Apoſtolicæ atque univerſali „ Eccleſiæ injurioſam, & ſaltem pie cre- „ dere teneor, quod quilibet a Papa albo „ Cælitum inſertus, pro Sancto haben- „ dus ſit. „

„ Confiteor meam eſſe propoſitio- „ nem, quæ ſequitur: „ *Si quis Presbyter matrimonium clam contraxiſſet, & apud me ſua peccata deponeret, gravem non illi pœnitentiam injungerem.* „ Inique locutus „ ſum, & prædicavi; eam igitur revoco „ velut falſam & ſcandaloſam quoad ea, „ quæ ſupponit, nimirum, ſi Presbyter „ clam connubium iniret, & etiam, „ quantum in ſe ſpectatur, tanquam te- „ merariam, falſam, & de hæreſi ſuſpe- „ ctam. „

„ Profi-

„ Profiteor me sequentem ac quin- Sæcul. XV.
„ tam propositionem protulisse: „ *Pres-* A.C. 1486
byteri Ecclesiæ Orientalis matrimonium in-eundo non peccant, & nec nos, si copulare-mur, peccaturos credo. „ Non tamen as-„ serere volui, Sacerdotes Orientales „ post susceptum Sacerdotium matrimo-„ nium contrahere posse, sed matrimo-„ nii ante susceptos ordines contracti u-„ sum exercendo non peccare. Fateor, „ quod verbis non limitatis hanc pro-„ positionem effari non debuissem, unde „ illam retracto, in quantum dixi, nos „ non peccaturos, qui connubium inire-„ mus, tanquam falsam, scandalosam, „ erroneam, atque juri communi de-„ rogantem. „

„ Nec diffiteor me sextam, ut sequi-„ tur, propositionem vulgasse. „ *Gre-gorius Papa hujus nominis septimus pri-mum suo ævo Presbyteris connubium inter-dixit. An vero hoc facere potuerit, du-bium est?* „ Non mihi mens erat affirman-„ di, jam longo tempore ante Grego-„ rium VII. id prohibitum non fuisse, nec „ ullo pacto dubitare possum, id a Papa „ fieri ac præcipi potuisse; sic enim S. „ Sedis Apostolicæ auctoritati deroga-„ rem. In hoc puncto male locutus „ sum; populo enim insinuavi ac pro-„ tuli, continentiæ ac sacerdotalis casti-„ tatis legem solummodo a quodam Pon-

Sæcul. XV. A.C. 1486.

„ tificum inductam fuisse, quæ tamen a „ Papa & Generali Ecclesiæ Concilio „ instituta, atque ab Ecclesia Occidenta- „ li acceptata est. Id ergo rovoco, tan- „ quam bonis moribus & doctrinæ „ contrarium, simulque sacræ Sedi Apo- „ stolicæ derogans. „

„ Non inficior a me septimam pro- „ positionem hunc in modum fuisse pro- „ latam: „ *Duos aureos ei darem, qui ex ullo S. Scripturæ textu jejunii quadra- gesimalis legem demonstrare posset.* „Omnia „ hujus propositionis verba talem præ- „ seferunt sensum, ut, quid respondeam, „ haud occurrat; quippe minus decen- „ ter locutus sum, & quidem iis termi- „ nis, quales Verbi divini Præcones „ moderati, ac sensati adhibere non so- „ lent, cumque hæc propositio plurimo- „ rum offensioni fuisset, qui juxta men- „ tem Ecclesiæ ad quadragesimale jeju- „ nium se non adstringi credere pote- „ rant; hinc ut scandalum tollam, affir- „ mo & confiteor, atque me affirmatu- „ rum ac confessurum spondeo, quod „ nunquam aliter sentire velim, nisi quod „ ad jejunium quadragesimæ adstringa- „ mur, atque teneamur, juxta intentio- „ nem & præceptum Ecclesiæ, sub pœ- „ na peccati mortalis, dein fateor oppo- „ sitam doctrinam esse falsam, scandalo- „ sam, bonis moribus contrariam, nec-

„ non

„ non universalis Ecclesiæ consuetudini, Sæcul. XV.
„ doctrinæ, ac Doctorum definitionibus A.C.1486.
„ derogantem. „

„ Confiteor, me asseruisse propositionem sequentem numero octavam. *A Sylvesto Papa citra Romanam Ecclesiam non est amplius Ecclesia Christi, sed Cæsaris & pecuniarum.* „ Hæc proposui recitans opinionem Wiclefi, quem insignem esse Doctorem, Catholicum, nec ab Ecclesia reprobatum credideram, idque jurato asserebam: impie autem egi hæc populo prædicans, propositionem enim meam fateor esse falsam, sanctæ Sedi Apostolicæ injuriosam atque hæreticam, jam antea ab Ecclesia damnatam, nec licite in publico sermone asserere, allegare, aut ullo pacto cujusdam Hæretici opinionem proferre, vel illum insignem doctorem appellare potuisse, quin ejusdem erroribus, ac nominis sui auctoritati faverem. „

Nonam propositionem me tradidisse fateor, nimirum *quod non magis proficua sint Sanctorum legenda, quam Francorum Chronica.* „ Nec tamen contendere, aut sentire volebam, nos non teneri ad majorem fidem Sanctorum, præcipue inter Cœlites relatorum vitis adhibendam, quam Regum Franciæ Historiis,

Secul. XV. A.C. 1486.

„ qui enim id affirmaret, proferret propositionem falsam, piarum mentium offensivam, atque auctoritati Ecclesiæ derogantem. Hæc autem meam revocationem, confessionem seu reparationem deposui jussu, edicto, aut sententia Reverendi in Christo Patris, atque observandissimi mei Domini Episcopi Parisiensis ex consilio, ac judicio Magistrorum, & Facultatis Theologicæ Doctorum, ut veritas ac fidei Catholicæ integritas conservaretur, ac vestrarum conscientiarum securitati nec non animarum saluti cautum esset, humillime eundem Dominum Episcopum supplicans, ut condonatis benigne meis erroribus me in gratiam ejus recipiat. „

Hæc revocatio publice die vigesima nona Junii, quæ fuit Apostolorum Petri & Pauli festivitas, in Ecclesia Parisiensi fiebat, ubi Joannes Laillierus ab eodem Episcopo ab omnibus, quas incurrerat, censuris absolutus est.

XXXV.

Laillierus a Parisiensi Episcopo ab omnibus censuris absolutus.

Cum vero Inquisitor causæ judicium instruens, inquisitionis acta a se facta Episcopo transmisisset, hic Præsul quæ-

quæstiones, quas ipse instituerat, non modo Inquisitori communicare renuebat, sed etiam eo nequidem vocato summatim causſam dijudicabat, ac præterea Laillierum a sententia excommunicationis in ipsum lata absolvit, necnon pristinis honoribus ac dignitatibus restituit, atque ad omnes gradus ut promoveri posset, indulsit, omnem infamiæ notam abolendo. Laillierus hac absolutione nixus, ut Doctoratus gradum assequeretur, nil intentatum reliquit. Sæcul. XV. A C. 1486.

§. XXXVI.

Facultatis Theologicæ provocatio a sententia Episcopi Parisiensis.

Verum Facultas Parisiensis Laillierum ab ejusmodi honoris spe constanter repellebat, cumque Parisiensis Episcopus Doctores, ut huic reo per ejus sententiam absoluto Doctoris lauream concederent, compellere tentaret, illi ad eos, ad quos de jure appellare licet, erectis hanc in rem tabulis die sexta Novembris anni currentis provocarunt, eoquod Episcopus contra mentem eorum, qui pro hac causſa deputati erant, egisset. Hanc appellationem Arnulphus Julin Religiosus Ordinis FF. Eremitarum S. Augustini nomine Facultatis Theologicæ interposuit. *Argentre ib.* p. 313.

Sæcul. XV. A. C. 1486.

§. XXXVII.

Binæ Pontificis Bullæ hac super cauſſa.

Id. ib. p. 316. & 317.

Innocentius VIII. Pontifex maximus comperta diſſenſione, quæ inter Pariſienſem Epiſcopum, & Facultatem Theologicam exorta eſſet, hanc cauſſam in ſe ſuſcepit, binasque Bullas edidit. Earum prima hoc anno die ſexta Decembris data, & Joanni Coſſart Vices gerenti, & ultramontano hæreticæ pravitatis Inquiſitori inſcripta fuit; in illa Pontifex Prædicationis officium Lailliero interdicit, ſimulque eidem Coſſartio, necnon Senonenſi Archiepiſcopo, atque Antiſtiti Meldenſi cauſſæ hujus diſcuſſionem committit, jubetque, ut reum in carceres conjicerent: Pariſienſi autem Epiſcopo injungit, ut præfatis Præſulibus auxilium omne impendat, & ſuam Sanctitatem de modo, quo Laillierus errores ſuos revocavit, certiorem reddat. Altera Bulla die ſeptima Decembris ejusdem anni dirigitur ad Decanum, Regentes ac Theologicæ Facultatis Pariſienſis Magiſtros; in ea Pontifex fidei ſtudium, quo illi flagrabant, commendat, & adverſus Laillierum geſta comprobat, prohibetque, ne eundem ad gradum Magiſterii admitterent; ſententiam vero Pariſienſis

sienſis Episcopi nullam, irritamque de- Sæcul. XV.
clarat; *& quoniam*, inquit ſummus Pon- A.C.1486.
tifex, *hæc omnia fidem tangunt, eſtque in Eccleſia res præcipua, & unica, intendimusque prædictum Joannem merita proſequi caſtigatione, vobis præcipimus, & mandamus, ut viſis præſentibus vos, & venerabiles Fratres Senonenſis Archiepiſcopus, & Meldenſis Epiſcopus eum capiatis, & noſtra auctoritate conjiciatis in carceres Epiſcopi Pariſienſis, aut in quoscunque alios, ubi vobis bene videbitur cuſtodiendus.* Hujus tamen cauſſæ exitus, ac ſucceſſus in tabulis, in quibus ejusmodi cenſuræ annotari ſolent, haud reperitur.

§. XXXVIII.

Cenſura Propoſitionum Joannis Mercatoris Ord. Minorum obſervantum.

Sub idem tempus quidam Monachus Ordinis Minorum nomine Joannes Mercator, cum plurimas propoſitiones omnino temerarias ac ridiculas de prærogativis S. Franciſci Aſſiſinatis prædicaſſet, idem cum Lailliero fatum ſubiit; proferamus igitur duodecim illas propoſitiones ac cenſuras, quibus illæ die ſexta Aprilis ejusdem anni a Facultate Theologica notatæ fuerunt, ac in tabulis Pariſienſis Theologicæ Facultatis leguntur.

Argentre coll. jud. p. 318.

Dupin. Bibl. tom. 12. in 4. p. 148.

Ex 1. regiſt. MS. cenſur. Facul. Pariſ.

Sæcul. XV. A. C. 1486.

I. Sedes Luciferi erat super choros Angelorum, quæ erat vacua, & modo mirabili præparata atque adornata, reservata beato Francisco soli, quia ab ea ejectus fuerat Lucifer propter suam superbiam. Et in hoc sæculo nullus fuit inventus habens tantam humilitatem, quantam habuit B. Franciscus: Ideo ad illam Sedem fuit translatus. Subjunxit Prædicator, *Qui mihi credere noluerit, vadat ad illum locum, & videat, quia mallem videre, quam credere.*

„ Hæc propositio, inquiunt Facultatis Doctores, habet quatuor partes. „ Prima pars, quæ itidem duas partes „ continet, falsa & S. Scripturæ, & S. „ Patrum sententiis contraria est, publi„ ce exponenda, & ad sensum Catholi„ cum reformanda, imo videtur publi„ ce revocanda. Secunda pars, quæ „ loquitur *de translatione S. Francisci ad Se„ dem Luciferi super choros Angelorum &c.* „ est temeraria & præsumptuosa, digni„ tati, & speciali prærogativæ beatæ „ Virginis derogans. Tertia pars, quæ „ loquitur de humilitate, in qua dicitur: „ *Et in hoc sæculo nullus fuit habens tan„ tam humilitatem, quantam B. Franciscus,* „ est temeraria, præsumptuosa, falsa, „ Sanctis injuriosa; Quarta pars, scili„ cet, *qui mihi credere noluerit &c.* est „ irriforia, & in ore Prædicatoris inde„ cens. „

II. B.

II. B. Franciſcus aſſimilabitur Chriſto in quinquaginta modis, eſtque ipſe ſecundus Chriſtus, & ſecundus Filius Dei.

„ Hæc propoſitio duas complectitur „ partes, quarum prima, ſi intendat ple„ nam aſſimilationem in perfectione, & „ æqualitate, eſt falſa & hæretica: Si „ autem loquitur de imperfecta & dimi„ nuta, ſingulari tamen ac ſpeciali ultra „ & ſuper omnes Sanctos, eſt temera„ ria & ſcandaloſa, & ſine auctoritate „ aut veritatis ſpecie aſſerta. Secunda „ pars, ſcilicet, *quod ipſe ſit ſecundus „ Chriſtus* eſt falſa, hæretica, & pub„ lice revocanda. „

III. Beati Franciſci conceptio fuit prænunciata ab Angelo. Natus in præſepio inter bovem & aſinum. Quem parere aliter, ſeu alio loco non poterat Mater ſua.

„ Prima pars hujus propoſitionis eſt „ temerarie aſſerta, ſecunda pars ridi„ culoſa, tertia pars ſimpliciter falſa. „

IV. Beatus Franciſcus ſtigmata ſuſcepit ſucceſſive, duabus horis ſemper interpoſitis, & in ſuſceptione cujuslibet cecidit in terram propter nimium dolorem, quem in ſuſcipiendo ſentiebat, ita Spiritum emiſiſſet, niſi Chriſtus eum confortaſſet.

„ Utraque hujus propoſitionis pars „ nulla eſt auctoritate fulta, ſed ab hu.

Saecul. XV. A. C. 1486

„ mano ingenio inventa videtur, de fal-
„ ſitate ſuſpecta, & hiſtoriis publicis
„ contraria, necnon cum approbata B.
„ Franciſci vitæ hiſtoria pugnans, eique
„ plurimum derogans. „

V. Beatus Franciſcus in ſuſcipiendo prædicta ſtigmata tantos dolores ſuſtinuit, vel quaſi quantos habuit Chriſtus in paſſione.

„ Hæc propoſitio non ſolum eſt falſa,
„ ſed hæretica. Imo videtur eminen-
„ tiam meritorum Chriſti, & ſpecialem
„ prærogativam uſurpare, & beato Fran-
„ ciſco auſu temerario tribuere, quæ eſt
„ publice reparanda, & revocanda. „

VI. S. Franciſcus incæpit recipere prædicta ſtigmata a ſummo mane, & perſeveravit in ſuſceptione usque ad horam nonam, qua hora Dominus noſter Jeſus expiravit.

„ Non ſolum videtur hæc propoſitio
„ actis vitæ B. Franciſci diſſonare, ſed
„ etiam veritati. „

VII. Beatus Franciſcus cum clavis retortis ab intus & extra, in ipſis ſtigmatibus incluſis, dicta ſtigmata portavit per duos annos.

„ Quamvis hæc propoſitio, ut jacet,
„ ſit hiſtoriis publicis & hiſtoriæ vitæ S.
„ Franciſci approbatæ patenter contra-
„ ria, ſecundum dictam tamen Legen-
„ dam dici poteſt, quod B. Franciſcus
„ ſtig-

„ ſtigmata Chriſti digito Dei corpori im-
„ preſſa biennio, antequam Spiritum red-
„ deret Deo, continue portaverit cum
„ clavis de carne ſurgentibus, quorum
„ capita rotunda in interiori parte manu-
„ um & ſuperiori pedum apparebant,
„ eorumque acuminibus retortis ex ad-
„ verſo ſolum exiſtentibus. „

VIII. Chriſtus in propria Perſona percutiendo ſua manu ſtigmata prædicta infixit.

„ Hæc propoſitio eſt temeraria, &
„ veriſimiliter falſa, & actis S. Franci-
„ ſci contraria. „

IX. Beatus Franciſcus vulnus, ſeu ſtigma lateris ſui ſuſcepit, quando Chriſtus latus ſuum vulneratum in cruce lateri ipſius beati Franciſci applicuit.

„ Hæc propoſitio eſt temeraria, &
„ veriſimiliter falſa, ſicut præcedens. „

X. In ſuſceptione ſtigmatum prædictorum petra ſciſſa eſt, ut in paſſione Chriſti, in cujus Petræ ſciſſura ipſe Joannes, qui hoc prædicat, brachium ſuum immiſit.

„ Hæc propoſitio eſt dubia, incerta,
„ & nullatenus, niſi reperiatur in Hiſto-
„ riis antedictis, populo prædicanda. „

XI. B. Franciſcus obtinuit a Deo privilegium, quod anno quolibet deſcendat in locum Purgatorii in die ſolemnitatis ſuæ, & animas quorumlibet Religioſorum & omnium

Sæcul. XV. A.C. 1486.

nium de habitu ipsius S. Francisci, seu Fratrum Minorum in ipso Purgatorio existentium extrahit, & secum educit in Paradisum, quemadmodum Christus, seu ejus anima descendit ad inferna, & tertia die animas Patrum secum eduxit.

„ Hæc propositio videtur de hæresi „ suspecta, & legi divinæ, & justitiæ „ multipliciter obviare ad turpem quæ„ stum & populi seductionem studiose „ prædicata, & ne amplius populo præ„ dicetur, & sub censuris, & pœnis ju„ ris districte prohibenda. „

XII. Beatus Franciscus etiam obtinuit a Deo, quod Religiosi, qui non bene servarent regulam suam, non possent diu remanere in hoc mundo; & quod murmurantes, aut male loquentes de Religiosis, & de Ordine prædicto graviter punirentur in hoc sæculo, & in altero. Quod nulli in vita sua revelavit ipse beatus Franciscus, nisi sancto Leoni Confessori suo, qui post ejusdem S. Francisci obitum revelavit.

„ Hæc propositio damnata est tan„ quam Schismatica, seditiosa, eviden„ ter & notorie falsa, temeraria, & de „ multiplici hæresi suspecta atque im„ pertinens. „

§. XXXIX.

§. XXXIX.

Sæcul. XV. A.C. 1486.

Alia cenſura Facultatis Theologicæ Pariſienſis.

„ In eodem cenſurarum catalogo Facul- *Argentre ib.*
„ tatis Theologicæ Pariſienſis alia *p.* 319.
„ præterea reperitur damnatio ſeptem *Ex primo*
„ propoſitionum, quas Meldenſis Epi- *regiſtro MS.*
„ ſcopus laudatæ Facultati porrexit. *cenſ. Facult.*
„ Sunt autem ſequentes: „ *Pariſ. fol.* 134.

I. Gravius eſt cognoſcere commatrem quam propriam matrem vel ſororem.

„ Hæc propoſitio eſt hæretica, ſcan-
„ daloſa, & publice revocanda. „

II. Super illo ſcelere non poteſt diſpenſare vel abſolvere Epiſcopus, vel ejus Pœnitentiarius, ſed oportet recurrere ad ſummum Pontificem.

„ Hæc propoſitio eſt falſa, & juri
„ communi, & Eccleſiæ conſuetudini
„ contraria. „

III. Sacerdos fornicarius non debet dicere, Dominus vobiscum, *nec officium divinum in loco ſacro, ſed profano.*

„ Hæc propoſitio eſt falſa, & de hæ-
„ reſi ſuſpecta. „

IV. Officium vel Sacramentum per talem fornicarium datum vel adminiſtratum, non valet plusquam latratus canum.

„ Hæc

Sæcul. XV. A.C. 1486.

„ Hæc propositio quoad primam su-
„ am partem est falsa & erronea, & quo-
„ ad secundam est hæretica, scandalo-
„ sa, & piarum aurium offensiva. „

V. Inter Advocatos duntaxat unus reperitur, qui salutem consecutus est, videlicet, sanctus Ivo.

„ Hanc propositionem veram esse,
„ affirmat Facultas. „

VI. Infernus est totus repletus Advocatis, & ideo nullus timeat eo ire.

„ Hæc propositio in se est falsa, te-
„ meraria, & ridicula. „

VII. Apothecarii, Armigeri, Medici, & hujusmodi homines ibunt in Paradisum, si omnes diaboli vel cauda muli sui deferant eos.

„ Hæc propositio est temeraria, præ-
„ sumptuosa, & quia quosdam status li-
„ citos, in republica probatos condem-
„ nat, & eisdem derogat, publice re-
„ vocanda. „

Hæc censura a Parisiensibus Doctoribus data est tertia Novembris Anno millesimo quadringentesimo octogesimo sexto.

§. XL.

Henrici VII. connubium, & Lancastriensium successionis jura a Pontifice confirmata.

Quamprimum Henricus VII. Angliæ solium

solium recuperasset, Innocentius VIII. non modo connubium ejus cum Elisabetha ratum habuit, verum etiam Anglis praecepit auctoritate Apostolica, ne unquam posthac de successionis juribus novas lites Lancastrienſibus movere auderent, cui etiam familiae pro jure suo Angliae sceptrum asseruit. Data est haec Epistola anno millesimo quadringentesimo octogesimo sexto die vigesima septima Martii ipsi Regi nuncupata. Aliam ad eundem perscripsit, qua Regem obtestatur, ut nullatenus permittat, regni sui Clericos saecularium jurisdictioni subjici. Dubia est hujus Epistolae dies; ad scripta quidem est septima Maji anni prioris; ast errorem irrepsisse constat, cum Henricus VII. nonnisi die vigesima secunda mensis Augusti Angliae regno restitutus esset.

Saecul. XV. A. C. 1486.

Raynald. ad ann. 1486. *n.* 46.

Labbe Conc. Tom 13. *p.* 1467.

§. XLI.

Peacockus & Milvertonus in Anglia a quadam Synodo damnati.

Sub idem tempus Joannes Mortonus Cantuariensis Archiepiscopus, & Apostolicae Sedis Legatus quaedam statuta ad restaurandam disciplinam & reformandos Clericorum mores utilia condere statuit; quapropter die decima tertia Februarii anno Domini millesimo quadringente-

Labbe Collect. Conc. Tom 13. *p.* 1466.

Sæcul. XV. A.C. 1486.

gentesimo octogesimo sexto, & translationis suæ a Sede Heliensi ad Cantuariensem anno primo, Prælatos, ceterosque Provinciæ suæ Clericos Londini in Ecclesiam S. Pauli convocavit: hujus tamen Synodi acta non extant, excepto unico decreto, quo statutum, *ut quilibet Episcopus Provinciæ Cantuariensis exequias celebrare, & sex Missas pro anima Episcopi confratris sui decedentis infra mensem a tempore notitiæ mortis dicere teneatur.* Eodem etiam anno Lambathi Synodus agebatur, Præside Thoma Archiepiscopo Cantuariensi & Cardinale, in qua Reginaldi Peacoki Cicestriensis in Anglia Episcopi errores damnati, ejusque libri igne combusti fuere, ipse vero Episcopatu depositus, in quoddam cœnobium detrudebatur. Hujus Synodi acta in ultima Conciliorum Britannicorum collectione excusa non reperiuntur, nec ad manus meas hucusque pervenerunt. Ceterum Peacockus inter suos discipulos numerabat Joannem Milvertonum Carmelitam sacræ Theologiæ Doctorem, & Professorem Oxonienſem, qui ab Episcopo Londinensi excommunicatus, demum Romam ad Papam confugit, ubi tamen frivolis ejus excusationibus rejectis, in carcerem detrusus, solido triennio detentus est.

§. XLII.

Sæcul XV.
A.C.1486.

§. XLII.

Lambertus Simnel se Comitem Varvicensem ementitus.

Necdum tamen penitus extinctum erat odium Eboracensium adversus Lancastrienſem Familiam; Isti enim ægre ac permoleste ferebant a Richemundio Angliæ solium occupari, quod & ipsi vehementer ambiebant. Nihilominus haud temere conjicimus, quod illi in apertas dissensiones haud unquam erupissent, nisi sopitæ aversionum flammæ a malis cujusdam Sacerdotis artibus excitatæ fuissent. Hic nomine Richardus Simondius in Comitatu Oxonienſi ignobili genere natus, nullaque scientia præditus, temerarius tamen, atque ad quævis audenda proclivis erat, cujus etiam perversæ indolis argumentum mox ex temerario ipsius ausu percipiemus. Is Oxonii quemdam quindecim annorum adolescentem Lambertum Simnel ex eadem urbe cujusdam Pistoris Filium educabat; huic auctor extitit Presbyter, ut se Eduardum Plantagenetum Regis Eduardi IV. Nepotem ex Eboracensi familia ortum, qui vulgo Comes Varvicensis dictus ab Henrico in Londinensi turri captivus detinebatur, ementiretur: ad istas vero fraudes scite explendas hic Presbyter Lambertum necessariis optime instruxit

Bacon. hist. regni Henrici VII.

Salmonet hist. des troubl. de la Grande Bretagne.

Sæcul. XV. A.C. 1486.

præceptis, eumque in Hiberniam adduxit, ubi incolæ Eboracenſem familiam, ex qua Plantagenetus originem trahebat, ſingulari ſtudio proſequebantur; Lambertus ergo tam dextero mendacio Varvicenſem Comitem fingebat, ut ipſe Kildarus Comes tum Hiberniæ Pro-Rex hunc perſonatum Principem ſummis obſequiis coleret: hoc Comitis exemplum cetera Nobilium corona ſequebatur, populusque ob Principis ſui præſentiam in tantam effundebatur lætitiam, ut mox Lambertum ad Dublinenſem arcem deductum ibidem cum ingenti pompa Regem proclamaret. Unde res Henrici VII. non parum turbatæ erant, qui ejusmodi conſpirationem in Anglia conflatam fuiſſe haud dubitans, mox Reginam viduam Novercam ſuam in quodam monaſterio includi juſſit, ubi etiam reliquam dierum ſuorum partem hærere compulſa eſt. Poſtea vero Varvicenſem Comitem, qui reapſe talis erat, e turri eductum Proceribus, populoque Londinenſi palam exhibuit, eumque in Eccleſia S. Pauli ſacris intereſſe, publice prandere, ac reliquo diei ſpacio per urbem deambulare juſſit; omnibus inſuper cum eo colloquendi ac verſandi copiam dedit, inclinato autem ſole illum denuo cuſtodiæ tradebat: Præterea Rex generalem delictorum oblivionem jam antea ſancitam innovabat, quin-

etiam

Sæcul. XV. A.C.1486.

etiam maximo læsæ Majestatis crimini obnoxios venia donabat. His ita provide dispositis primas Londini suscitatas seditionis scintillas tempestive extinxit; verum Hiberni Margaritæ Eboracensis, quæ Burgundiæ Ducis vidua erat, auctoritate suffulti, adoptatum errorem, spemque inde conceptam haud quaquam deponebant; Margarita enim Eboracensi familiæ summo studio non minus addicta, quam Lancastriensibus infensa, Simnel spurii hujus Varvicensis Comitis commento utebatur, ut verum Comitem ad solium eveheret. Ad hoc consilium maxime Margaritam impulit Lincolniensis Comes Suffolciæ Ducis Filius, atque ex linea materna Eduardi IV. Nepos, qui quamvis manifestæ hujus fraudis haud ignarus esset, nihilominus in Flandriam ad Ducissam viduam, ut eam ad opem ferendam sollicitaret, iter suscepit, stimulante potissimum ambitione, qua rebellis hujus factionis caput audire anhelabat; ergo Henrici solertiam dexterrime fallens, ex Anglia excedit, & conscensa navi Duciffam adit, ubi etiam Illustrem Anglum Louvelium præsentem habuit. Ceterum Lincolniensis animo suo firmiter constituit, aut verum Varvicensem Comitem in Solium intrudere, aut si forte eum Henricus e medio tolleret, sibimet ipsi Angliæ coronam imponere. Se-

Sæcul. XV. A.C. 1486.

creta hæc consilia Comes, Duciſſa penitus rerum ignara, cum ſuis amicis cudebat.

§. XLIII.

Auxiliares copiæ a Duciſſa Hibernis ſuppeditatæ.

Bacon. hiſt. regn. Henr. VII. Polyd. Virg. hiſt. Angl. lib. 26. Duchesn. hiſt. Angl. l. 19.

Igitur Duciſſa Suffolciæ Duci duo Germanorum millia ſuppeditat, omnes milites veteranos, belloque exercitatiſſimos, qui ſub imperio Martini Sowart Belliducis rei militaris ſcientia præſtantiſſimi Hiberniam peterent. Horum adventu Lamberti & Factioſorum partes, viresque non ſolum numero, ſed & animo adeo potenter excreverant, ut communi conſilio mare trajicere, & usque ad Eboracenſem Provinciam longius procedere decernerent, totius interea exercitus imperio Lincolnienſi Comiti demandato. Henricus comperta rebellium exſcenſione Nottinghamiam contendit, atque anno ſequenti milleſimo quadringenteſimo octogeſimo ſeptimo ipſus copias ſuas in quodam aperto campo prope Nevarcam in aciem collocat.

§. XLIV.

Clades rebellium.

Jamjam uterque exercitus in conſpectu erat, conſeruntur manus, & tertiam ferme

ferme horam ancipiti Marte pugnatur, donec tandem victoriæ summa penes Henricum Regem staret, rebellibus cæsis fugatisque, ac quinque suorum Ducum desideratis. Ipse quoque Richardus & Lambertus vivi traditi sunt manibus Victoris, qui eorum vitæ pepercit, ut diuturniori horum pœna ceteris vindicis justitiæ documentum præberet; Presbyter enim in vincula conjectus longo incogniti cujusdam carceris squalore contabuit; Lamberto autem adolescenti Rex vitæ gratiam fecit, non tam clementiæ sensu commotus, quam improbæ prudentiæ præceptis instigatus; quippe personatum hunc Comitem adegit, ut transfixam veru carnem ad focum in culina regia versaret, ut subditis suis eorum credulitatem identidem acerbo hoc facto exprobraret, cum fanaticum illorum Regem tam sordidæ arti mancipatum cernerent. Nihilominus post evolutum quoddam temporis spatium a tam vili munere liberatus, accipitrum curæ addictus est, hocque pacto omnes regios honores & insignia arcto nimis compendio circumscribere cogebatur.

Sæcul. XV. A. C. 1486.

Larrey hist. Angl. tom. I. Henr. VII.

§. XLV.

Pax cum Pontifice sancita a Ferdinando violata.

Quamquam Ferdinandus Neapolis Rex

Sæcul. XV. A.C. 1486.

pacem cum Pontifice solemni ritu sanxisset, nihilominus Italiam novis tumultibus involvere non dubitabat; quippe denuo sævire cœpit in omnes, qui summo Pontifici fœdere juncti erant, ac primum quidem in Aquilanos, cujus Ecclesiæ Archidiaconum cum pluribus Viris Ecclesiasticis crudelem in modum trucidari jussit, aliis eorum compluribus voluntarium exilium imminenti mortis periculo præferentibus. Nec illum ab exercenda tyrannide revocabat debita Innocentio Papæ reverentia, nec Ferdinandi Arragonum Regis, Mediolani Ducis, nec Laurentii Medicei auctoritas, quos omnes Pontifex initæ pacis vades acceperat: ne vero quid ad perfidiæ cumulum deesset, Matthias Hungariæ Rex abs dubio a Neapolitano Rege, cujus gener erat, sollicitatus, adversus Pontificem Ferdinandi partes suscepit, atque a sententia, quam Innocentius in Ferdinandum pronuntiabat, ad sacrum Collegium appellare ausus est. Hanc injuriam Pontifex conquestus, Matthiam adhortatur, *ut cogitaret, se non minori fidei & devotionis Romanæ Ecclesiæ & Sedi Apostolicæ quam socero suo affinitatis vinculo obligari, & quanto majori amore Regem ipsum Ferdinandum complecteretur, tanto majori studio illum ad obedientiam Sedis Apostolicæ, & debitam justitiam subeundam induceret,*

Raynald. annal. Eccl. hoc anno 1486. n. 20.

ret, ita namque utilitati dicti Regis rectius consuleret, quam eum duriorem in sua pertinacia conservando. Consilia itaque Ferdinando suggereret optima, ut justitiæ staret, nec novis quotidie flagitiis vetera cumularet. Verum pia hæc Pontificis monita nequaquam intimius in Regis Hungari animum penetrasse videntur. Sæcul. XV. A.C.1486.

§. XLVI.

Iniqua Matthiæ postulata.

Accessit insuper novum Papam inter & Regem dissensionis argumentum; quippe Matthias a summo Pontifice contenderat, ut puerum vix infantiam egressum, Hyppolitum scilicet Atestini Ducis Ferrariæ Filium ad Strigoniensem Archiepiscopatum efferret; id cum indignum esset, Innocentius ut ab hoc proposito Matthiam revocaret, datis ad eum literis adhortatus est, ut potius virum meritis insignem, qui Ecclesiæ Hungariæ virtutum exemplo ceteris præluceret, ac promovendæ animarum saluti idoneus esset, designare velit. Destitit quidem Hungariæ Rex indignas urgere preces: ast hujus repulsæ vindictam in Archiepiscopum Colocensem effudit, quem in vincula conjici jussit. Papa indignitate facti graviter commotus, Matthiam data epistola admonuit, ut Antistitem in *Raynald. ib. num. 38 Bonfin. dec. 4. lib. 5. in fin. & lib. 6.*

Sæcul. XV. A. C. 1485.

libertatem affereret, & si ab eo læsus esset, animi sui magnitudinem, quam toties egregiis clementiæ exemplis ostendisset, itidem erga Præsulem exhiberet: si vero illum læsæ Majestatis reum severitati legum subjici vellet, illius causam ad Apostolicum tribunal devolveret, cum nefas esset apud laicum Judicem Archiepiscopum in judicium vocari. Hæc Pontificis Epistola data est die sexta Martii, quæ tamen omni penitus effectu caruit.

§. XLVII.

Hungariæ Regis bellum adversus Imperatorem.

Bonfin. ibid. l. 6.

Hoc anno Matthias solemnes conventus Budæ celebravit, atque in iis plures, easque saluberrimas leges condidit, quibus inprimis litigantium effugia ac litium protelationes, singularia certamina, aliosque abusus tollere satagebat; verum potissimas eo curas intendit Matthias, ut superiorem quoque Austriam sibi subjiceret; hunc in finem, alio conventu Iglaviæ in Moravia coacto amicitiæ fœdus cum Wladislao Bohemiæ Rege antea initum confirmavit. Tum in Austriam movit, ac triplici Hungarorum, Bohemorum, & Rascianorum stipatus exercitu, Imperatori complures, easque munitissimas urbes ademit; in Styriam etiam irru-

irruptione facta, vicina oppida subegit, denique ut Cæsaris vires magis distraheret, cum Carolo VIII. Galliarum Rege, qui Maximilianum Austriacum Friderici Imperatoris Filium plusquam vatiniano odio infectabatur, armorum societatem iniit. Sæcul. XV. A.C. 1486.

§. XLVIII.

Tumultus in Regno Granatæ.

Equidem Germania variis tumultibus graviter jactata lugebat; ast haud pacatior tranquillitatis aura Granatensi Regno adspirabat: cum enim Patruus adolescentis Regis ægerrime ferret, quod Nepos ejus non modo solii æmulus, sed etiam socius foret, clam cum nonnullis Alfachensibus ex Almeria (ita legis Mahometanæ Doctores appellitabant) consilia agitabat, illosque promissorum amplitudine induxit, ut ipsum concubia nocte in urbem admitterent, darentque operam, ut capto, occisoque ejus Nepote simul intestino bello finem imponere possent. Verum clandestinis hisce consiliis secreti fides defuit; juvenis enim Rex de horum perfidia monitus, tanto terrore perculsus est, ut pro tuenda Almerienſi urbe imperia dare negligeret, & nequidem fratrem suum, suæque factionis præcipuos, ut & ipsi saluti suæ consulerent, *Marian. hist. Hisp. l. 25. c. 9.*

Sæcul. XV. A.C. 1486.

de periculo admoneret, sed iis patrui sui vindictæ relictis, ipse ferme solus præcipiti fuga ad Ferdinandum Arragoniæ Regem contenderet. Quapropter Rege adolescente Almeriam urbem vix egresso, Patruus per portam sibi ab Alfachensibus traditam ingreditur, rectoque tramite ad arcem convolat, eamque nemine obluctante occupat, & nobiliori ambitionis suæ victima nimirum suo Nepote jam fuga elapso, totum furorem suum in natu minorem adolescentis Regis fratrem effundit, eumque propria manu trucidat, eodemque crudelitatis impetu in ceteros Nepotis sui fautores desævit, quos omnes capitali sententia plecti jussit, feritatis suæ Ministris adeo religiose jussa exequentibus, ut miserorum nullus quocunque pacto mortem redimere posset: hanc tamen insatiabilem sævitiam ipsimet Patrui clientes summopere detestabantur.

§. XLIX.

Victoriæ Ferdinandi in Regno Granatæ.

Surit. l. 20. c. 68. Marian. l. 25 cap. 9.

Regius adolescens tanta Patrui sui crudelitate longe acrius ira accensus, horrendis execrationibus, atque juramentis se, caputque suum devinxit, si unquam fratris sui, amicorumque mortem ulcisci

ulciſci deſiſteret. Ferdinandum etiam ſummus Pontifex impenſe hortabatur, ut infidelem hanc gentem penitus exſcinderet; hic itaque novos induens animos, exercitum ſuum in aciem educit, primoque impetu Cambitum, & Haravallam occupat, quæ munitiſſima oppida, atque opportuna Maurorum ad tuendam Jaenæ urbem propugnacula erant. Continuato dein victoriæ curſu Sabram vi cepit, & Loxam, quam urbem nullis armis expugnandam jactitabant, poſt obſidionem ſatis diuturnam certis conditionibus per deditionem accepit. Eodem fato Illora, Moclinum, Monsfrigidus, & Colomera urbes ſubactæ, atque Hiſpanorum præſidiis munitæ ſunt. Poſtea ipſemet Ferdinandus hiſce triumphis glorioſus Iſabellam Caſtellæ Reginam conjugem ſuam Cordubæ, ubi Mariti ſui adventum præſtolabatur, inviſit, demandato interea exercitus ſui imperio juveni Granatenſium Regi, ad cujus vexilla tanta confluxit Maurorum frequentia, ut ipſus conflato admodum copioſo milite res ſuas reſtaurare decerneret. Verum magnis conatibus haud ſecundus colluſit eventus; quippe plures oppugnabat urbes, ſed ſemper improſpero Marte; poſtea ex improviſo exercitum ſuum Granatenſi urbi admovit, atque ſub primis noctis tenebris Albayzin, quod ſub-

Sæcul. XV. A. C. 1486.

Sæcul. XV. A. C. 1486.

suburbium est a reliquo civitatis ambitu discretum, pervenit, atque illud nullo quidem suorum dispendio ingressus est, Muleyus tamen ejus Patruus Alhambræ muros omni ex parte tot munitionibus firmabat, ut Juveni Principi hostem suum inde propellendi omnis spes succisa esset.

§. L.

Belli progressus inter ambos Granatenſium Reges.

Marian. l. c. Muleyus, quod securitati suæ optime prospexisset, haud contentus, Nepotem suum Albayzino propellere decrevit; ergo hostem suum adoritur, & obsidione jamjam in quinquagesimum diem effluente Rex adolescens ad angustias redactus, missis ad Ferdinandum fecialibus subsidia petiit, obtinuitque sclopetarios quingentos, qui ductore Ferdinando Henriquez impune Albayzinum ingressi sunt. Demum ipse Ferdinandus valido milite cinctus, Malacæ-Veliam versus contendit, eamque toto armorum apparatu obsedit: Unde Granata ingenti terrore concussa est, omnibus incolis sibi firmiter persuadentibus, capta hac urbe, cum Juvenis Rex jamjam Albayzinum occupasset, simul reliquam regni partem non evitanda ruinæ necessitate deper-

deperditum iri. Muleyas hoc periculo territus, missis ad Nepotem suum Oratoribus pacis conditiones offert, quas si acceptasset, copiose suis commodis, atque opportune rebus suis paulo ante desperatis prospexisset; ast intempestiva pertinacia seductus, quascunque propositas concordiæ leges respuit, cum animo constituisset, quod sibi soli Granatæ regnum vindicaret, nec unquam in partem auctoritatis Regiæ suum admitteret Patruum, quem velut illius Usurpatorem atque tyrannum habebat. Sæcul. XV. A.C. 1486.

§. LI.

Quidam a Lusitaniæ Rege in Æthiopiam missi.

Joannes II. Lusitaniæ Rex recens detecti orbis felicitate stimulatus, spes suas extendit ad novas ejusmodi inventiones, huncque in finem Anno Domini millesimo quadringentesimo octogesimo septimo Petrum Covillanum & Alphonsum Payvam in Indias misit, quorum uterque Regis vasallus, & linguæ Arabicæ peritus erat. Porro itineris hujus præcipuus erat finis, ut omni solertia inquirerent in quemdam Christianum Principem, quem, Presbyterum Joannem nomine, in Indiis divitiis ac potentia spectatissimum Asiæ Regem esse, rumor ferebat; *Ludolf. Hist. Æthiop. l. 2. c. 1.*

Sæcul. XV. A.C. 1486.

rebat; hiſce igitur duobus Legatis datum eſt negotium, ut cum eo fœdus pangerent. Hi, cum in Ægyptum veniſſent, ab invicem ſemoti per diverſas vias Indiam pervagantur, quin tamen ullam hujus Principis veſtigium deprehendere poſſent: vix autem Luſitaniam repetere parabat Covillanus, & maris rubri portum attigerat, cum ecce! incertis ſermonibus jactatur ſingularis potentia cujusdam Abiſſinorum Regis, religione Chriſtiani. Covillanus illico hanc famam, relatorum ſimilitudine deceptus pro re comperta habebat, cumque aliunde tam Hiſtoricis, quam Geographicis ſcientiis nonniſi leviter tinctus eſſet, minime dubitabat, hunc ipſum, quem quereret, a ſe jamiam inventum fore. Ergo rem diſertis verbis Regi ſuo nunciat, ac ſine ullius moræ diſpendio in Æthiopiam contendit; aſt illuc delatus non Joannem, ſed Alexandrum Regem offendit, qui Anno milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo quinto regni ſolium conſcenderat. Nihilominus per univerſam Europam protinus ea fama manabat, quod tandem in Africa detectum eſſet regnum percelebris illius Presbyteri Joannis, in veterum faſtis nominatiſſimi: nomen igitur ficti hujus Presbyteri Joannis, absque ulteriori veritatis diſcuſſione, temere Abiſſinorum Regi attribue-

tribuebatur, errore haud novo; quippe longo retro tempore alium quemdam Tartariæ Principem haud graviore rationis momento, aut forte ob vitiosam nominis pronuntiationem ita appellatum fuisse legimus. Sæcul. XV. A C 1486.

§. LII.

Maximilianus Romanorum Rex salutatus.

Jam dudum S. R. I. Electores Friderico Imperatorem impense rogabant, ut Principum Germanorum comitia indiceret, in quibus de novo Cæsaris successore ageretur, & Maximiliano ejus Filio Germanicum imperium assereretur. Ægre Imperator annuit Principum votis, tandem tamen Friderico, hujusque Filio præsentibus, Francofordiæ die vigesima Januarii conventus celebratur, & decima sexta Februarii Maximilianus observata Bullæ aureæ forma ab Electoribus in Regem Romanorum electus est. Suffragabantur sex Romani Imperii Electores, videlicet Moguntinus, Colonienſis & Trevirensis Archiepiscopi, Comes Palatinus, Dux Saxoniæ, & Marchio Brandeburgensis. Vix electionis hujus Nuncium Maximiliani Orator, qui tum Romæ versabatur, compererat, cum primum sibi, præ ceteris Regum ac Principum

Naucler. Chron. Gener 50. p. 503 Burch. in diar. Cærem Krantz. 13. sax. 1. Michov. l. 4. c. 73. Crom. l. 29. Bonfin. dec. 4 l. 7.

Sæcul. XV. A.C. 1486.

cipum Oratoribus, dignationis, locique prærogativam deberi contenderet; aſt lite in publico Purpuratorum Senatu propoſita deciſum, nihil immutandum eſſe, donec Maximilianus miſſis Romam legatis obſequium præſtitiſſet, ac pro Electo Romanorum Rege habitus fuiſſet; cum enim Wladislaus Bohemiæ Rex Francofordienſibus comitiis abſens imo nequidem ad ea vocatus fuiſſet, & aliunde eum cum Friderico ſimultates foviſſe conſtaret, eoquod Cæſar Bohemo quodcunque auxilii genus denegaſſet, fœdusque cum Hungariæ Rege ſanxiſſet; ideo haud temere ſuſpicabantur quam plurimi, Wladislaum Maximiliani Electioni obluctaturum.

§. LIII.

Inauguratio Maximiliani.

Freher. to. 3. rer. Germ.

REapſe Bohemiæ Rex ſe ad Comitia haud invitatum fuiſſe, ægerrime ferebat, ac ſe hoc pacto neglectum graviter conqueſtus eſt apud ſummum Pontificem, ab eoque petiit, ut S. R. I. Electoribus ſcriberet, ne illum ſuo jure privarent; verum inſuperhabitis hiſce querelis Maximilianus in Regem Romanorum eligebatur, ejusque ultima coronationis ſolemnia celebrata fuere Aquisgrani die nona Aprilis, ibidemque Archiepiſcopus Colo-

Colonienſis pro jure ſibi competente Regem corona Caroli Magni inſignivit. Poſtulabatur etiam ad firmandam hancce electionem Innocentii ſummi Pontificis conſenſus, qui electionem, cum de Maximiliani obſequio abunde certus eſſet, ratam habuit, datisque ad eum feſtivis literis dignitatem gratulatus eſt. Alia etiam epiſtola Pontifex Friderico Imperatori ingentem teſtatus eſt animi ſui lætitiam, ex fauſto conceptam nuncio, quod in Filio ſuo tam dignum ſibi ſucceſſorem nactus eſſet. Sæcul XV. A. C. 1486.

§. LIV.

Lex de pace Germaniæ.

Poſt hæc Fridericus, & Maximilianus, Electoribus, atque Imperii ordinibus communi voto ſuffragantibus, legem tulere de tuenda pace publica, quam per univerſum Imperium ſolidos tres annos inviolabili fide ſervandam ſanxerunt. Eo conſilio ad omnes ſuos ſubditos de colenda tranquilitate mandata dederunt, pacisque violatoribus, cujuscunque ſtatus ac conditionis forent, ſi non legibus, ſed ferro, ac privata vindicta jus quærere præſumerent, pœnam proſcriptionis a toto Imperio intentarunt, declarantes, eidem ſupplicio obnoxios fore, qui conſilio vel opera ad violandam pacem *Naucler. to. 3 general. 50. p. 503.*

Sæcul. XV. A C. 1486.

concurrerent. Hæc lex a compluribus acceptata, ab aliis neglecta fuit: ex illis vero, qui eidem non solum consensu suo suffragati sunt, sed etiam illam sanctissime observarunt, eminuere Sueviæ populi, qui fœderibus pacis inter se sancitis adeo terribiles suis vicinis effecti sunt, ut plures Imperii urbes, ac præpotentes etiam Principes sese illis adjungere contenderent; unde ortum est nomen *fœderis Suevici*, de quo apud Germaniæ Historicos frequens, eaque perhonorifica mentio occurrit.

§. LV.

Acres literæ Maximiliani ad Galliarum Regem.

Peractis coronationis solemnibus Maximilianus in Flandriam profectus est, & Brugas veniens epistolam oppido acerbam, ac indignatione plenam ad Carolum VIII. perscripsit, nec famæ Belojovienſis Comitissæ, ejusque Mariti pepercit. (*) Contendebat, Gallos violata

(*) *Krantzius Saxo. lib. 13. cap. 2. testatur, Maximilianum prius a Gallis lacessitum fuisse, eosque illi misisse literas valde aculeatas, quibus ipsum hoc scommate pupugerunt, quod se*

Regem

ta pace inter Ludovicum XI. & Flandros sancita, indies hostium more agros depopulari; nisi ergo concordiæ legibus, quibus illata damna resarciri, atque fractæ pacis injuriæ reparari possent, subscribere vellent, tandem se compulsum iri, ut aperte bellum eis denunciaret, prius tamen a se Regem admoneri, ut convocatis Regni sui comitiis promptum his malis remedium afferret. Maximiliano Carolus Rex acerbioribus adhuc verbis respondens, adeo Archiducis indignationem concitabat, ut congregatis Flandrorum Ordinibus non sine gravibus verbis exponeret, haud ultra tolerandam esse Gallorum audaciam, qua Flandrorum quietem impune perturbare præsumerent; denique revocata Guinegatani prælii memoria eisdem novum pugnandi, vincendique ardorem inspirare conatus est, pluribus exaggerans, quanti ipsorum referret, ad belli sumptus copiosa suppeditare auxilia. Forte segnius erat in Maximiliano belli desiderium, quam necessarii ad sustinendum dignitatis suæ decorem subsidii votum; cum enim Fridericus Pater illius parca satis manu pecunias repræsentasset, Filius, ut con-

Sæcul. XV. A.C. 1486.

Regem Romanorum jactaret, cum tamen Roma nihil potestatis aut opum haberet.

Sæcul. XV. A.C. 1486

congruo cultu viveret, ad varios parandæ pecuniæ prætextus recurrere compulsus est. (*)

§. LVI.

Dissidia Flandrorum Procerum circa bellum contra Gallos.

Argentre hist. Bretag lib. 12. c. 20.

Verum utut res sese habuerit, Maximilianus ut bellum, quod Gallis indixerat, honestiori fuco coloraret, causſa usus est ad speciem haud contemnenda; Cum enim Aureliæ ac Britanniæ Duces in Francos bellum pararent, ipse vero eisdem

(*) *Lectoris judicio relinquimus, an hæc sit reflexio Historico Ecclesiastico digna; nunne licitum sit, absque ratione, sine teste, proprios ex cerebro, & sub insulso quodam FORTE contra Regiæ dignitatis honorem, & Augustissimæ cujusdam Domus decorem ejusmodi convicium arbitrarie confingere? Si adeo parca fuit Friderici manus, si tam inops Maximilianus, quo nervo igitur, & tam prospero Marte, Gallos devicit, & contra Bohemos & Belgas in aciem progressus? FORTE doni gratuiti e Clero suo exacti prætextu usus est? Abunde habuit Maximilianus ad sustinendum dignitatis suæ splendorem, forte tamen citius hostes suos deviciſſet, si promptius a Patre suo adjutus fuisset;*

eisdem armorum societate junctus esset, horum copiis suas quoque adlegere, ut inquiebat, ex lege fœderis obstringebatur. Aſt optatus illius consiliis deerat successus; brevi enim Carolus VIII. cuncta Ducis Aurelianensis molimina dissipavit, & Convennarum Comite Aquitanniæ Præfectura exuto, ipsius Comitatum Franciæ regno aggregavit, & Engolismensem in obsequium redire compulit; demum vero armis suis in Britanniæ fines excurrens, Britones tanto terrore perstrinxit, ut inter Provinciæ Nobiles ingens exoriretur opinionum dissensio; nam nonnulli eorum, ne patriæ salus perperam discrimini exponeretur, Aureliæ Ducis partes deserendas esse opinabantur: alii ex adverso ad repellendam vim parati, adversus Gallos arma capessenda suadebant. Aſt bellum inferre Rex animo haud volutabat, unice intentus, ut Nobilium animos hac in re exploratos haberet, quapropter Rivennarum Marescallum ceteris acrius belli consiliis oblectatum fuisse comperiens, quantocius ad illum ablegavit Spinacium Burdigalen- *d'Espinay*
sem Archiepiscopum natione Britannum, & Buchagii Dominum, qui Marescallo supplicarent, ut ipse Britanniæ Duci de Regis animo a bello prorsus alieno fidem faceret, eumque induceret, ne rebellibus Regis Franciæ subditis auxilio

Sæcul. XV, A. C. 1486.

Sæcul. XV. A. C. 1486

xilio esset, iisdemque dabatur negotium, ut Duci, si has preces rejiceret, statim nunciarent, Regem coactum iri, ut ad compescendum Aureliæ Ducem Nobilibus Britannis necessarias suppeditaret copias.

§. LVII.

Maximiliani bellum adversus Gallos.

Paligny hist. Car. VIII.

Insuperhabitis hisce Caroli conatibus Maximilianus Romanorum Rex bellum auspicatur: præprimis autem Flandros in gratiam recepit, eosque compulit, ut eum tanquam Tutorem Archiducis filii sui venerarentur, postea vero urbem Theruanam ex improviso capere tentavit: verum a Cordæo illius regionis Præfecto acriter invasus, ad Regni civitates, quæ pacis cum Rege Gallo initæ vades erant, literas dedit, questus, quod a Comite, & Bellojovensi Comitissa, Galliarum Regis auctoritatem usurpantibus, contra jus fasque opprimeretur. Hæc Epistola per fecialem Lutetiam delata, in quodam conventu, qui in Urbis Prætorio cogebatur, recitata est, ad quam fecialis non aliud accepit responsum, quam quod Ministris regiis dictare lubebat: Igitur Maximilianus hac spe dejectus, Guisiam urbem occu-

occupare molitur, haud secundiore tamen successu, demum vero cum exercitu suo decem aut ferme duodecim armatorum millibus valido in agrum Cameracensem excurrit; attamen annonæ & pecuniarum inopia pressus, necnon a Gienſi, & Cordæo Mareſcallis continuo laceſſitus, Mechliniam ſeſe recipere compulſus eſt, magna Germanorum militum parte a ſignis dilabente. (*)

Sæcul. XV. A.C.1486.

§. LVIII.

Fœdus Galliarum Regis cum Britonibus Aurelianenſis adverſariis.

Rex Franciæ Bellovaco Compendium delatus, ibidem de adverſa Britanniæ Ducis valetudine nuncium accepit, quam ob rem nulla mora copias ſuas Turonium usque promovit. Verum Ducis morbo paulatim remittente, Rex Ambaſiam reverſus eſt, negotii Archiepiſcopo Burdigalenſi & Buchagio demandati

(*) *Mirum ſane, quod Continuator totus in enarrandis Maximiliani adverſis, ex ſuo tamen Comminæo l. 7. c. 3. non recenſeat, Archiducem hoc anno S. Audomari urbem, Morinum. Atrebatum, aliasque plures arces Gallis eripuiſſe.*

Sæcul. XV. A.C. 1486.

dati exitum præstolaturus, quorum etiam solertiæ optatus collusit eventus; quippe concordiæ fœdus in Castro Brientii firmatum est, hisce pacis conditionibus; mitteret Rex in Britanniam haud plures, quam quadringentos Lancearios, & quatuor millia peditum; excederet cum hisce copiis ex Britannia, quam primum Aurelianensis, ejusque sectatores inde discesserint; nullam urbem vel obsideret vel caperet absque Rivenarum Marescalli consensu; nec ullam Ducatus partem sibi vendicaret; Timebant enim Britones, ne Rex Britanniam sibi subjicere tentaret: huic ergo periculo, ut obviarent, solliciti erant.

Chateau Briant.

§. LIX.

Comminæus captus cum pluribus aliis.

Comm. l. 6. c. 12.

Sub idem tempus Philippus Comminæus de clandestinis cum Aurelianensi consiliis suspectus, custodiæ datus est, unacum Culantio, Geofrido de Pampadour Petrocorienſi Episcopo, Georgio de Ambasia Montis Albani Antistite, & Bussyo ejusdem fratre. Perfidiæ convicti erant per complures literas incognitis notis descriptas, ac casu interceptas. Comminæus primum Lochiam deductus, in ferrea cavea per octo circiter menses

ſes captivus hærebat, ut ipſemet teſtatur, qui idem commemorat, quod Virdunenſis Epiſcopus harum cavearum Auctor in omnium primam a ſe inventam conjectus, & ſolidos quatuordecim annos ibi detentus fuerit; additque Comminæus, ſe haud ferendis cruciatibus fuiſſe vexatum, quin tamen Aurelianenſis Dux, cujus gratia hanc ſibi calamitatem adſciverat, vel minimum mali levamen auctoritate ſua procurare conatus fuiſſet. Tandem Lochia Lutetiam ad carceres, ubi delegata ſupremæ Curiæ Pariſienſis judicia exercentur, translatus toto ſesqui anno ibi detinebatur, donec ei ad ſuæ conjugis preces, pro inſtruendis cauſſæ actis Commiſſarii dati eſſent. Juxta præſcripta legum interrogatus, tanta animi conſtantia, rerum ordine, perſpicuitate, ac vigore reſpondit, ut ab omnium criminum ſibi impactorum culpa ex judicum ſententia abſolveretur; inde vero Argentonium in Pictavia ad ſua ſe recepit, haud ultra a domo ſua recedens, niſi ubi Carolum VIII. Regem in bello Neapolitano comitari jubebatur.

Sæcul. XV. A.C. 1486.

Tournelle

§. LX.

Epiſtolæ Pontificis ad Reges Catholicos de eorum victoriis.

Innocentius Papa, compertis felicibus Ferdinandi Arragonum Regis in Gra-

Raynald. an. 1486. n. 53. & 55.

Sæcul. XV. A. C. 1487.

natenſi regno belli ſucceſſibus, glorioſas haſce victorias binis ad eum literis gratulatus eſt, eumque ad proſequendum belli curſum accendit. Ex his epiſtolis prima data eſt in Menſe Julio, altera vero in Menſe Decembri. Anno autem milleſimo quadringenteſimo octogeſimo ſeptimo idem Pontifex Menſe Januario Ferdinando atque Iſabellæ Regibus, dato diplomate, conceſſit, ut convocatis regni Arragonenſis Ordinibus ſubſidia pro bello adverſus Mauros ſubditis ſuis imponere valerent, quamvis id lege vetuſta prohibitum eſſet, Rexque ad illam obſervandam juramento ſe obſtrinxiſſet. Inſuper tertia decima Septembris Innocentius Epiſcopum Brixienſem, & Lombardiæ Inquiſitorem datis literis admonuit, ut hæreticos, qui ſuis erroribus pertinaciter immorantur, ſeveritate legum coerceat, cumque officiales Epiſcoporum ſententias exequi recuſarent, Papa præcepit, ut ejusmodi officiales anathemate percellerentur, *ſi infra ſex dies, poſtquam legitime fuerint requiſiti, latas contra hujusmodi hæreticos ſententias prompte exequi detrectaverint, ceſſante legitimo impedimento.*

§. LXI.

Sæcul. XV.
A. C. 1487.

§. LXI.

Auxilia contra Turcas Poloniæ Regi a Pontifice promissa.

Efflagitabat hoc anno Casimirus Poloniæ Rex opem ab Innocentio Papa adversus Turcas, qui Lithuaniam & Russiam infestis excursionibus fœde vastabant. Justis precibus flexus Papa subsidia promisit, dataque epistola omnes vicinas Nationes, Polonos, Poruſſos, Livones, Germanos & Bohemos, promissa noxarum venia, atque æternæ salutis spe, hortatus est, ut sacram militiam professi Casimirum Regem pro tuenda Christiana religione in hac sacra expeditione sequerentur, eos vero, qui, præfato Rege in bello contra Turcas existente, inducias cum Polonia indictas violare, aut Pontificis mandatum infringere attentaverint, excommunicatos declaravit. *Raynald. ib.*

§. LXII.

Fœdus inter Innocentium Papam, & Venetos.

Summus Pontifex, ut validiora Casimiro Regi auxilia subministrari possent, ad redintegrandam in Italia pacem indefessum studium adhibebat. Equidem concordia nuper cum Ferdinando Neapolis *Naucler. chron. gener. 50. Raph. Volat. lib. 4.*

Sæcul. XV. A. C. 1487.

polis Rege ſancita parum ſtabilis erat, ut ſupra memoravimus: optatior tamen Pontificis voto arriſit ſucceſſus, dum hoc anno in Menſe Februario cum Venetis ad viginti quinque annos ſolemne fœdus percuſſit. Impliciti tum erant bello cum Sigismundo Archiduce Auſtriæ, jamque inter eos commiſſum erat prælium, in quo Fridericus Sanſeverinas ad flumen Atheſim in Venetorum ditione, facta Tridentinorum eruptione cæſus occubuit. Pontifex igitur ſedandi ejusmodi belli cupidus, Traviſinum Epiſcopum legatum deſignavit, qui juncta Oratoris a Friderico Imperatore miſſi opera bellantes Principes conciliabat, proſpero ſane eventu; quippe menſe adhuc Novembri pax utrinque firmata eſt. Unde ad efficaciora Bajazethis progreſſibus obſiſtendi media expeditior Innocentio via aperiebatur, ſuam quoque junxit operam Fridericus, qui Norimbergæ Principum Electorum comitia cogebat, in quibus de unione & pace Principum Chriſtianorum componenda, & de bello adverſus Turcas ſuſcipiendo ageretur. Pontifex etiam Friderico Imperatori, cum ad coercendos Infidelium auſus promptiſſimum exhiberet animum, indulſit, ut beneficiorum decimas pro erogandis in rem militarem ſumptibus Clero ſuo imponere poſſet. Verum Imperator exi-

Surita Annal. lib. 20. c. 79.

tiali

tiali bello adversus Hungaros implicitus, omni studio nitebatur, ut Austriam sibi a Matthia Rege ereptam recuperaret, unde Pontificis voto potius pia voluntate, quam effectu respondere poterat; ex quo non parum augebatur timor, ne Bajazethes totam Siciliam sibi subjiceret. Sæcul. XV. A.C. 1487.

§. LXIII.

Pontificis timor de Turcarum conatibus.

Sub idem tempus Bucolinus perditissimus homo Auximum Marchiæ Anconitanæ urbem occupabat, quam ut sibi assereret, cum Turcis societatem ineibat. Ea res summo Pontifici maximum incussit terrorem; unde datis ad Magnum Rhodiorum Magistrum literis, necnon exposita periculi caussa rogavit, ut & ipse ad conciliandos Europæ Principes suum quoque studium impenderet, ut tandem Turcæ junctis Christianorum viribus opprimi possent. Nec sane inanis erat Papæ metus; quippe Bucolinus auxilia a Turcis satis valida præstolabatur; spondebat enim Bajazethi se unius semestris fluxu universam Marchiam Anconitanam Othomannico subacturum imperio, si Turcarum decem millia ei mitterentur, ex qua dein Provincia facile ad reliquam Italiæ partem in Bajazethis *Raynald. hoc ann. 1487. n. 6.*

Sæcul. XV. A.C 1487.

jazethis potestatem redigendam exercitum effundi posse promittebat, eoquod Principes in varia diffidia scissi essent. Nec hisce ad Magistrum Rhodiorum literis contentus erat Innocentius, sed insuper Julianum Cardinalem cum Pontificio exercitu ad cingendam Auximum Urbem submisit, eique Ducem Jacobum Trivultium cum mille equitibus adjunxit; Ludovicus quoque Sfortia & Cardinalis Balves subsidiarios milites adduxere; verum cuncta hæc consilia incassum ceciderunt, eoque necessitatis deventum est, ut cum Bucolino de conditionibus pacis agere oportuerit. Itaque Laurentius Medicæus misso hanc in rem Episcopo Aretino septem aureorum millia Bucolino pollicitus est, ea lege, ut Auximum Romanæ Ecclesiæ restitueret, & a Turcarum fœdere discederet. Bucolinus acceptata conditione ad Laurentium de Medicis Florentiam perexit, a quo admodum liberaliter exceptus est; a Mediolanensi vero Duce accitus suspendio affectus, debitas pœnas luit.

§. LXIV.

Dissidia inter Pontificem & Neapolis Regem innovata.

Sarita t. 20. 4. 66.

Hoc Anno Ferdinandus Neapolis Rex assiduo in Papam odio stimulatus, præci-

præcipuos Romanæ Eccleſiæ Proceres ad convivia, aliasque animi oblectationes accivit, eos tamen ibidem inſigni prorſus perfidia trucidari juſſit. Innocentius quidem hujus crudelitatis omnino ignarus erat, minime vero eum latebat, quod Rex continuo in eum, ſuosque amicos odio flagraret, unde die octava Julii datis literis Regem paterna charitate admonuit, ut in obſequium rediret, nihilque adverſus Romanæ Eccleſiæ vaſallos præter fas ſtatueret. Verum Papæ monita Ferdinandi crudelitas prævenerat: quippe corpora Procerum, quos adeo perfide necaverat, jamjam in mare projecerat, ne tamen populi odium atque invidiam in ſe provocaret, atque a ſe omnem patratæ cædis ſuſpicionem amoveret, quotidie cibos ad occiſos inferri juſſit, perinde ac ſi adhucdum vivi in carceribus detinerentur. Pontifex, quem non minus atrox Regis facinus quam doloſum ejusdem commentum latebat, nuncium Apoſtolicum decrevit ad Epiſcopum Cæſenatem, eo fine, ut Proceres, quos Papa ſæculari judicum poteſtati permiſſos arbitrabatur, in libertatem vindicaret, cunctaque judicii acta contra eos edita reſcinderet, intentatis etiam cenſurarum Eccleſiaſticarum pœnis. Epiſtola Papæ ad Epiſcopum data eſt die vigeſima quarta Julii. Idem quoque

Sæcul. XV. A C. 1487.

Onuphr. Pan. in Innoc. VIII.

Sæcul. XV. A.C. 1487.

que Nuntius negotium accepit, ut Ferdinandum ad vectigal Romanæ Ecclesiæ pendendum urgeret: Verum ille a Rege nil nisi durissima retulit verba, qua indignitate Pontifex summe commotus, Ferdinandum regno exuit, ad quod occupandum Galliarum Regem, qui illud sibi legitimo ex jure competere contendebat, evocavit.

§. LXV.

Hispanorum victoria de Mauris.

Surita l. 20. c. 70. Marian. hist. l. 25. c. 10.

Interea Ferdinandus Arragonum Rex totus in eo erat, ut Granatæ regnum suo subjiceret imperio, nilque propius esse videbatur, quam ut Velis urbs adincitas redacta in Regis potestatem veniret, cum ecce! Muleyus Adolescentis Regis patruus cum quinque vel sex equitum & plusquam viginti peditum millibus in auxilium accurrit; nihilominus Hurtado de Mendoza, qui Hispanorum copiis præerat, recentem hanc militiam aggreditur, ruptisque hostium ordinibus Mauros cædit, fugatque, ipsumque Maurorum Regem cum residua exercitus sui parte Almunecaram se se recipere compellit; cum autem is loci hujus securitati diffideret, primo Almeriam, demum Gaudicem auffugit. Hac Patrui absentia Rex Juvenis Mahometes Boabdiles opportune

Gaudix

portune usus, Granatam urbem occupat, ipsis etiam Oratoribus, quos Muleyus nuperrime ad procurandam pacem ad Boabdilem miserat, ad subigendam urbem non infimam opem conferentibus; hos enim juvenis Rex antea blanditiis sibi dexterrime devinciebat: Vix autem urbe potitus, se præsente omnes Patrui sui fautores jugulari præcepit, missisque ad Ferdinandum & Isabellam nunciis eos de prospero armorum successu certiores reddidit, pro omnibus tamen Mauris suæ fidei addictis securitatis gratiam efflagitavit, simul pollicitus, se trigesima post die, qua Ferdinandus urbes Almeriam, Bacam & Guadicem, quo ejus Patruus confugerat, armis suis subegisset, Granatensem etiam urbem Catholicæ suæ Majestati traditurum; Annuit Ferdinandus & Isabella omnibus Boabdilis precibus. Saecul. XV. A.C. 1487.

§. LXVI.

Malaca a Ferdinando capta.

Interea Velienses, præcisa omni auxilii spe, pactis conditionibus sese dederunt; cum vero Malacæ arcis præsidiarii strenue Hispanorum impetus sustinerent, hinc toto armorum apparatu illius obsidio urgebatur, tandemque arx vi capta est: hujus urbis jactura plurimas alias eo- *Marian. ib.*

Sæcul. XV. A. C. 1487.

dem fato involvit; unde Ferdinandus & Isabella totius Granatæ Regni, quod occidentalem plagam respicit, dominio potiebantur, Malacæ autem præfecturam Garziæ Fernandez Manrique demandabant. Malacitana hæc victoria tam ampla Christianæ Reipublicæ incrementa contulisse videbatur, ut Romæ festivi ignes excitati, ac publicæ lætitiæ signa ubique edita fuerint. Ipse summus Pontifex ad Ecclesiam S. Mariæ de populo nuncupatam, ut Deo grates ageret, perexit, ibidemque rem divinam ritu solemni celebravit. Ferdinandus etiam summo Pontifici centum Mauros ferreis catenis onustos, velut victoriæ testes dono tradidit, qui partim Cardinalibus, partim præcipuis Romanis Proceribus distributi fuere. Cum autem jam antea plures Neophyti in suos errores relapsi Malacam confugissent, ut Censorum fidei severitatem, pœnasque effugerent, Papa S. R. E. Vice-Cancellarium, & Balvem, ambos Cardinales, designavit, qui in eos inquirerent, illosque debita pœna afficerent: hinc eorum plusquam duo millia Valentiæ & alibi combusta referuntur.

§. LXVII.

Sæcul. XV.
A.C. 1487.

§. LXVII.

Scoti pro canonizatione Margaritæ Reginæ Pontifici ſupplices.

Ineunte hoc anno Jacobus III. Scotiæ Rex ab Innocentio Papa efflagitabat, ut Sanctorum albo adſcriberet Margaritam. Ea erat Edmundi II. Regis Angliæ Neptis, necnon filia Eduardi primi, qui ſecundo genitus Filius erat Edmundi & Agathæ, quam Conradi Salici Imperatoris aut filiam aut Neptem extitiſſe, nonnullorum opinio fert. Ceterum Margarita ſanctitatis fama illuſtris extremum diem clauſit Menſe Novembri Anno ſalutis milleſimo nonageſimo tertio. Quarto ante illius obitum die ejusdem Maritus Macolmus Scotiæ Rex mortuus eſt; hic enim, cum adverſus Robertum Northumbriæ Comitem bellum gereret, occubuit, dum Halnum flumen trajicere parabat. Piis ergo Scotorum precibus annuens Pontifex, hoc anno die ſecunda Junii diploma edidit, quo Santandreano Archiepiſcopo, necnon Glascovenſi Præſuli, aliisque in mandatis dedit, ut in vitam & Margaritæ miracula, auditis teſtium depoſitionibus inquirerent. Ferunt nonnulli, eandem jam Anno milleſimo ducenteſimo quinquageſimo primo ab Innocentio IV. ritu ſolemni

Raynald. ad hunc ann. num. 26.

Bailllet. vit. Sanct. fol. tom. 2. ad 10. Jun. p. 119.

Sæcul. XV. A.C. 1487.

in Sanctarum numerum fuisse relatam, ejusque caput Duaci apud Jesuitas Scotos religiose asservari traditur.

§. LXVIII.

Joannis Pici Mirandulani propositiones a Papa proscriptæ.

Trith. & Bellar. de Script. eccl.
Paul. Jov. in elog. 39.
Dupin. Bibl. Script. to. 12. p. 106.
P. Alex. hist. sæc. 15. p. 1. p. 104.
Argentre Collect. jud. de novis error. t. 1. p. 320. & seq.

Anno præcedenti Joannes Picus Mirandulæ, & Concordiæ Comes, inter omnes ævi sui Viros eruditionis gloria facile Princeps, Romæ nongentas de Theologicis, Mathematicis, Magicis, Cabballisticis, de naturalibus, divinisque rebus quæstiones disputandas proposuit, quas non modo ex Græcis & Latinis, sed etiam Hebraicis & Chaldaicis Auctoribus decerpserat. Eo tempore Picus nonnisi viginti tres annos numerabat, has tamen theses per totum, qua late patet, orbem divulgatas in omni scientiarum genere longe versatissimus rara rerum cognitione propugnabat; inde vero scientiæ suæ fama magis magisque inclarescente æmulorum invidiam in se provocabat, ac nonnulli ejus propositiones impugnabant, affirmantes, quod non paucæ earum de fide suspectæ essent. De his monitus Pontifex illas, prout erant excerptæ, eique exhibebantur, viris doctis examinandas commisit, qui tredecim

decim omnino propositiones haud propu- Sæcul. XV.
gnari posse censebant. Nihilominus Pi- A.C. 1487.
cus eas prolixa Apologia intra septendecim dies elucubrata, quæ etiam ejusdem Auctoris operibus præfixa est, defendendas suscepit, referens rem prorsus singularem, ex qua facile dignosci potest, quam fœcunda errorum parens sit ignorantia. Ait enim, „quemdam Theo„ logum, qui præ ceteris propositionum „ censuram sibi arrogabat, interrogatum, „ quid verbum *Cabula* significaret, re„ spondisse, hominem esse impium, & „ hæreticum, qui contra Christum Do„ minum calamum suum acuisset, inde„ que ejus Sectatores nomine ab eo mu„ tuato Caballistas *appellari*.„ Nec ampliorem quam ille Theologus rerum divinarum humanarumque cognitionem assecuti videntur illi, qui Joannem Picum Magiæ postulabant, cum intelligere haud possent, quod ille viginti trium annorum adolescens tam eximia doctrina imbutus esset. Interea tamen Pontifex sub anathematis pœna hasce theses legere vetuit, Picumque Mirandulanum Romam venire jussit; nil tamen amplius tum in hac caussa actum est.

Secul. XV. A.C. 1487.

§. LXIX.

Propositiones ex Pici thesibus excerptæ.

Argentre ib. *Dupin. loc. cit.* *Joan. Ric. pag. 83. edit. Basil.*

Percipiamus ipsas tredecim propositiones ex ejus thesibus extractas. I. *Christus non veraciter, & quantum ad realem præsentiam descendit ad inferos.* Joannes Picus in sua apologia primam hanc propositionem ita vindicat. *Fateor*, inquit, *quod teneamur credere Christum descendisse ad inferos: Non videtur tamen, quod determinatum modum illius descensus teneatur quis explicite credere, sed sufficere, quod credat Christum descendisse non secundum corpus, nec secundum corpus, & animam, sed secundum animam tantum, sicut autem animæ separatæ non competit locari nisi ratione operationis, ideo licet anima Christi præsentialiter fuerit in inferno, substantia tamen non fuit ei ratio præsentialitatis, sed solum sua operatio. Ergo sic ponens conclusionem meam non possum accusare de hæresi: sed potius, qui tenent aliquid esse de fide, quod non sit de fide, male sentiunt de fide.*

II. *Peccato mortali finiti temporis, non debetur pœna infinita secundum tempus, sed finita tantum.* Ad hanc propositionem Joannes Picus respondet, *quod in peccato duo possint considerari* I. *conversio ad bonum*

bonum creatum. II. *Aversio a bono increato. Primo modo peccatum est malum finitum. Secundo modo, quia est aversio ab infinito bono, est extrinsece & objective infinitum malum. Dein dupliciter potest intelligi, quod alicui peccato debeatur pœna* I. *quod ei aliquando reddetur.* II. *Quod illam quidem promeritus sit, sed tamen actu non reddatur pœna infinita secundum tempus; omne igitur peccatum, cui debetur pœna primo modo, id est, pro quo aliquando reddetur pœna infinita, etiam dicto modo infinitum est, nec aliquis damnatur, nisi peccatum, pro quo damnatur, sit illo modo infinitum secundum tempus. Altero autem modo peccatum non habet pœnam infinitam, scilicet si ipse non sit finaliter impœnitens, nec in fine omittit pœnitere de illo peccato, quod omisit vel commisit in vita, ita pro temporali peccato primo modo debetur pœna infinita, si non redeat peccator ad justitiam. Alias enim pœnitentia finit peccatum.*

III. *Nec crux Christi, nec ulla imago adoranda est adoratione latriæ, etiam eo modo, quo ponit S. Thomas.* Hanc propositionem ita explicat Picus. *Dicit S. Thomas, quod licet imagini Christi, ut est res quædam in se, non debeatur adoratio, ei tamen, ut est imago, debetur eadem reverentia, quæ debetur ipsi Christo, quæ est adoratio latriæ. Ex adverso Guilielmus*

Secul. XV. A.C 1487.

Durandus, Henricus de Gandavo, Robertus Holchot, & plures alii Theologi docent, nullo modo dicendum, quod imaginem Christi, etiam ut est imago, adoremus adoratione latriæ, quia ut sic est res creata; verum autem esse, quod Christus ut rememoratus per Crucem adoretur eadem adoratione, ac si esset præsens in se; & istum sensum ego concedo, utpote qui rationabilior est opposita conclusione.

IV. *Non assentior communi Sententiæ Theologorum dicentium, posse Deum quamlibet naturam supponitare, sed de rationabili tantum hoc credo.* Circa hanc propositionem ita mentem suam declarat: *Per hanc conclusionem ego non intendo (cum Henrico de Gandavo) negare Deum posse quamlibet naturam supponitare, sed intendo negare assensum particularem & explicitum hujus assertionis; non enim omnis fidelis tenetur assentire explicite & in particulari omnibus possibilibus secundum omnipotentiam Dei absolutam, aut ista explicite in particulari profiteri.*

V. *Nulla est scientia, quæ nos magis certificet de divinitate Christi, quam Magia & Cabala.* Hanc conclusionem ita declarat Joannes Picus: *Intelligo, quod inter scientias, quæ neque ex modo procedendi, neque ex suis principiis, neque ex suis conclusionibus innituntur revelatis, nulla sit, quæ nos magis certificet eo modo, quo de hoc*

hoc certificare possunt scientiæ humanitus inventæ, quam Magia illa, quæ est pars scientiæ naturalis, & pars illa cabalæ, quæ est scientia, non tamen est Theologia revelata. Sæcul. XV. A.C. 1487.

VI. *Si teneatur communis via de possibilitate suppositationis, respectu cujuscunque creaturæ, dico, quod sine conversione substantiæ panis in Corpus Christi, vel paneitatis annihilatione, fieri potest, ut in Altari sit corpus Christi secundum veritatem Sacramenti. Quod sit dictum loquendo de possibili, non de sic esse.* Idem Scriptor ad hanc Conclusionem dicit: *Loquor in præsenti de Sacramento possibili, & possibili præsentia Corporis Christi simul cum pane, non autem de Sacramento Eucharistiæ jam instituto. Igitur scholasticæ exercitationis gratia quæro: An possit per alium modum salvari, corpus Christi posse esse in altari, quam per conversionem panis in ipsum, scilicet per substantiationem paneitatis in divino supposito unacum humanitate assumpta,* „& postquam hanc in rem quædam „ ultro citroque attulisset argumenta, ac „ Patrum testimonia, illas quoque refel- „ lit rationes, quibus stabiliri posset hæc „ opinio, asserens, quod admitti possit a- „ lius modus, a transubstantiationis diver- „ sus, quo præsentia realis explicaretur, „ tandem vero demonstrat, Thesium sua- „ rum propositionem huic opinioni mi- „ nime favere.„

Sæcul. XV. A. C. 1487.

VII. *Rationabilius est credere Originem esse salvum, quam credere ipsum esse damnatum.* „ Circa hanc propositionem Picus „ fatetur, dogmata, quæ Origeni attri„ buuntur, impia esse: affirmat tamen, „ se haud temere pronunciare posse, quod „ ea illi falso adscribantur; si vero O„ rigenes has hæreses vere docuisset, „ credi tamen adhuc posse, „ *quod ipsum de scriptis suis pœnituerit. Nec debet,* prosequitur Picus, *credi, factam esse de ejus damnatione determinationem ab Ecclesia: stultum enim esset dicere, quod Ecclesia determinaverit Origenis animam esse damnatam, quia non, sicut consuevit Ecclesia canonizare aliquos, ita etiam consuevit damnare, & etiamsi verum esset, quod Ecclesia determinaverit Origenem esse damnatum, adhuc de necessitate fidei Catholicæ non tenemur assentire, quod ita sit; tanta enim est fides adhibenda Ecclesiæ in damnatione alicujus, quanta in Canonizatione Sanctorum, sed dicit S. Thomas, quod Sanctos Canonizatos ab Ecclesia non teneamur de necessitate fidei credere esse in gloria.*

VIII. *Sicut nullus præcise sic opinatur, quia vult sic opinari, ita nullus credit sic esse verum præcise, quia vult sic credere.* Hanc propositionem veram esse affirmat Picus, *nullus enim potest aliquid credere ex libero arbitrio, id est, ex mero imperio voluntatis sine rationis persuasione, aut motivo; ex*

eo

eo tamen non sequi, quod actus credendi articulum non sit in libera potestate voluntatis.

IX. *Qui dixerit, accidens existere non posse, nisi inexistat Eucharistiæ, poterit Sacramentum tenere, etiam tenendo panis substantiam non remanere.* Ad hanc propositionem respondet Picus, *quod ille, qui diceret, accidentia non posse esse sine subjecto, & teneret cum S. Thoma distinctionem realem existentiæ panis ab essentia, posset dicere, non repugnare omnipotentiæ divinæ salvare existentiam panis sine essentia ejus.*

X. *Illa verba,* Hoc est Corpus meum *&c. quæ in consecratione dicuntur, materialiter tenentur, & non significative.* Respondet Picus: „ ista verba non ut a „ Christo, sed ut a Sacerdote prolata „ materialiter esse accipienda; Christus „ enim ea protulit significative sumpta, „ vere enim Apostolis suis dedit corpus, „ & sanguinem, qui fundetur; Sacer„ dos autem consecrans non tradit cor„ pus suum & sanguinem, sed corpus & „ sanguinem Christi; „ ergo *hæc verba nonnisi recitative profert, quid autem recitatur, nisi vox prolata ab alio, & propterea vox ista alterius vocis recitatoria est materialiter sumenda; non enim corpus Christi frangetur, nec ejus sanguis effundetur.*

XI. *Miracula Christi non ratione rei factæ, sed ratione modi faciendi suæ divinitatis*

Sæcul. XV. A.C. 1487.

tatis argumentum sunt certissimum. Ad hanc propositionem idem Auctor reponit, *ea miracula, quæ Christus fecit, secundum se argumenta esse, quod ea fecerit in virtute Dei, qualiter etiam a puro homine fieri possent; id vero, ex quo possumus concludere, Christum fuisse Deum, esse ideo, quia taliter agebat, qualiter agunt, qui virtute propria, & non aliunde accepta agunt, quod est proprium Dei.*

XII. *Magis improprie dicitur de Deo, quod sit intelligens, quam de Angelo, quod sit anima rationalis.* „ Hanc propositio„ nem Joannes Picus vindicat auctorita„ te librorum, qui S. Dionysio Areopa„ gitæ attribuuntur, „ ubi S. Doctor *sæpe dicit de Deo, quod non sit intellectus neque intelligibile.*

XIII. *Anima nihil actu & distincte intelligit, nisi seipsam.* Circa hanc propositionem declarat, *se non universaliter negare de anima pro quocunque statu quamcunque distinctam cognitionem aliorum a se, sed intendere illud intelligere abditum, quod est sine phantasmate, vel adminiculo sensuum, per quod nihil distincte intelligit, nisi se ipsam.* „ Hac ratione celebris hic Auctor tre„ decim mox relatas propositiones de„ clarare nitebatur, & in sua apologia ra„ tiones exponebat, ob quas ejus Ad„ versarii ipsum denunciare permove„ bantur.„ *Alii,* inquit Picus, *hoc ipsum de*

de Philosophia disputandi genus, & hanc de literis publice disceptandi institutionem non approbabant, ad pompam potius & doctrinæ ostentationem, quam ad comparandam eruditionem esse oblatrantes. Nonnulli me audacem dicebant, & temerarium, qui hac ætate de sublimibus Christianæ Theologiæ mysteriis, de incognitis disciplinis disputationem proponere non dubitarem: multi quod de tot numero, id est, de nongentis disputaturus essem quæstionibus, me accusabant, & superflue, & ambitiose, & supra vires id factum calumniantes; quidam his non contenti me etiam magum, impium, & novum in Christi Ecclesia hæresiarcham prædicabant. In hoc uno mihi objecto hæresis crimine tacendum haud putabam; scribit enim Ruffinus, esse quidem glorioſum Christi exemplo patienter injurias tolerare; at unam notam hæreseos, qui ferat, vel dissimulet, non esse Christianum, & Hieronymus inquit: nolo in suspicione hæreseos quemquam esse patientem. Postea respondet illis, qui *genere hoc disputandi, numerosa propositarum rerum multitudine*, & præcipue ex eo offendebantur, quod arcana hebraicæ Cabalæ detexisset. Sæcul. XV. A.C. 1487.

§. LXX.

Maximiliani conatus ad conflandum fœdus contra Gallos.

Equidem fœdere Gallos inter & nonnullos

Sæcul. XV. A C. 1487.

Argentr. hist. Britan. lib. 12.

nullos Britanniæ Proceres firmato, haud parum Britanniæ Dux, necnon Aurelianenſis fautores turbabantur; aſt omni penitus ſpe excidebant, poſtquam Maximiliani Romanorum Regis conſilia optato fruſtrabantur ſucceſſu. Nihilominus plurimum adhuc præſidii in hoc Principe reponebant, eoquod ipſe adverſus Franciam armorum ſocietatem inire adlaboraſſet, ac hujus fœderis ſocios præcipue Lotharingiæ Ducem, Reges Catholicos, Ducem Sabaudiæ, Albretum, Borbonium Ducem Conneſtabilem Franciæ, aliosque ſibi adjungere niteretur. Verum & hi quoque conatus incaſſum ceciderunt; quippe Belojovienſis Comitiſſa Lotharingiæ Ducem in fide retinuit, pollicendo eidem Provinciam, quamvis hæc Francici juris eſſet: Rex vero Arragoniæ aliunde bello contra Mauros totus occupatus erat, & Sabaudiæ Dux, cum litem de Salutiarum Marchionatu componi ſperaret, Franciam ſibi infenſam reddere pertimeſcebat. Denique eo tempore Coneſtabilis denuo in Bellojovienſis Comitis fratris ſui, atque Adminiſtratricis gratiam redibat. Itaque præter Albretum Principem nullus huic fœderi nomen dabat; hic enim, quamvis non modo Aurelianenſem Ducem, ſed & Romanorum Regem corrivales haberet, ſpe tamen nuptiarum cum Hærede Britanna adeo

adeo pellectus erat, ut fœdus iniret, quo pollicitus est, quod centum suos lancearios, qui tum Gallorum stipendia merebantur, a Regis exercitu avocare, atque in Britanniam ducere velit. Sæcul. XV A.C.1487.

§. LXXI.

Urbs Nannetensis in Britannia a regio exercitu obsessa.

Interea Carolus VIII., occupatis Aquitanniæ urbibus, die septima Martii Burdigalam solemni pompa ingressus est: inde Pictavium contendens, Parthenæam urbem, ut se dederet, sollicitatam, mox pactis conditionibus occupavit. Postea exercitum in quatuor agmina divisum Britanniam versus duxit, dato negotio, ut uno impetu in illam ex quatuor diversis partibus irruerent; ipse vero, ut eo citius hujus expeditionis successum edoceri posset, Lavalli in Cenomania substitit. Hic exercitus triplo major erat, quam fœderis cum rebellibus Britannis initi legibus præfiniebatur, unde illius adventu Britanniæ Dux anxiis curis pressus, nulla mora copias suas contraxit, hostem repulsurus; verum vix non eodem tempore compluribus suorum amissis, cum residuis quatuor millibus Venetum sese recipere compellebatur: cum vero hujus etiam urbis obsidionem vereretur, post bre-

Gaguin lib. 11.

Bellef. lib. 5. *c.*153. *&* 159.

Sæcul. XV. A.C. 1487.

brevem moram, conſcenſa navi, Crociliacum contendit, ac inde adverſo flumine Nannetem usque revehebatur. Interea vero Galli capta Plenermela Venetum obſidione cingunt, eamque urbem nemine obluctante brevi occupant. Tunc primum Britones ſera licet pœnitentia ſuum, quo in patriæ ſuæ ſinum Gallos advocare decreverant, errorem deflebant; mox enim die decima Junii Carolus VIII. copiis ſuis Nannetem urbem obſedit, utque expeditioni proximior eſſet, relicto Lavallo Augenium usque proceſſit.

Foligny hiſt. Carol. VIII.

Nannetes urbs erat amplitudine ſua celebris, & valido præſidio munita, civesque ad repellendos hoſtium impetus obfirmati, cum potiſſimum eorum animos ſtimularet Britanniæ Ducis ſui præſentia, qui ipſus præſidii imperium in ſe ſuſcipiens, obſidionis curas partiebatur cum Aurelianenſi Comite, Araufionenſi Principe Covennarum Comite, aliisque Nobilibus, qua Gallis, qua Britannis.

§. LXXII.

Galli obſidionem ſolvere a Dunenſi Comite compulſi.

Eo tempore Dunenſis Comes abſens erat, utpote ad Angliæ Regem pro ſuppetiis miſſus, quas tamen advehere haud poterat, eoquod adverſante vento in

in portum Maclovienſem, unde ſolverat, jam tertio rejectus, ac bis ex curſu ad Britanniæ oram propulſatus eſſet. Cum tandem ſexta vice navem conſcendere pararet, obvium habuit Burgundiæ Nothum, qui ad Comitem ex Romanorum Regis exercitu mille quingentos milites adduxit. Igitur Dunenſis præter hasce ſuppetias, ſexaginta ferme hominum millia in Britannia inferiore, ubi ad famam de eorum Duce Nanneti obſeſſo quivis ad arma volabat, tumultuarie collegit, hisque copiis auctus, ad urbem progreſſus. Attamen cum illæ ad diſciplinam militarem minime aſſuefactæ, armis male inſtructæ, belli experientia rudes, nec haſtam nec gladium verſari edoctæ eſſent, Comes illas utpote ad expeditionem plane inutiles reliquit, ex toto exercitu ſelectis non niſi ſex exercitationum millibus, quibus nec non Flandrorum copiis munitus, Nannetem ingreſſus eſt e regione, quæ *Foſſa* nuncupatur, ubi urbs præpediente Ligeri flumine ab hoſtibus cingi non poterat. Eo facto Dunenſis Comes exeunte Julio Gallos urbis obſidionem, quam incaſſo labore ſextam jam ſeptimanam urgebant, ſolvere compulit; quapropter eorum exercitus expugnandæ civitatis ſpe fruſtratus, ſervato tamen militari ordine pedem referebat, & Cliſſonium, Vitræum, Dolum,

Sæcul. XV. A.C. 1487.

Sæcul. XV. A.C.1487.

lum, aliasque tam exigui momenti urbes occupabat, ut harum omnium expugnatio Nannetensis urbis felicitatem minime adæquare potuerit; hac enim capta Rex facili negotio totam Britanniam suis armis subjeciſſet.

Altera ex parte magis secunda Gallis adſpirabat fortuna; Albretus enim, qui collectis tribus ceu quatuor armatorum millibus Britanno in auxilium accurrere parabat, a Candalio in itinere interceptus est, atque in arce Nontronienſi ad Lemovici fines cinctus, suas copias deditione facta dimittere, ac Regi fidem imposterum servandam polliceri compulsus est. Sub idem tempus Cordæus, qui in finibus Artheſiæ copiis imperabat, Audomaropolim, & Theruanam dolo cepit, atque in loco a Bethunia non nisi media Leuca dissito Philippi Clivienſis Raveſteinii legiones profligavit, ipsumque Philippum unacum Egmontio & Nassovienſi Comitibus, Bossutio, aliisque in captivitatem abstraxit. Maximilianus hac clade attritus, ab armis ceſſare, ac Wallonum Provincias Victorum arbitrio cedere coactus est.

§. LXXIII.

Britanniæ Dux Rivenarum Mareſcallo reconciliatus.

Adverso hoc fato Britanniæ Dux alieni sub-

subsidii spe frustratus, Ducatus sui Nobiles in gratiam reducere conabatur: Cum autem inter ceteros potentia facile princeps esset Rivenarum Marescallus, hunc præprimis promissorum amplitudine sibi conciliare tentabat, eidemque pollicebatur, quod illi supremum exercitus imperium deferre, ejusque consilia unice amplecti velit; præterea Marescallo exposuit, totam Britanniæ salutem in solo ejus præsidio repositam esse. Verbo, tot rationum momentis illum devicit, ut Marescallus, cum ob violata pacta in castro Brientii sancita jam aliunde Gallis infensus esset, in pristinam concordiam cum Duce rediret, hujus pacis conciliatore Convennarum Comite; priusquam tamen fœdus firmaret, Galliarum Regem datis literis obsecrabat, ut copias suas e Britannia evocaret; eas enim non nisi ad Aureliæ Ducem inde propellendum fuisse accersitas ajebat: illo igitur suisque sequacibus ultro discessum parantibus, absque fœderis læsione Gallis in Britannia hærere haud integrum esse. Insuper Nobili hujus epistolæ Bajulo clam dabat negotium, ut Bellojovensem Comitissam adiret, ejusque sententiam hac super re exploraret, quæ etiam dato mox responso mentem suam aperire haud differebat. Nec magis propitium erat Regis responsum, quod Convennarum Co-

Sæcul. XV. A.C. 1487.

Argentre hist. Brit. lib. 12. c. 40.

Sæcul. XV. A. C. 1487.

mes Legatus ad Carolum a Duce missus accepit. Hæc rerum facies plurimum valebat, ut tandem Rivennarum Marescallus firmiter sibi persuasum haberet, Gallos nonnisi Britanniam occupandi cupiditate stimulatos præsens bellum inchoasse; unde ab eorum partibus penitus secessit, illiusque exemplo quam plurimi Britanniæ Proceres permoti ad Ducis sui obsequium redierunt.

§. LXXIV.

Fœdus inter Galliarum Regem & Matthiam Regem Hungariæ.

Bonfin. lib. 4. dec. 7.

Carolus Galliarum Rex, cum Matthiam Hungariæ Regem Friderico Imperatori bellum inferre intelligeret, misso ad eum Oratore firmum, ac constans fœdus cum eo inire nitebatur, eo fine, ut, dum Imperator, & Maximilianus Rex Romanorum gemino bello, eoque in diversis Flandriæ & Austriæ regionibus inchoato distraherentur, neuter alteri suppetias ferre posset. Matthias, dum Engburgum Austriæ oppidum expugnabat, de proximo Gallici Oratoris adventu certior reddebatur, unde quantocius eidem cunctos Proceres, ac Prælatos, qui tum ejus latera stipabant, obviam procedere jussit; ipse vero Legatum singulari pompa exceptum ad suum alloquium admisit, denique fœde-

fœdere utrinque inito, eidem magnis muneribus aucto abeundi veniam conceſſit, ſimul vero Joannem Epiſcopum Varadinenſem ad prædictum fœdus firmandum, velut amicitiæ teſtem in Gallias ad Carolum legavit. Hic idem Epiſcopus in mandatis quoque habuit, ut Ducis Mediolanenſis ſororem Joanni Corvino Matthiæ, qui nullos legitimos habebat liberos, ſpurio filio deſponſaret, ac pariter Zizimum Bajazetis Turcarum Imperatoris Fratrem a Galliarum Rege impetraret, ut ſub illius nomine Matthias Turcam graviori, quam antea bello, metuque afficeret. Verum in hoc Galliarum Rex Matthiæ votis cedere haud poterat, eoquod jamjam Zizimum Pontifici promiſiſſet. Ceterum rara erat hujus Legati magnificentia; quippe trecentos imprimis ducebat ejusdem coloris ac magnitudinis equos, quibus totidem juvenes ex univerſis Nobilium ordinibus delecti, & toga, purpureoque habitu inſignes, vehebantur. Iſtorum capita gemmatis ſertis obducta, ac colla pretioſis torquibus ornata ſuperbiebant.

Sæcul. XV. A C. 1487.

Jalignii hiſt. Carol.

§. LXXV.

Carolinæ Cypri Reginæ obitus.

Hoc anno Carolina Cypri Regina, cujus Parentes erant Joannes III. ejusdem nomi-

An. Sylv. Aſia cap. 97.

Sæcul. XV A C 1487

nominis Rex, & Helena Palæologa Theodori Moreæ Despotis Filia, Romæ die decima sexta Julii ex Paralysi diem supremum clausit. Hæc variis adversantis fortunæ casibus jactata, a Jacobo Spurio fratre suo regno exuebatur, hinc primum in Sabaudiam, postea Romam secessit, ubi præsente summo Pontifice ac Cardinalibus quam plurimis omnes suas ditiones Carolo Sabaudiæ Duci dono reliquit.

& Comm lib. 7 Lusing hist. Cypri.

§. LXXVI.

Greorgii Trapezuntini extrema.

Paul. Jov. in elog. c. 25. Vossius de hist. lat. l. 3. c. 8.

Ad hunc, aut certe ad priorem annum revocandus est Gregorii Trapezuntini Viri inter Græcos scientia longe præstantissimi obitus. Vivis ereptum planxit Roma, quo ante captam Constantinopolis urbem, sedente Eugenio IV. Pontifice sese receperat, ac pluribus annis Rhetoricam & Philosophiam docuerat. Nicolao V. Pontifici ab epistolis erat, pluresque libros latino sermone elucubrabat; plures vero græce conscriptos latine reddebat, ac denique posteritati relinquebat Epistolam ad Joannem Paleologum, qua eum, ut Basileam quantocius veniret, adhortatus est; scripsit etiam duos Tractatus de processione Spiritus sancti adversus Græcorum sententiam: hos libros Leo Allatius in primo Tomo suæ Græ-

Græciæ Orthodoxæ publici juris fecit. In eorum altero agit Gregorius de unitate Ecclesiæ Catholicæ, necnon de Primatu Ecclesiæ Romanæ, ubi affirmat, quod quinque Patriarchales Ecclesiæ, servato dignitatis ordine, quodammodo inter se subordinentur, atque vacante Romana Sede universalis Ecclesiæ regimen Constantinopolitano Patriarchæ deferendum sit. Præterea orationem edidit in hæc Christi Domini verba: *Si eum volo manere, donec veniam Joan. c. 21. v.* 28. ex quo S. Joannem nunquam mortem subiisse infert: Inter ejus opera etiam recensetur Historia de Martyrio S. Andreæ Chiensis a Turcis occisi. Ex Græco idiomate in latinum transtulit S. Cyrilli commentarios in Joannem, ejusdemque quatuordecim tractatus de Trinitate, necnon plures Homilias S. Chrysostomi; tractatum S. Gregorii Nisseni de vita Moysis, libros S. Basilii contra Eunomium, & tractatum Eusebii de præparatione Evangelica. Adeo honorificam de Aristotelis doctrina opinionem concepit, ut nonnisi cum contemptu de Platonica mentionem faceret, quod tamen Trapezuntini studium Cardinalis Bessarion eximius Platonis fautor suggillabat. Tandem Gregorius summa senectute confectus, omniumque literarum, quas olim didicerat, penitus oblitus, Romæ decessit;

Sæcul. XV. A.C. 1487.

Dupin Bibl. Script. tom. 12. p. 124.

Sæcul. XV. A.C. 1488.

fit ; hunc Andreas ejus Filius contra Theodorum Gazam admodum enervi Apologia vindicabat.

§. LXXVII.

Mors Alexandri de Imola.

Fichard. in vis Jurisconf.

Leand Alberti deſcrip. Ital.

Poſſevin. in Appar.

Eodem anno Alexander Tartagnius, ab ortus ſui loco dictus de Imola, celebris Jurisconſultus naturæ debitum ſolvit, annos natus quinquaginta quatuor. Sepultus eſt Bononiæ in Eccleſia FF. Prædicatorum, ubi ſepulchrum in ejus honorem conditum e marmore exurgit. Magiſtrum habuit Joannem de Imola, ipſe vero ſumma laude ſolidos triginta annos Juris præcepta Pariſiis, Ferrariæ, ac Bononiæ tradidit. Scripſit Commentarium in ſextum librum Decretalium, & in *Clementinas*, præter complures alios juris civilis tractatus, qui omnes Venetis, Francofordienſibus, & Lugdunenſibus litteris excuſi proſtant. Ejus quoque vita a Nicolao Antonio Gravatio deſcripta tractatui de conſiliis præfixa habetur.

§. LXXVIII.

Maximiliani contentio cum Flandris.

Hoc anno milleſimo quadringenteſimo octogeſimo octavo Romanorum Rex Carolo de Mannevilla negotium dedit, ut

Sæcul. XV. A.C 1488.

ut Raſſinghemium, quem ſibi non minus adverſum, quam Gallis addictum compererat, comprehenderet, captumque ad Vilvordiæ caſtrum abſtraheret. Aſt quidam nomine Liekerkes ſecreti mandati conſcius, tanta dexteritate uſus eſt, ut Raſſinghemium ex arce ereptum, Tornacum conduceret, qui ambo haud multo poſt tempore Gandavum delati, civibus ea, quæ Raſſinghemius pro patriæ ſalute a Maximiliano perpeſſus eſſet, exponebant, ſimulque Flandriam a Germanis fæde devaſtari referebant. Sola horum narratione jam credula gens ad communem ſeditionem accendebatur, unde mox ad arma convolant Gandavenſes, Cortracum dolo occupant, atque Ypram voluntaria deditione ſibi vendicant. Hac indignitate facti Romanorum Rex graviter commotus, nulla mora Flandriam pro ſummo imperio ſibi ſubjicere, ac rebelles aperto Marte compeſcere ſtatuit.

§. LXXIX.

Maximilianus Brugis cuſtodiæ datus.

Magnæ molis erat Romanorum Regis conſilium, illudque præprimis Brugenſes ſibi oppido fatale futurum præſentiebant; verebantur enim, ne Rex Gandavenſibus ſuperatis in eos quoque, utpote illis immoto ſtudio addictos, totum

Sæcul. XV. A.C. 1488.

tum armorum impetum quantocius effunderet; Conceptus iste timor primum emunctioris naris Viros invaserat, postea in plebis civiumque animos velut communi incendio diffundebatur, qui ad hunc rumorem tantopere commoti sunt, ut quantocius portis & mœnibus occupatis præcipuas urbis vias obsiderent, nec non Maximilianum, suis duntaxat famulis atque satellitibus stipatum capere, atque in cujusdam Pharmacopolæ domo custodiæ dare non erubescerent. Demum omnes hujus habitaculi fenestras crateribus muniunt, necnon excubiis circumpositis, ipsi in Prætorio urbis congregantur, & Maximilianum a gubernandis Archiducis Philippi Filii sui ditionibus excluſum declarant, postea novos Magistratus creant, & captivo Regi nonnisi duos famulos attribuunt, ceteros vero in vincula conjiciunt, ac Procerum plurimos Maximiliano addictos capite plectunt.

§. LXXX.

Pactis conditionibus Maximilianus libertati restitutus.

Marian. hist. Hisp. l. 25. c. 12. Raynald. ad hunc an. n. 2.

Fridericus Imperator comperta perduellium violentia mox Flandris præcepit, Maximilianum Filium ejus libertati assererent, & si obedire renuerent, se cun-

cunctos Germaniæ Principes ad eorum interitum accersurum minabatur. Ipse etiam ulterioris moræ impatiens cum valido exercitu in Flandriam contendit, ubi, cum adveniſſet, Maximilianum jamjam e custodia expeditum invenit. Pontifex etiam ab Imperatore rogatus, Brugenses hortatus est, ut Regem dimitterent, eosque, ni ad officium redirent, anathemate ab Archiepiscopo Colonienſi percellendos significavit. Quinimo idem Præsul, ut rebellibus terrorem incuteret, monitorias, ut vocant, literas promulgabat. Verum Brugenses non tam Papæ minis territi, quam ultronea voluntate ad obsequium revocati videntur; quippe pro libertate Maximiliani ipsimet conditiones dictabant sequentes: intra septem dierum terminum omnes exteri milites e Flandria & Belgio excedant, omnes copiæ hucusque conscriptæ sacramento solvantur; Rex Romanorum meliori, quo poterit, modo honestam cum Gallis pacem ineat, ac in promissæ fidei pignus Gandavensibus obsides tradat. Pactis hisce conditionibus Maximilianus mense Majo ad medium vergente in libertatem restitutus est; cum vero extortis ejusmodi pactis se minime obstrictum sciret, brevi civilis belli flammæ in gravius, quam unquam, incendium erupere. Scribunt Historici, Ferdinandum Arragoniæ Regem

Sæcul. XV. A C. 1488.

Krantz Saxon. i. 23. c. 11.

Surita l. 20. c. 8.

Sæcul. XV. A.C. 1488.

gem, ejusque conjugem Isabellam suos quoque Legatos ad Brugenses decreviſſe, qui Maximilianum quantocius e custodia liberari postularent, eoque tempore primam spem fuisse factam celeberrimi illius connubii, ex quo Augustissimæ Domus Austriacæ gloria summa cepit incrementa. Præterea Flandri, utrum Maximilianum Gallarum Regi traderent, deliberabant, sed tamen ab hoc proposito absterriti, nonnisi Archiepiscopi Colonienſis edictum ad Parisienſem Senatum transmittebant. Rex contra hujusmodi literas insurgens, palam de iis conquestus est, caussatus, Pontificem contra Flandros, cum hi nullum alium, præter Franciæ Regem, superiorem agnoscerent, nullo jure tantum rigorem exercere potuisse, nec tamen se culpam ullam Pontifici imputare dixit, quem tam profunda rerum cognitione præditum nosset, ut præceps adeo consilium ab eo emanasse, in animum inducere haud valeret, proin eum a malignis quibusdam gloriæ ac status tranquilitati adversantibus circumventum fuisse, se credere ajebat, eo maxime nomine, quod Pontificem de privilegiis regni optime instructum, illis adeo facile derogaturum sibi haud persuadere posset. Insuper contra hanc Papæ severitatem Generalis Procurator Parlamenti Parisienſis provocabat, hasque

que literas omnino subreptitias, necnon regiæ Majestati injuriosas criminabatur; ipse quoque Rex hanc in rem literas ad Papam dedit, querelis plenas. Sæcul. XV. A.C 1488.

§. LXXXI.

Britanno atque Aurelianensi dies dictus a Galliarum Rege.

Posthæc Maximilianus libertati redditus, in Germaniam ad Imperatorem Patrem suum secessit, ac Philippo Filio suo Albertum Saxoniæ Ducem Gubernatorem dedit. His Flandrorum tumultibus Carolus VIII. Galliarum Rex opportune usus, consilia, quæ in Britannum agitabat, exequi festinat, suumque exercitum primo vere in aciem educit. Prius vero Britanniæ & Aureliæ Ducibus diem dixit, qua in judicio, ubi lites circa aquas & sylvas per universam Franciam dirimi solent, * comparerent: si vero ad præfixam diem in judicio se sistere negligerent, cunctas pœnas a jure statutas in eos intentari jussit. Hæc Rex perfici voluit per Parisiensis Curiæ Præfectum, Aulæ Consiliarium, & supremum Apparitorum Præfectum. Interea Rivenarum Mareschallus, quem in Ducis sui gratiam rediisse, ac supremum exercitus imperium suscepisse meminimus, cum copiis, quas Augenii receperat, Venetum occu-

Mezeray Synops. chron. tom. 4. hist. Carol. VIII.

* *Table de marbre.*

Sæcul. XV. A.C. 1488.

occupabat, opem ferentibus quibusdam Anglorum peditibus, ac mille equitibus. Trimollius, qui regiis copiis præerat, jure talionis Castellum Briantii vi captum solo æquari jubet, Augenium expugnat, ac Felicerias & S. Albini oppidum obsidet.

§. LXXXII.

Aurelianensis in prælio Sant-Albinensi captus.

Saligny hist. Carol. VIII. Belleforest. l. 5. c. 55.

Britones ac Galli, qui Ducis Aurelianensis partibus adhærebant, Felicerienſi urbi opem laturi junctis viribus advolant, ast tardo nimis consilio; eam enim non minus, quam urbem sancti Albini deditionem feciſſe comperiunt. Nihilominus Trimollius, cum pertimesceret, ne recentes hæ Britonum copiæ oppidum recuperarent, eis obviam processit, ac vigesima septima Julii die, quæ erat Dominica, copias suas urbi admovit. His Britones minime territi exercitum in aciem instruunt; Galli quoque hostem aggressuri agmen suum in tres ordines disponunt; primo præerat Adrianus Hospitalius, secundo imperabat Trimollius, extremam denique aciem ducebat Bodricurtius Maresçallus. Jam tormenta bina ex parte laxata multam globorum, ac flammæ vim non sine ingenti cæde evomebant; necdum enim Britones eam artem

Belcarius in vit. Ludov. XII. c. 4.

artem edocti erant, qua juxta novas militaris scientiæ leges equestre agmen suos ordines cito dissolvit, pedites vero supini in terra ejusmodi tempestatem eludunt. Mox Trimollius, quamvis ætate juvenis, virili tamen robore præditus in Rivennensis Mareschalli agmen irrupit, nec tamen illius ordines perfringere poterat; unde parumper in transversa hostium latera impetum facere compulsus, cum nonnisi levis armaturæ equites obsisterent, facili negotio eos disjecit, ac continuato fortitudinis cursu in mediam aciem prorupit, ubi Britones Gallorum equis vecti, nec tamen ephippiis immote insidentes, una omnes a regiis equitibus fusi, fugatique sunt, his vero haud amplius in ordines redeuntibus, pedestres copiæ subsidii inopes ferme omnes trucidatæ sunt, sex millibus Britonum desideratis: Trimollio autem integra cessit victoria, qua magis glorioſam a longa annorum serie nemo alius retulisse celebratur. Sæcul. XV. A.C. 1488.

Captus est in hoc prælio Aurelianensis Dux, unacum Arausionensi Principe, qui inter media occisorum cadavera latitans mortuum se simulabat: ast a quodam sagittario cognitus, idem cum Aurelianensi fatum subiit: brevi tamen a Bellojovensi Comitissa, cum Mariti ejus sororem sibi connubio copulasset, libertate dona-

Sæcul. XV. A.C. 1488.

donatus, quin etiam ab ea Britanniæ Pro-Regis dignitate auctus est. Minus tamen propitiam Aureliæ Dux expertus est Comitissam; hæc enim tam nobilem captivum vindictæ suæ arbitrio relictum sibi gratulabatur, ac gaudio inde concepto imperare nescia, illum primo Lusignanum in Pictavia sub valida custodia deduci, ac paulo post in magnam Bituricensem Turrim conjici jussit, demum vero Andegavum, ubi tum Rex agebat, delatum, in arce inclusum detinuit. Interim Trimollius continuato victoriæ cursu Dinantium, ac Maclovium opera Vice-Comitis de Rohan occupavit; hic enim natione Brito, Gallorum partibus accesserat, ut eorum ope sua in Britanniam jura efficacius prosequeretur, quem Ducatum sibi eo nomine deberi contendebat, quod Mater sua Maria de Britannia, nec non ejusdem soror Margarita prima Ducis conjux, unicæ essent Francisci I. hæredes.

§. LXXXIII.

Fœdus concordiæ Gallum inter & Britannum.

Britanniæ Dux hac rerum vicissitudine inter arcta deprehensus, in Angliam fugere animo volutabat; non deerant tamen, qui Duci auctores essent, satius fore,

fore, Regis gratiam experiri ; placuit Duci consilium, hancque in rem Dunensem & Convenensem Comites ad Carolum Regem ablegat, eidemque literas mittit submissione plenas, atque illum supremum Dominum, se vero illius vasallum appellitat. Ergo Andegavi congrediuntur, ubi etiam Rex Britanni Ducis Oratores alloquio excepit. Saecul. XV. A.C. 488.

Haud levibus argumentis Britannicæ hæreditatis jura sibi asserebat Carolus VIII.; quippe Nicolaus de Britannia Comitis Blesensis hæres Ludovico XI. sua jura cedebat. Ergo ad rem ex æquo dijudicandam utrinque arbitros constituere oportuit; jam frequens hac super re consultatio habebatur Andegavi in castro Vergiensi, quod Giensi Marescallo parebat. Attamen, cum rei gravitas maturiorem deposceret discussionem, magisque tranquilitatis in Britannia revocandæ necessitas urgeret, præplacuit Regi, pacem reddere sequentibus concordiæ legibus. I. Missos faceret Dux omnes sibi confœderatos, atque exterorum societates, proin ex suo exercitu dimitteret Anglos & Navarros. II. Filias suas, absque Regis consensu, nuptui non daret, hicque articulus a Britanniæ ordinibus ratus haberetur: si qui vero eam legem perfringerent, Regi ducentorum aureorum mil-

Sæcul. XV. A.C. 1488.

lium mulctam penderent. III. Nullas exterorum copias Dux adversus Gallos in suas ditiones reciperet. IV. Partas urbes regi cederet, uti sunt, Maclovium, S. Albini oppidum, Dinantium, & Feliceriæ. V. Has urbes Ducis Filiæ post obitum Patris pro jure suo repeterent, eisque Rex illas, compensatis sumptibus redderet, si causa sua ac jure in eas casurus esset. VI. Concederet Dux, exigente necessitate, Gallis per suas ditiones transeundi libertatem. Hæc pacta die vigesima octava Augusti utrinque Sabolii firmata fuere.

§. LXXXIV.

Francisci II. Britanniæ Ducis obitus.

Priusquam hæc conventa effectui darentur, Britanniæ Dux rebus humanis valedixit; quippe ex equo forte dejectus Nannete, vel ut alii volunt, Cueronii die nona septembris, tædio atque calamitatibus confectus naturæ concessit. Numerabat quinquagesimum tertium ætatis suæ annum, duos menses, diesque sexdecim; regnabat autem annos omnino triginta. Corpus ejus Nannete in Ecclesia Carmelitarum terræ mandatum quiescit. Filiarum suarum curam ac tutelam Rivenarum Mareschallo testamenti legi-

legibus commisit, adjunctis Convenarum Comite intimo ejus Amico, & Franciſca de Dinantio Caſtri Briantii Principiſſa earum Moderatrice. Harum natu minor, nomine Iſabella paulo poſt fatis ceſſit, relicta ejusdem ſorore Anna paternæ ſucceſſionis hærede, quæ vicinorum Principum æmulationi, atque invidiæ non minus, quam ejus Pater exponebatur; cum enim Carolus VIII. ſemper priſtinorum jurium tenax eam divexaret, Anna pecuniis, copiis, ac fœderatorum auxiliis deſtituta, ægre admodum ſoli Regi reſiſtendo par erat. Præterea Carolus ad impuberem Duciſſam Oratores ablegabat, qui nupera pacis conventa novis additionibus gravarent; ipſe quoque poſtulabat ſibi illius tutellam committi, & arbitros conſtitui, qui de jure ſucceſſionis in Britanniam inter ſe & Duciſſam controverſo deciderent: priusquam vero ſententia pronunciaretur, ipſa Duciſſæ nomine abſtineret. Verum Britonibus ejusmodi conditiones reſpuentibus, Carolus Galliarum Rex exercitus ſui Ducibus in mandatis dedit, ut aut vi aut dolo Britanniæ urbes, quotquot poſſent, occuparent.

æcul. XV. A. C. 1488.

Sæcul. XV. A.C. 1488.

§. LXXXV.

Genuenſes ſub Mediolanenſis Ducis imperio.

Foliet hiſt. Gen. lib. 11.

Recruduit hoc anno inveterata diſſenſio, ac civile bellum inter Genuenſes, quorum Archiepiſcopus ac Gubernator erat Paulus Fregoſus, ſeu Fulgoſius Cardinalis. Hic ſua tyrannide populi invidiam in ſe concitaſſe haud ignarus, nullum non movit lapidem, ut ſaltem urbis imperium, ſi ipſe eo deſtitueretur, ſuis quoque æmulis eripere poſſet. Quapropter Civibus auctor extitit, ut priſtinæ pacis ac quietis, qua ſub Mediolanenſium dominatu potiti eſſent, memores, denuo iisdem ſeſe ſubjicerent. Eo tempore Mediolanenſibus præerat Dux Joannes Galeatius, cum autem ejusdem Patruus Ludovicus Sfortia, qui ob ſubnigrum vultus colorem, *Maurus* vulgo appellabatur, Nepotis ſui imbecillitatem in rem ſuam verteret, ipſus Ducatum pro ſummo imperio adminiſtrabat, præcipue poſtquam Bonnam Joannis Galeatii Matrem Ducatu expuliſſet. Ad hunc ergo Fulgoſii ſuos ablegant Oratores, quos paulo poſt ſequebatur Fulgoſius Pauli Filius, qui Sfortiæ ſuaſu Claram ſpuriam Galeatii Ducis ſororem matrimonio ſibi junxerat. Ea res vehe-

vehementer commovit Genuenſes, eo- Sæcul. XV.
quod hoc affinitatis vinculo durius ſub- A.C. 1488.
ſtrati viderentur Archiepiſcopi pedibus, hinc ſeditionem in eum conflant, atque ad arcem fugere compulſum obſident, totoque belli apparatu illum ad deditionem cogere conantur. Poſtmodum Cives, quid in hoc rerum articulo agerent, conſultatione habita, duas legationes mittere decernunt, alteram ad Galliarum Regem, qua illi urbem dedendam promitterent, ac promptum ſubſidium efflagitarent, alteram ad Innocentium Papam, ſupplices, ut ipſum patriæ ſuæ, in qua in lucem editus eſſet, miſeratio ſubiret: Cum vero ubique ſurdas pulſarent aures, arte demum, atque aſtu Ludovici Sfortiæ res eo deducta eſt, ut a civibus tanquam illorum Princeps agnoſceretur. Hic autem Auguſtinum Adornium ad decennium urbis Vicarium conſtituit, quo facto Cardinalis Fulgoſius Magiſtratu ſe abdicavit, Romamque ſe recipiens complures adhuc annos ibidem ſuperſtes vixit.

§. LXXXVI.

Scotorum diſſidia.

Haud levioribus turbis agitatum eſt Scotiæ regnum; illius enim Proceres in Regem ſuum Jacobum III. inſurgebant, *Polyd. Virg. l. 26. Buchanam de reb. Scot. lib. 12. & 13.*

Sæcul. XV. A. C. 1488.

gebant, eique bellum inferebant, caussati, quod neglecta, atque a publicis muneribus exclusa Nobilitate homines advenas, atque ignobiles aulicis ministeriis, & honoribus præficeret, necnon rejecta in eos publica cura, ipse totus se voluptatibus ac vitiis immergeret, simulque ad tantam crudelitatem prolapsus esset, ut animum expleret illorum sanguine, quos nuperæ rebellionis auctores exstitisse crederet. His commoti Regi significant, ut regno se abdicaret, illudque Filio suo cederet, eoquod ipsi eum sibi Regem constituissent sexdecim annorum Adolescentem. Jacobus petitis eorum acquiescere renuit, missisque ad Carolum Franciæ, & Henricum VII. Angliæ Reges legatis rogavit, ut suppeditato auxilio rebellium audaciam compescerent, hancque suam caussam ipsis etiam omnibus communem esse perpenderent, cum ex Scotiæ tranquillitate suorum quoque regnorum salus dependeret. Pariter alios decrevit oratores ad Innocentium Papam, qui Adrianum Castellensem, qui vulgo Cometanus dicebatur, in Scotiam misit.

Raynald. hoc ann. n. 4.

Ast cum ille magnis itineribus ad componendas hasce discordias in Scotiam proficiscceretur, Proceres Jacobi copias aggrediuntur, Regemque in oppido Sterlino interceptum in certa-

men

men descendere compellunt. Accerri- Sæcul. XV.
mum ergo utrinque initur prælium, & A. C. 1488.
quamvis Regis exercitus, ejusque Fautores virili prorsus robore dimicarent, nihilominus mutata belli sorte conjurati regios cædunt, fugantque, ipse Rex equo delapsus, cum ad quamdam moletrinam se se recepisset, ibi cum paucis suorum captus ac demum die undecima Junii occisus est, postquam nonnisi trigesimum quintum ætatis suæ, regni vero vigesimum octavum annum expleverat. Adrianus biduo post a suo in Angliam adventu regiæ cædis nuncium accepit; unde ad sua revertendi consilium cepit: Victores autem Scoti, indicto protinus conventu declarabant, quod Jacobus Rex jure interfectus esset, proin nulla iis, aut eorum propinquis, qui adversus eum arma sumpserunt, molestia inferretur. Postea Regni successorem proclamabant Jacobum IV. filium ejus natu majorem, adolescentem, ut fertur, sexdecim circiter annos natum, qui Parentis sui damno edoctus, Nobiles colere studuit, ac tanta moderatione & prudentia usus est, ut brevi pacem, perfectamque tranquillitatem reduceret.

Sæcul XV. A. C. 1488.

§. LXXXVII.

Calatravenſis Magiſterii adminiſtratio Ferdinando a Pontifice conceſſa.

Marian. hiſt. Hiſp. l 25. c. 13 Surita Annal. c. 81.

Anno milleſimo quadringenteſimo octogeſimo ſexto, Magno Ordinis militaris Calatravæ Magiſtro fatis functo, Equites de novo Succeſſore deliberabant; verum inopinato Ferdinandus atque Iſabella eisdem exhibent Innocentii VIII. diploma, quo ſummus Pontifex ad Magiſterium, quod vacabat, nominandi jus ſibi reſervabat, illiusque adminiſtrationem Ferdinando Regi ad dies vitæ indulgebat; cum enim idem Rex, ejusque Conjux lapſu temporis Pontifici expoſuiſſent, quod ferme immenſas feciſſent expenſas ob bellum adverſus Mauros ſuſceptum, ſupremi vero Ordinum militarium Magiſtri ex Regis ditionibus ampliſſimos proventus poſſiderent, & quilibet eorum plusquam centena aureorum millia perciperet, ac inſuper Proceres pro aucupandis hiſce dignitatibus ad illicitas artes recurrerent, indeque ingentes tumultus ac bella civilia exorirentur, hinc omnibus hiſce mature perpenſis ſummus Pontifex Regis precibus annuit, Ordinumque militarium Calatravæ, S. Jacobi, & Alcantaræ ſupremi Magiſtra-

gistratus honorem opesque perpetuo jure Hispaniæ Regibus contulit: Plena tamen eorum possessio nonnisi Anno millesimo quingentesimo adhibitis omnibus solemnitatibus stabilita est. Sæcul. XV. A. C. 1488.

§. LXXXVIII.

Bellum adversus Mauros a Ferdinando continuatum.

Nec inanis erat Ferdinandi obtentus; quippe indefesso Religionis ardore bellum contra Mauros urgebat. Hoc etiam anno Orientis plagas longe validiori, quam hucusque fecit, exercitu invasit, ac primo Bastam, seu Bacam munitissimum totius Granatensis regni oppidum cinxit, demumque post diuturnos obsidionis labores expugnavit. Hujus urbis jactura territus Juvenis Regis Patruus cum Ferdinando atque Isabella concordiam inire animo constituit, missisque ad eos Legatis Almeriam, Guadicem, ceterasque omnes urbes imperio suo subjectas obtulit, unice deposcens, ut de annua pensione suæ dignitatis, qua apud Mauros fruebatur, eminentiæ congrua sibi provisum esset. Annuit petito Ferdinandus: Muleyus vero omnes sibi proprias urbes eidem integra fide cessit. Hic etiam aliquo post tempore a Rege efflagitabat, ut sibi integrum esset, cum

Marian. ib. Surita Annal. l. 20 c. 65. & 66.

Sæcul. XV. A.C. 1488.

omnibus thesauris, suisque subditis, qui eum comitari vellent, in Africam secedere; id quoque illi datum est, deprecante pro eo Isabella Regina, illud ipsum quoque suadente magno Consalvo; igitur Maurorum Rex aliquot post diebus excessit, in Hispaniam nunquam reversurus: abeuntem comitabantur tria aut quatuor ferme millia Maurorum, qui vel opulentia, vel inter Proceres nobilitate generis, ac dignitate ceteris prævalebant. Nihil igitur ultra Ferdinandi victoriis deerat, quam Granata, ac nonnullæ aliæ minoris nominis vicinæ urbes; quas tamen omnes succedentibus annis armis suis subjecit.

§. LXXXIX.

Sicilia a Turcis incassum invasa.

Surita l. cit. c. 79. Bosi. part. 2. lib. 14. Sabellic. Enn. 10. l. 8.

Ingens summi Pontificis gaudium ob præclaros Ferdinandi triumphos turbare videbantur hostilia Bajazethis molimina adversus Siciliam: Novum tamen lætitiæ argumentum Innocentio suppeditabat felix, faustusque nuncius, quo Sultanum re infecta ex Insula recessisse compererat; inde enim summus Pontifex anxiis eximebatur curis, quibus ob formidandum Turcarum bellicum apparatum cruciabatur. Porro idem Bajazethes in Ciliciam cum exercitu centum milli-

millibus, & amplius valido irrupit, nec tamen prosperum magis successum habuit; quippe eodem, quo Alexander magnus cum Dario conflixerat, loco Sinum Issicum inter & Amanum montem, qui Syriam a Cilicia separat, cruentam non minus ac pertinacem pugnam conseruit. Nec minus infelix fortuna afflixit Bajazethis classem, quae ad devastandam Syriae oram vela fecerat; haec enim procellis, ventisque jactata, partim scopulis allisa, partim fluctibus submersa periit. De tantis adversae fortunae casibus Petrus Albussonius Magnus Rhodiorum Magister literis quarta Septembris die datis, summum Pontificem certiorem fecit, simulque significavit, Bajazethem Ægypti Sultano bellum nunciasse, eoquod hic Zizimum protegeret, postea subjunxit Albussonius, Rhodum advenisse non minus Bajazethis quam Sultani Oratores, eosque amplissima quaeque pollicitos esse, dummodo Equites aut hujus aut illius partes tuendas suscipere velint, illis vero ab Equitibus in responsis datum, quod Ordinis Magister neutri parti favere decrevisset, & quidem eo fine, ut hoc pacto mutuae inter hosce Barbaros discordiae magis magisque augerentur.

Saecul. XV. A. C. 1488.

§. XC.

Sæcul. XV. A.C. 1488.

§. XC.

Rex Hungariæ per suos Oratores Zizimum sibi tradi a Rhodiis postulans.

Bosio l. cit. in hist. Rhod.

Die decima evoluti Mensis Junii Hungariæ Rex Oratorem decrevit Petrum Rhetassium suum a secretis Ministrum, eumque amplissimis instruxit mandatis, quibus ab Albussonio peteret, ut Zizimus Matthiæ Regi traderetur, eoquod in ejus favorem Bajazethi bellum indicere, validoque exercitu illum in Europa adoriri pararet, dum interea eundem in Asia Sultanus Ægypti invaderet: hinc spem victoriæ haud dubiæ Rex faciebat, præsertim cum plures Turcarum Proceres Bajazethis imperium pertæsi sollicite occasionem quærerent, qua Zizimum Turcico solio restituere possent. Ea res in consilium adducebatur, & forte Rhodii Equites Matthiæ petitis annuissent, nisi summus Pontifex jam dudum ab Albussonio Ordinis Magistro instanter petiisset, ut Zizimus eidem redderetur; id tamen Papa nonnisi anno sequenti a Magistro obtinuit.

Interea Innocentius Christianos Principes ad sacrum in Turcas bellum strenue suscipiendum immoto studio accendit, atque ad alliciendos Anglos sacram militiam

militiam indixit; dedit præterea negotium Apoſtolico Hungariæ Internuncio, ut Bohemos, Hungaros, Polonos, & Germanos ad ſacram expeditionem concitaret. Verum tam ſervidæ Pontificis hortationes omni caruere effectu, nec ullatenus Principum animos affecerunt; cum illi aliunde bellis impliciti eſſent, quæ privatis eorum commodis magis conſona fore credebant. Sæcul. XV. A.C. 1488.

§. XCI.

Joannes Epiſcopus Varadinenſis injuſte de hæreſi accuſatus.

Cum in Hungaria Joannes Epiſcopus Varadinenſis, quod Huſſitis in Bohemia plurimum faveret, apud Pontificem in crimen hæreſis vocatus eſſet, ideo Innocentius Legato ſuo datis literis præcepit, ut de ſcelere huic Præſuli impoſito inquireret. Pontificis epiſtola data eſt Romæ die vigeſima ſexta Auguſti. Legatus demandata ſibi provincia functus, ſedula inquiſitione facta comperit, non niſi meras calumnias in Joannem ab invidis temere ſparſas fuiſſe; unde de Præſulis innocentia Pontificem certiorem reddidit, ac illius probitatem, & merita plurimum commendavit. Joannes, quamvis Matthiæ Regi apprime carus, ejusque beneficentia plurimum auctus, *Bonfin. dec. 4 c. 10.*

ac

Sæcul. XV. A.C. 1488.

ac præcipuis Regni dignitatibus decoratus esset, nihilominus nuncium rebus mortalibus mittere, ac solitariam vitam agere decrevit, quocirca a Romano Pontifice facultatem petiit, ut se Episcopatu abdicare posset; Assensit Episcopi votis Innocentius, concessitque, ut cuidam religiosæ familiæ sese addicere valeret. Obstitit tamen Matthias Rex, cum tanti Viri opera carere nollet: unde Episcopus a pio consilio retardatus, nonnisi post Matthiæ obitum, & Uladislaum Hungarica corona redimitum sua desideria ad exitum deducere potuit, demumque Olomutii S. Francisci institutum amplexus est.

§. XCII.

Hieronymus Riarius a conjuratis trucidatus.

Sabell. Enn. 10. lib. 8.

Interea Hieronymus Riarius Forolivii, ac Fori Cornelii Comes, cujus sub Pontificatu Sixti IV. frequens mentio occurrebat, vitiis ac crudelitatibus suis sese omnibus exosum reddere pergebat; quapropter ejus subditi illius Tyrannidem pertæsi seditione conflata in ejusdem perniciem tam implacabili odio conjurabant, ut die septima Mensis Aprilis trucidatus irati populi, cujus furorem sibimetipsi accersiverat, victima caderet. Equidem

quidem ad primos seditionis rumores haud parum expaveſcebat Pontifex, brevi tamen metu liberatus, dum Forolivienſes Riario vix mortuo, protinus debitam ſubmiſſionem profeſſi, ad Sedis Apoſtolicæ obſequium redibant, necnon Pontificis opem implorabant. Hos certe priſtinæ reſtituiſſet libertati Innocentius, niſi Catharina Hieronymi vidua, ac Galeatii Sfortiæ filia artibus ſuis Mariti ditiones recuperaſſet; cum enim ſponderet, quod arcem Forolivienſem, ſi eam adire permitteretur, dedere velit, ſimulac ipſam ingreſſa erat, adeo acri bello civili urbem vexabat, ut Mediolanenſium fulta auxiliis, denuo cives ad ſuſcipiendas imperii ſui leges compelleret; demum liberos ſuos ſibi reſtitui poſtulavit, eoque rem deduxit, ut de Pontificis Ducibus, qui Forolivienſibus auxilium laturi advolabant, ſupplicium ſumeret, quam injuriam Pontifex diſſimulavit, ne ſe cum Mediolanenſibus bello implicaret. Aliquo poſt tempore Galeottus Malateſta Faventiæ Gubernator pari fato ac Hieronymus involutus, in ſuo cubiculo ſecunda Junii die ex inſidiis occiſus eſt, cum vero Joannes Bentivolius Bononienſium Gubernator Viduæ opem laturus accurriſſet, ipſus quoque vitæ ſuæ jacturam feciſſet, niſi Laurentii Medi-

Sæcul. XV. A. C. 1488.

Sæcul. XV. A.C. 1488.

cei ope a Faventinorum furore, qui ejus mortem exoptabant, ereptus fuisset.

§. XCIII.

Abusus in Anglia occasione Asyllorum exorti.

Cum ex frequentia impunitatum, quæ in Anglia perfugii locis concedebantur, manifesti exorirentur abusus, eos diutius ac dissimulanter ferre periculosum videbatur. Quippe promiscue omnes cujuscunque criminis rei dummodo ad sacri templi tutelam confugissent, Judicum auctoritatem eludebant: Unde singulis ferme diebus rebelles, seditiosi, homines ex omni scelerum colluvie nati, aut ære alieno plurimum gravati ad aras confugere conspiciebantur, qui criminum suorum impunitatem in hisce locis Deo sacratis, certumque perfugium adepti sunt, contra ipsas Dei leges, ac juris præcepta ab ipsa divina justitia primitus stabilita. Hæc igitur adeo expedita impunitatis consequendæ facilitas tandem degenerabat in maximam gravissima etiam scelera patrandi illecebram, adeo, ut nec Regum Majestas imo nequidem Religionis Sanctitas ab atrocissimis insultibus satis tuta esset. Tanto igitur malo, ut Henricus VII. Angliæ Rex opportuno obviaret remedio, nil intenta-

tentatum reliquit; Cum vero de juribus Ecclesiæ Sedis Apostolicæ auctoritate confirmatis ageretur, Rex hanc causſam ad ipsum Pontificem referre constituit, hancque in rem tempore alias non consueto Oratorem Romam ablegavit, cui tamen, ne Angliæ Clerus rem edoctus obluctaretur, genuinam legationis suæ causſam non aperuit, hoc duntaxat usus obtentu, ut summum Pontificem certiorem redderet non solum de Filio recens nato, qui Walliæ Princeps nominatus erat, sed etiam de victoria adversus rebelles reportata, nec non de belli apparatu, quo Gallos impedire niteretur, ne totam sibi Britanniam subjicerent, cum non infimam illius partem jamjam Duci suo eripuissent. His instructus Orator ex Anglia proficiscitur, Romamque venit, amplioris mandati ignarus; jubebatur enim literas, quibus asylorum causſa ibidem pertractanda continebatur, tunc primum aperire, cum Pontificem secreto alloquendi copia ei data fuisset. Quapropter dum publice audiebatur, summo Pontifici nonnisi tres articulos mox laudatos exposuit, in privato tamen colloquio regias obtulit literas, in quibus Henricus magna orationum vi Asylorum abusus descripsit: Num vero ejusmodi perfugii loca penitus aboleri petierit, ignoratur, id certum tamen est, sal-

Sæcul. XV. A.C. 1488.

Bacon. in hist. Henric. VII.

Sæcul. XV. A C 1488.

tem immoderata asylorum privilegia, quæ jamjam invalescebant, ad Regis preces fuisse revocata; exstat enim hanc in rem Pontificis Bulla Regi inscripta, quæ sequentes complectitur articulos.

§. XCIV.

Bulla Pontificis de restringendis asylorum privilegiis.

I. Quicunque ex asyli loco, ad quem confugerunt, ad perpetranda nova crimina vel ad prosequendum illud, propter quod ad Ecclesiæ præsidium accurrerunt, inde exirent, non amplius recipiantur, ac in perpetuam pœnam asyli beneficio priventur; eoquod indignum esset, ut loci sanctitas criminibus patrocinium præbeat. II. Ære alieno gravati, ut suorum creditorum exactiones declinent, ad Templi tutelam confugientes comprehendi, ac ordinariis justitiæ pœnis affici possunt, cum Ecclesia fraudes fovere, aut damni reparatione, quæ juste exigi potest, quemquam spoliare nullatenus intendat. III. Læsæ Majestatis reus, atque in asylum receptus, inde extrahi non poterit, Regi tamen integrum erit, ut talis diu noctuque vigili oculo custodiatur, imo poterit etiam jubere ac impedire, ne contra ejus obsequium verbis vel factis peccetur; non enim

enim æquitati consonum est, quod gratiæ a Principibus concessæ in eorum præjudicium vertantur, vel publicæ pacis turbatores, ac scelera contra Principem, aut statum commissa impunitate gaudeant. Hæc Pontificis Bulla, quæ nonnisi hosce tres articulos complectebatur, promulgata, atque integra effectui data est: quamvis vero Clerus sese eidem opponere tentaret, nihilominus tamen Henricus, cujus potentia jussis suis efficaciter suffragabatur, eo rem deduxit, ut hæc Constitutio continuato usu sensim invalesceret. Sæcul. XV. A C. 1488.

§. XCV.

Nonnulli abusus ab Universitate Parisiensi sublati.

Prava a scholaribus Parisiensis Universitatis consuetudo inducebatur, qua festivos dies S. Martini, S. Catharinæ, & S. Nicolai, nec non Nationum & Collegiorum solemnia, sicut & SS. trium Regum festivitatem variis delitiis profanare solebant, simulque Musicos atque Histriones, qui choreas agerent, aut carmina penitus profana canerent, convocabant. Igitur Parisina Facultas ejusn odi ludos deinceps edito decreto fieri prohibuit, ac *tantummodo permisit festum ac solemnitatem trium Regum, sub hac tamen*

Hist. Univers. Paris. tom. 1. p. 782. Argentre ib. coll. jud. to. 1. p. 323.

Sæcul. XV. A. C. 1489.

men moderatione, ut chorearum lætitia duntaxat in Vigilia hujus festi, & post diem Epiphaniæ post Vesperas, nihil vero ante hoc tempus concedatur, ut divino Servitio plenius ac devotius intendatur. In præfato autem festo, modo prius dicto, scilicet sero in Vigilia, & in die post Vesperas unus solummodo Mimus, vel ad summum duo permittantur. Denique debitæ pœnæ decernebantur adversus illos Scholares, qui prædictam legem transgredi præsumerent.

§. XCVI.

Ferdinandus Neapolis Rex a Papa anathemate perculsus.

Surita Ann. lib 20. c. 82. Vialard. in vit. Innoc. VIII. Bzov. hoc ann. 1489.

Cum Ferdinandus Rex Neapolitanus semper contumax, atque Apostolicæ Sedi rebellis esset, ac insuper vectigal jure beneficiario Ecclesiæ debitum pendere detrectaret, illum summus Pontifex die festo SS. Petri & Pauli post solemnia sacra in Ecclesia Vaticana publico anathemate perculit, ac Regno Neapolitano privatum declaravit, eoquod multorum criminum se reum indies exhiberet, ipsosque Principes adversus JEsu Christi Vicarium sollicitaret. (*) In prima

(*) *Non modo ob denegatum vectigal anathemate*

prima hac excommunicationis Bulla Pontifex Regi bimestre, intra quod resipiscere, indulsit; ast cum nihilo melior factus esset, Papa rursum ad diem undecimam Septembris in conventu omnium Cardinalium, Legatorum, ipsiusque Antonii Episcopi Alexandrini, qui Ferdinandi Orator erat, illum fidelium communione excluſit, exutum Neapolis Regno pronunciavit, bellumque sacrum adversus eum indixit, & ad id gerendum Carolum VIII. Galliarum Regem invitavit, constituto interim a Pontifice copiarum suarum Ductore Nicolao ab Ursinis. Antonius vero nomine Ferdinandi Regis sui ab hac secunda excommunicatione provocabat ad futurum Concilium; unde Rex in sua contumacia solidum biennium perstitit, quousque expeditionem Caroli Regis veritus, ad obsequium Sedis Apostolicæ reverteretur; noverat enim illum ab Innocentio, ut ad vindicanda Sæcul. XV. A.C. 1489.

themate notatus est Ferdinandus, sed potissimum ob immanem Romanorum Procerum cædem, ob diras Aquilanorum vexationes, & ut Vialardus a Continuatore laudatus narrat, ob suppetias, quas clam Mauris Granatensibus tulerat, aliaque crimina, quibus pertinaciter inhærebat, Ecclesiasticam censuram sibi accersivit.

Sæcul XV. A C. 1489.

canda sua in Regnum Neapolitanum jura protinus in Italiam contenderet, evocatum fuisse, prout etiam illum subsequentibus annis Neapolim venisse perspiciemus.

§. XCVII.

Sixti IV. privilegia Ferdinando & Isabellæ concessa ab Innocentio confirmata.

Bullar. Const. 46. p. 39.

Cum interea summus Pontifex rebellem Ferdinandum Neapolis Regem diris devovisset, Ferdinandum Arragoniæ Regem, ejusque conjugem Isabellam paternis cumulavit beneficiis, eo vel maxime, ut illos ad prosequendum adversus Mauros sacrum bellum accenderet. Exstat Bulla hoc anno die nona Octobris ab Innocentio ad hosce Principes data, qua Sixti IV. privilegia confirmavit, contulitque Ferdinando facultatem, ut ex Castellæ & Legionis regno subsidia colligeret, quibus belli adversus Mauros suscepti expensas sustinere posset. Præterea Pontifex ampliſſimas obtulit indulgentias omnibus & singulis, qui vel suis bonis, vel industria ad sacram hanc expeditionem concurrerent, quamcunque demum artem calerent; easdem gratias ad regnum quoque Navarræ extendit, ac prolixe in ennarrandis victo-

riis

riis a Ferdinando contra Mauros, reportatis excurrit; denique hortatur Regem, ut idem sanctum propositum ad felicem exitum plene perducere velit. *Ultimo Papa ajebat, se confidere in Domino, tandem Regem & Reginam prosperari, ac Christi cultores de hujusmodi spurcissimis Saracenis, prout jam optima principia indicant, triumphaturos.* Porro idem Pontifex negotium dedit Abulensi & Legionensi Episcopo, ut vel ipsimet ex fidelium stipe pecuniam in expeditionis sumptus expendendam cum maxima integritate colligerent, simulque constituerent quæstores, & ab illis de acceptis rationes repeterent; demum vero eos, qui in alienos usus collectas pecunias converterent, censuris perstringere possent.

Sæcul. XV. A. C. 1489.

§. XCVIII.

Validus exercitus a Ferdinando contra Mauros conscriptus.

Hujus Bullæ beneficio Ferdinandus utiliter sancteque usus, ex receptis fidelium Eleemosynis validum conscripsit exercitum; quippe delectu habito duodecim equitum, & quinquaginta peditum millia signo Crucis insignita recensebat. Nec apparatus magnitudinem belli exitus fefellit, nam plurimas urbes suo subjugavit imperio, animumque adjecit

Mariana de reb. hist. lib. 20. & 25 c 13 Surit. l. 20. c. 81.

Sæcul. XV. A.C. 1489

ad Granatenſem civitatem, quam per obfirmatam obſidionis violentiam tandem expugnare conſtituit, ſi juvenis Rex ſponteneam illius deditionem recuſaret. Hanc ob rem Ferdinandus, miſſo Tendilla Comite, Regi Mauro exponi fecit, quod Rex Catholicus nuperi pacti leges integra fide adimpleſſet, Almeriam, Baſtam, & Guidixium urbes expugnaſſet, necnon compuliſſet ejus Patruum, ut e regno Granatenſi in Africam ſecederet, proin æquitati conſonum eſſet, ut ipſe viciſſim præfati pacti promiſſis ſtaret, ac Granatenſem urbem Ferdinando redderet; ſi Regis petito annueret, ſubjunxit legatus, Ferdinandum ei polliceri, quod quater decies centena millia Hiſpanicorum nummum (*) in penſionem annuam, idem dare, ac etiam Fandaraxium cum omnibus adjacentibus pagis pro ſede ac domicilio donare, eorumque proventus, unde vitam ſuſtentaret, cedere velit. Rex adoleſcens primo ad acceptandas Ferdinandi conditiones propenſum exhibebat animum; aſt ſuorum Procerum metu abſterritus, Ferdinandum ambiguo reſponſo diſtinuit; nec tamen

(*) *In eorum idiomate vocatur Maravedis, quæ eſt Moneta cuprea, & alicujus Franci nonageſimam quintam partem in ſuo valore æquat.*

tamen vanus erat Regis timor; Optimates enim juveni, si urbem, regni sui caput, Hispano traderet, libertatis, ipsiusque vitæ jacturam comminati sunt; interim Ferdinandus, postquam omnia incassum experiebatur, aperto bello, totoque armorum apparatu Granatam obsidere decrevit. Sæcul. XV. A.C.1489.

§. XCIX.

Reconciliatio inter Sueciæ Reginam & Stenonem a Pontifice tentata.

Sub idem ferme tempus ingens dissidium de dominio arcis munitissimæ, cui nomen *Orobra*, inter Dorotheam Sueciæ ac Norvegiæ Reginam, & inter Stenonem Sture horum Regnorum Gubernatorem recruduit. Hæc erat vidua Christierni I. Sueciæ Regis, qui die vigesima secunda Maji Anno millesimo quadringentesimo octogesimo primo fatis functus est. Itaque summus Pontifex ut horum animos conciliaret, die sexta Julii edidit Bullam Lundensi & Upsalensi Archiepiscopis, necnon Roschildensi & Strengenensi Præsulibus inscriptam, quibus injunxit, ut ad dirimendam hanc litem suam impenderent operam: Cum vero eventus horum conatibus abluisset, tota causa ad Sedem Apostolicam devoluta,

Sæcul. XV. A.C. 1489

voluta, atque in favorem Reginæ decisa fuit, dato insuper præfatis Episcopis negotio, ut reluctantem forte Stenonem censuris etiam perstringerent.

§. C.

Parisiensis Parlamenti appellatio ob decimas a Clero petitas.

Jalygni hist. Car. VIII.

Hoc item anno adversus legem de decimis Clero Gallicano imponendis provocabat Parisiense Parlamentum. Hi, qui eas exigere moliebantur, allegabant, quod Flandriæ ac Britanniæ bello ærarium penitus exhaustum, & absque ejusmodi subsidio inglorie ab armis desistendum foret. Ea res nec Clero nec Parlamento probabatur; unde Vaquerius supremus Curiæ Præses unacum suis Consiliariis Regi exponebat; ejusmodi decimas exigendi facultatem a Pontifice haud unquam concedi, quin magna illarum portio in ejusdem emolumentum cederet, proin harum exactionem nullatenus Regno proficuam fore, præsertim cum in illis colligendis tot sumptus impendendi essent, ut hi facile collectam absorberent pecuniam, aliunde etiam in ejusmodi præstationibus plurimæ committerentur fraudes, ac denique populus a Rege tam acerbis pecuniarum exactionibus alias premeretur, ut accedente decimarum o-

nere

nere penitus exhauriretur; præterea Clericis, cum suorum beneficiorum reditus Sæcul. XV. A C. 1489. ægre admodum, & nonnisi post longas moras percíperent, novum hoc onus nimis graviter accideret, si insuper eis decimæ imponerentur, tandem his verbis sermonem suum concluſit Præses: Senatus æquitatis legibus obstringitur, ut, si forte Clerici de ejusmodi oneribus ad illum querelas deferant, eos audiat, eisque justitiam administret. Adeo prævaluere hæc rationum momenta, ut hac causſa penitus neglecta, Clerus ab hisce molestiis omnino exemptus permaneret.

§. CI.

Zizimus a multis Principibus expetitus.

Assiduis juxta ac fervidis precibus Innocentius Papa supremum Rhodi Magistrum urgebat, ut Zizimum Bajazethis Turcarum Imperatoris fratrem Romam perduceret. Degebat is interim Burgonovii in ædibus Ordinis Teutonici ad fines Pictavii ac Marchiæ, ab Equitibus Rhodiis perhonorifice custoditus: Eundem quoque infelicem Principem, ut ad suas ditiones pertraherent, Hungariæ, & utriusque Siciliæ Reges nil inausum, intentatumque relinquebant. Haud segniori studio Ægypti Sultanus Zizimum *Addit. ad Cinon. in Innoc. VIII.*

sibi

Sæcul. XV. A C. 1489

sibi concedi efflagitabat, quem copiis suis adversus Bajazethem præficere meditabatur. Verum magnus Rhodiorum Magister neutri horum Zizimum tradendum statuit, ratus, potiori nomine summi Pontificis voto cedendum esse; quapropter Carolum VIII. datis literis rogabat, ut ei Zizimum ex Galliis, ubi tum agebat, evocandi facultatem concederet. Ipse etiam Pontifex Regi, ut consensu suo accederet, legatione decreta supplicabat. Jamjam Carolus in eo erat, ut Zizimum in Italiam transferri permitteret; ast ecce! adveniebat Legatus a Bajazethe missus, qui Zizimum in Galliis retineri, nec aliis Principibus tradi petebat.

§. CII.

Bajazethis legatio ad Galliarum Regem in caussa Zizimi.

Jac. Bosius Hist. Rhod. tom. 2. l. 14. Jaligny hist. Carol. VIII.

Bajazethis Oratorem comitabatur alius Regis Neapolitani Legatus, qui Turcarum Imperatoris nomine Carolo omnes sacras obtulit reliquias, quas Mahometes Constantinopoli, atque in aliis Europæ & Asiæ urbibus reperisset; insuper pollicebatur, redditurum se omnes civitates Christianis ereptas, necnon omnem navaturum operam, ut Terram sanctam ac Regnum Jerosolymitanum, ex Ægypti Sultani manibus, in cujus potestate

ſtate erat, eriperet, ac denique præter hæc oblata ſpondebat, ſe ingentem pecuniæ vim pro alendo Fratre ſuo quotannis ſuppeditaturum. Poſtremo legatus ſubjunxit, Bajazethem vehementer metuere, ne Zizimus ſummo Pontifici, aut Matthiæ Hungariæ Regi, vel Ægypti Sultano, qui omnes eum ſibi conſignari impenſe efflagitabant, traderetur. Equidem cum Zizimus adveniente Bajazethis Legato, adhucdum in Galliis exiſteret, integrum fuiſſet Regi, illum penes ſe detinere, idque, ut faceret, complures Carolo auctores erant; aſt Rex, inquit Jalinius, utpote Chriſtianiſſimus, & filius obediens ſatius duxit, fidem Pontifici datam exſolvere, ipſos vero Oratores Mahometanum, necnon & Neapolitanum benevolentiæ ſignis ac muneribus auctos dimittere. Itaque Rex Zizimum Nunciis Pontificiis conceſſit, his tamen conditionibus, ut illum Romam, nec in aliam quamcunque regionem deducerent, ſemperque illum Equites Rhodii cuſtodirent, nec de eo ullatenus, inſcio Rege, diſponerent, addita multa decem millium librarum auri.

Sæcul. XV. A.C. 1489.

§. CIII.

Sæcul. XV.
A.C. 1489.

§. CIII.

Zizimus Nunciis Papalibus traditus, Romamque delatus.

Jam sextus volvebatur annus, quo Zizimus in Francia degens, privatæ ac obscuræ vitæ tædio absumebatur. Nunc vero per Equitem Planchefortium electum Ordinis Marescallum, & magnum Alverniæ Priorem, cui id muneris datum erat, in Italiam delatus fuit, ac die sexta Martii Anno millesimo quadringentesimo octogesimo nono in portu Civitatis Veteris appulsus est. Hunc Leonardus Cibo, qui Pontifici sanguine junctus erat, perhonorifice excepit, ipsamque arcem & urbem, quæ Zizimo incolenda decernebatur, Blanchefortio tradidit. Paulopost Cardinalis Andegavensis, & Franciscus Cibo Princeps Innocentii jussu ad duodecimum ab urbe lapidem Zizimo obviam processere, ac recta Romam, ubi die decima tertia ejusdem mensis advenit, deduxerunt. Zizimus urbem ingenti pompa ingressus, paucis ex post diebus summo Pontifici in Senatu publico oblatus est ab Oratore Regis Francorum, & Rhodio Alverniæ Priore. Admonebatur ab eo, qui tum sacris ritibus præerat, ut reverentiam Sanctitati suæ exhibens ejusdem pedes deoscularetur; ast

Sæcul. XV. A.C.1489.

ast ille, si qua fides Historicis quibusdam, ac inter eos Matthæo Bossio Veronensi, qui rei interfuit, nullo modo adduci potuit, ut ante Pontificem in throno sedentem genuflecteret, aut pedes ejus oscularetur. Nihilominus Spondanus testatur, quod quidem osculum dedisset, sed tamen cum indignatione pauca perInterpretem verba locutus esset; quamvis ceteroquin summi Pontificis Majestatem summopere admiraretur, a quo etiam perbenigne habitus, ad locum habitationis suæ, quam in Vaticano habuit, dimissus est. Ceterum Principi isti tum circiter quadraginta annos nato erat facies aspectu ferox ac truculenta, nasus aquilinus, pectus vastum & prominens, ipsiusque statura mediocrem longe excedebat.

Matth. Boss. epist 30. *Raynal. ad hunc ann n.* 2. *Spond. ibid. n.* 2.

§. CIV.

Magnus Rhodiorum Magister in Cardinalem nominatus.

Altera post hæc solemnia die decima quarta mensis Martii summus Pontifex supremum Rhodiorum Magistrum S. R. E. Cardinalem Diaconum tit. S. Adriani, atque generalem in Asia sedis Apostolicæ Legatum creavit, solis ipsius Magistri meritis incitatus; quippe non modo Zizimum Romam deduxit, sed etiam Ægypti Sultanum, ut præstito Pontifici obse-

Ciacon. & Onuph. in Innoc. VIII.

Secul. XV. A.C. 1489.

obsequio Principum Christianorum fœderi accederet, permovit. Idem Cardinalitiæ quidem dignitatis galero, nonnisi tamen die vigesima nona Junii in festivitate SS. Apostolorum Petri & Pauli decoratus est. Præterea Innocentius in Patrum Senatu Bullam edidit, a cunctis Cardinalibus ibidem congregatis subscriptam, qua ad quodcunque Ordinis Teutonici Beneficium, etsi in Curia Romana vacaret, nominandi jus in Magistrum devolvit, eadem Constitutione declarans, quod cuncta Ordinis beneficia antehac jure fiduciario possessa deinceps liberæ Magistri supremi dispositioni relicta haberentur, nec ullo pacto inter Beneficia Pontifici reservata, aut unquam reservanda comprehenderentur. Insuper eidem Magistro concessit potestatem, ut arbitratu suo ordinum Militarium S. Sepulchri, & S. Lazari beneficia administraret, atque proventus perciperet: dein Papa eosdem Ordines militares Religioni S. Joannis Jerosolymitani aggregavit. Hæc Bulla data est Romæ die vigesima octava Martii. Idem ipse Magister Cardinalis reddita pace nil intentatum reliquit, ut Equestrem suam Religionem pristino splendori restitueret; quapropter dirutas Ecclesias restauravit, ac complura in variis Insulæ Rhodi locis sacella erexit, dotavitque.

Bosius tom. 2. l. 18.

§. CV.

Sæcul. XV.
A.C.1484.

§. CV.

Cardinales ab Innocentio VIII. creati.

Magno Rhodiorum Magiſtro Innocentius Papa adhuc alios ſeptem adjunxit ejusdem Cardinalitiæ dignitatis ſocios. Hos inter primus erat ad Caroli VIII. Regis preces nominatus Andreas Eſpinejus Brito, Archiepiſcopus Burdegalenſis, poſtea Lugdunenſis, Abbas S. Crucis Burdegalæ, & Prior. S. Martini de Campis Pariſiis, Cardinalis Presbyter tit. SS. Silveſtri & Martini ad montes. Alter fuit Laurentius Cibo natione Genuenſis, ſummi Pontificis Nepos, Archiepiſcopus Beneventanus, Cardinalis Presbyter tit. S. Marci & Epiſcopus Albanenſis, & Prænestinus. III. Ardicinus de la Porta Novarrienſis, Epiſcopus Alerienſis Presbyter Cardinalis tit. SS. Joannis & Pauli. IV. Antonius Pallavicinus patria Genuenſis, Aurienſis Epiſcopus, Pretbyter Cardinalis tit. S. Anaſtaſiæ, ac demum S. Praxedis, & Prænestinus Epiſcopus. V. Maphæus Gerardus Venetus, ſupremus totius Camaldulenſium Ordinis Præpoſitus, Patriarcha Venetus, ac Presbyter Cardinalis tit. SS. Nerei & Achillei VI. Joannes de Medicis Florentinus, Cardinalis Diaconus tit.

Aubery hiſt. Card. tom. 3. Onuphr. in Innoc. VIII. Boſius l. 11.

Sæcul. XV. A.C. 1489.

S. Mariæ *in Dominica*, qui poſtea ſupremum Pontificatus apicem conſcendens Leo decimus nominatus eſt. Hic ex Medicæorum familia primus erat Cardinalium Collegio adſcriptus, cum nonniſi decimum quartum annum ageret; ea vero ætate purpura donatus fuiſſe dicitur, eoquod Pater ejus filiam ſuam Magdalenam de Medicis in matrimonium dediſſet Laurentio Cibo Pontificis filio, ante Clericalem ſtatum ſuſcepto. Ultimus tandem erat Fridericus Sanſeverinas Mediolani natus, Viennenſis Archiepiſcopus Cardinalis Diaconus S. Theodori. Si Raphaeli Volaterrano fides habenda, hæc Cardinalium electio facta eſt contra fidem in conclavi datam, in quo Pontifex electus promiſit, ſe in creandis Cardinalibus viginti duorum numerum (*) haud exceſ-

Raph. Volat. comm. lib. 22.

(*) Articulus capitulorum de numero Cardinalium ita ſonat: *Nunquam excedet numerum viginti quatuor Cardinalium*. cum ergo Innocentio Anno Domini milleſimo quadringenteſimo octogeſimo quarto in Papam electo nonniſi viginti quinque Cardinales eſſent, qui conclave ingreſſi ſunt, ex his vero octo usque ad annum Chriſti milleſimum quadringenteſimum octogeſimum nonum e vivis exceſſerint, nimirum Philibertus Burgundus, Stephanus Nardinus, Joannes Moles Hiſpanus, Petrus Folca-

excessurum. Verum non eadem facilitate ea, quæ aliquis ut simplex Cardinalis liberius promittit, ad summum Pontificatum evectus exequi valet. Sæcul XV. A C.1489.

§. CVI.

Res Britanniæ.

Britanniam vel armorum vi, vel connubio cum Ducissa illius hærede ineundo sibi subjicere, ratum fixumque perpetim habuit Carolus Francorum Rex, qui copias suas Brestiam & Con- *Saligny hist. Carol. VIII.*

Foscarus, Joannes Arragonius, Thomas Boucherius, Gabriel Rangonius, & Carolus Borbonius, ut testatur Ciaconius in vita Innoc. VIII. hinc Papa datam Sacramenti fidem fregisse haud videtur, præcipue quia ex illis octo, quos creavit Cardinales, duo nimirum Maphæus, & Sanseverinas secreto tantum nominati, primum post mortem Innocentii a Cardinalium Collegio in Electione Alexandri VI publice declarati fuere. Dein cum Cardinales suorum paucitatem contra fas in suum commodum detorquerent, ac ampliſſima bona Ecclesiastica & publica munera tam intra quam extra urbem, quæ inter plures distribui debuissent, sibi solis vindicarent, ut conqueritur Stephanus Infiſura, hinc merito summus Pontifex se ab ejusmodi promisso liberum credere potuit.

Sæcul. XV. A.C. 1489.

questum expugnasse edoctus, ipsus mense Februario hujus anni Turoniam versus exercitum suum duxit; ea res vehementer perculit Britones, eoquod Francorum potentiæ resistendo impares essent; in his ergo anguſtiis deprehensi ultimam opem in Maximiliano quærunt, eum rogantes, ut nova expeditione tentata, Gallorum copias distraheret; valuitque successus; Carolus enim Saveusius inter Maximiliani Duces haud infimus Audomaropolim occupat, Cordæo interea Hannoniæ Comitem Flandris associandi sollicitudine distento; Britones quoque suas partes firmaturi fœdus cum Anglo pangere moliuntur, quem Gallis hostem maxime infestum fore noverant; a nullo enim alio Britannia potentiora sperare poterat auxilia.

§. CVII.

Legatio Gallorum ad Regem Anglia.

Bacon. hist. Henric.

Hoc etiam fœdus a Gallis in magni terroris omen acceptum est; quocirca Bellojovienſis Comitissa, quæ nuper Ducissa Borbonii salutata est, nullum non movit lapidem, ut Henricum VII. ad Gallorum partes pertraheret; priusquam vero victricia adversus Britones Gallorum arma forte Anglo invidiam excitarent, ad eundem Legatos decre-

crevit, quibus injunctum, ut gratula- Sæcul. XV.
rentur Regi victoriam nuperrime par- A.C.1489.
tam, eumque veluti Amicum ac fœdere junctum de Franciæ ſtatu edocerent. Iisdem quoque datum eſt negotium, ut quantocius de rebus Britanniæ cum ipſo conferrent. Igitur Lancaſtriam, ubi Henricus agebat, delati exponunt, Maximilianum Principem eſſe pecuniæ inopem, auxilio ac Subditorum fide deſtitutum, eumque a ſuis nec amatum, minus vero æſtimatum; hunc igitur ſuis fœderatis magno duntaxat oneri fore. Poſtea addebant, Carolum equidem Britanniam infeſtis armis fuiſſe aggreſſum, aſt neceſſitate compulſum, eoquod Dux Regis adoleſcentia abuſus, regiæ ſtirpis Principes ab ejus obſequio avertere attentaſſet. His expoſitis Henricum officii memorem eſſe jubebant, enarrantes validam opem, quam eidem Francia cum proprio ſui ipſius diſpendio tuliſſet. Tandem concludunt, dicentes, minimum obſequii genus, quod Carolus ſibi ab Anglorum benevolentia polliceretur, in eo fore ſitum, ut ſaltem neutri parti adhærerent: Regem vero Chriſtianiſſimum, cum bellum in Britannia compoſuiſſet, ipſummet cum copiis ſuis in Italiam penetraturum, ut poſt matrimonium, cum Margarita Auſtriaca Romanorum Regis filia contractum, demum

Sæcul. XV. A.C. 1489.

mum jura, quæ sibi in Neapolis regnum competerent, armis vindicaret. Hisce Oratoribus speciatim in mandatis datum est, quatenus utrumque articulum de Regis connubio, ejusdemque in Italiam expeditione nominatim exponerent, eo consilio, ut Henrico suspicionem adimerent, perinde ac si Carolus Britanniæ Duciſſæ nuptias expeteret.

§. CVIII.

Responsum Angliæ Regis ad Oratores Gallos.

Rex Angliæ, ne responsum præcipiti consilio daret, rem Senatoribus suis discutiendam proposuit, atque elapso aliquot dierum spacio Oratores ad alloquium admisit, inquiens: Maximas, quas possum, Regi vestro grates rependo, quod ob prosperos armorum meorum successus commune gaudium testari voluerit. Ego pariter lætitiam meam Gallis jungo propter victoriam de Romanorum Rege reportatam. Postea sermonem convertens ad Britanniæ bellum subjunxit; non solum Regis vestri, sed etiam Britanniæ Ducis (hunc enim jam fatis cessisse ignorabat) nunquam interituram foveo memoriam, eisque plusquam ceteris omnibus me obstrictum profiteor, proin grati animi legibus prohibitus, permittere

Bacon. ibid.

Sæcul. XV. A. C. 1489.

mittere haud poſſum, ut horum uni cum alterius diſpendio ſtudia mea devoverem: grave inſuper mihi accideret, ſi eorum diffidiis compulſus alterutrius partes tueri adſtringerer, id ne eveniat, Conciliatorem pacis me exhibeo, hancque in rem protinus Oratores meos in Franciam & Britanniam ablegabo. Promiſſo ſua conſtitit fides; quippe Henricus Chriſtophorum Urswicenſem Sacellanum ſuum in Gallias miſit, dato negotio, ut penitius exploraret Francorum conſilia, ſuamque operam ad conciliandam pacem offerret, ſi propenſos ad concordiam animos experiretur, eademque obſequia deferret Britanniæ Duci, demum pacis articulos inſtrueret, ac quantocius in Angliam reverteretur, legationis ſuæ rationem redditurus. Aſt ubi ad Henricum fama pervenit de victoria a Gallis Albini reportata, nec non de obitu Britanniæ Ducis, & clandeſtinis Borboniæ Duciſſæ conſiliis, Rex Gallis arma inferre decrevit; quare hunc in finem convocato Senatu Carolo Francorum Regi bellum eſſe denunciandum ſancitum eſt, moxque octo armatorum millia conſcribuntur, ac Ductore Brookio Nobili Anglo in Britanniam deducuntur.

Sæcul. XV. A.C. 1489.

§. CIX.

Fœdus Anglorum cum Britonibus, & bellum contra Gallos.

EOdem quoque temporis articulo Henricus ad repellendos Gallos cum Britonibus armorum ſocietatem inibat, ea lege, ut Duciſſa Britanniæ Hæres, nec Regum, nec Principum ulli absque Angliæ Regis aſſenſu nuberet, nec arma ſua cum quocunque alio, exceptis Hiſpaniæ aut Romanorum Regibus, ſociaret. Fœdere firmato Angli conſcenſis navibus Guerandam perveniunt: Carolus vero horum appulſu comperto, quantocius ſuis copiis juſſa dedit, ut præcipuas Britanniæ urbes, quas tum ſubegerant, ceteris relictis ingrederentur, ac munimentis firmarent: hoc pacto Anglos ab amplioris cujuscunque urbis expugnatione præpedire, eisque apertos campos cedere ſategit, eo conſilio, ut Gubernatores urbium undique validis agminibus excurrentes, Anglos continenti prælio lacesſerent; nec eventus abluſit. Acceſſit etiam Borboniæ Duciſſæ ſolertia, quæ ſub idem tempus præcipuos Provinciæ optimates artibus ſuis ſibi devinciebat; reliquos vero tanta dexteritate disjungebat, ut quovis eorum ſupremum ſibi imperium arrogante, Britonum aula

la crebris tumultibus jactaretur; quapropter Angli comperta rerum confusione ignari, cujus esset jussa dare, aut a quonam munitiones aut belli tormenta petere deberent, mare trajicere, ac Britanniam relinquere coacti sunt, cum tamen haud majoris molimnis rem confeciissent, quam quod ultimum hujus regionis excidium compleverint. Sæcul. XV. A.C.1489.

§. CX.

Connubium Britanniæ Duciſſæ cum Romanorum Rege.

Britonum diſſidia haud parum creverant illorum, qui nuptias Britanniæ Duciſſæ ambiebant, æmulatione; quivis enim eorum in aula ſuos numerabat fautores. Inter illos, qui Duciſſæ connubium efflagitabant, Britannicæ hæreditatis ſpe allecti, præcipui erant, Carolus VIII. Galliarum Rex, Maximilianus Rex Romanorum, Aurelianenſis Dux, & Albretus; hos inter Romanorum Rex, cum eſſet viduus, atque ex primo connubio filium ſuſcepiſſet, a nuptiarum ſpe remotior credebatur; verum cum eſſet nonniſi triginta annos natus, atque eximia corporis ſpecie præditus, nec non forma plane regia inter omnes ævi ſui Principes longe emineret; cumque Archiduci ejus filio molior ac delicatior

Sæcul. XV. A.C. 1489.

esset corporis habitudo, nec ejusmodi connubium ac fœdus Angli suspectum haberent, hinc potissima Procerum pars Maximilianum aliis præferendum censebat. Quapropter Rivenarum Marescallus Maximiliano addictissimus ad eum viros omni fide digniſſimos ablegabat, qui asseverarent, Maximiliano integrum esse, ad nuptias cum Ducissa Hærede ineundas in Britanniam contendere, nec aliud ab eo exigi, quam ut apparatu tanti Principis digno instructus compareret: ergo Nuptiarum pacta cum Ducissa eriguntur. Verum Imperator avaritia captus filio suo omne pecuniarum subsidium denegavit, ac insuper, ne ullis sumptibus succumberet, haud concessit, ut Maximilianus mox ipsus in Britanniam pergeret, sed duntaxat cum aliis Legatis Oratorem misit Wolfgangum de Bolheim, qui Regis Romanorum nomine cum Britanniæ Ducissa nuptias contraxit. Tota res tam religioso agebatur silentio, ut ne ipsa quidem Borbonii Ducissa ejus notitiam acceperit.

§. CXI.

Papæ conatus in conciliandis Francorum & Romanorum Regibus.

Vialard. in vita Innoc. VIII.

Sub idem ferme tempus, conciliatore Innocentio Papa, Maximilianus pacem

cem cum Galliarum Rege ſanxit; cum enim ſummus Pontifex probe intelligeret, quod ingens ille armorum apparatus nonniſi apertum inter utrumque Regem bellum præſagiret, totaque belli moles, calamitasque Flandris demum impenderet, omnem adhibuit prudentiam in delectu mediorum, quibus tam grave malum ab eorum cervicibus averteret. Quapropter Nuntios ſuos vehementer ſtimulabat, ut pacis atque unionis conſilia ſuggererent cunctis Principibus, qui fœderum neceſſitate compulſi horum alterutri arma inferre parabant. Piis Papæ conatibus eventus omni expectatione major adſpirabat; quippe S. R. I. Electores Francofordiæ in Comitiis congregati cum Nuntiis Pontificis communi conſilio rem aggrediuntur, & Comes Naſſovius, ceterique Principum Legati præſente Maximiliano poſt crebras conſultationes tandem pacis conventa erigunt, quatuor maximi momenti articulis concepta. I. Reddatur Romanorum Regi Burgundiæ Ducatus unacum Caroleſii Comitatu. II. Eidem Flandri tanquam ſubditi obſequium præſtent. III. Reſtituantur Britanniæ Duciſſæ hactenus ablata IV. Libertati aſſeratur Aureliæ Dux apud Biturices captivus.

Sæcul. XV. A.C.1489.

§. CXII.

Sæcul. XV.
A. C. 1489.

§. CXII.

Pacis articuli inter utrumque Regem.

Totum pacis negotium multis ultro citroque propositis tandem die vigesima secunda Julii absolutum est sequentibus articulis. I. Pax firmetur inter Carolum VIII. & Romanorum Regem. II. Hac pace comprehendantur Flandri, & Britanniæ Ducissa, cui omnia, quæ Dux obitus sui tempore possederat, bona restituantur. III. Decernatur locus, ubi uterque Rex conveniant, & mutuo colloquio agant de reddendis Burgundiæ Ducatu, Carolesii Comitatu, & urbe Audomaropolitana, quam Galliarum Rex repetebat. IV. Romanorum Rex Philippum Clivium in gratiam recipiat, eique ablata bona restituat, & Flandri Brugis capti in libertatem asserantur. V. Rex Francorum omnem navet operam, ut Flandri in obsequium Romanorum Regis revocentur. VI. Utriusque Regis Subditi in bonorum suorum, quæ ærario adjudicata fuere, possessionem redeant. VII. Sequestro dentur urbes, Maclovium, Dinantium, Feliceriæ, & oppidum S. Albini, usquedum Britanniæ Ducissa Anglos omnes e ditione sua dimisisset, & lis, quæ de hisce urbibus Carolum inter & Ducissam intercedit, vel arbitrorum judicio, vel judicum sententia

tentia dirempta esset. VIII. Denique in mutuo amborum Regum congressu de libertate Aurelianensis Ducis agatur. Sæcul. XV. A.C.1489.

§. CXIII.

Articulus de Britannia reddenda a Gallis violatus.

Hæc pactio, quam vix pacis fœdus appellare audemus, sed potiori nomine odii, & mutuæ inter utrumque Regem indignationis inducias (*) vocari meretur, nihilominus religiose observata fuit, unicum si excipias Articulum de Britannia; Hujus pacti violatam fidem Galli hoc fuco honestare nitebantur, caussati, quod Duciſſa quosdam Anglos in præsidiis urbium, quæ ipsius imperio parebant, retinuisset. Quapropter illa ad Regem, qui tum Ambasiæ agebat, Lega-

(*) Hanc pactionem vix nomen & omen firmissimi pacis fœderis, sed duntaxat mutui odii suspensionem mereri, quis credat? accessit libera utriusque partis voluntas, commune Principum consilium, ac matura deliberatio, abfuit dolus, pax utrinque firmata, & ab ipso Carolo Rege Montii apud Turones octavo die Octobris edito diplomate promulgata, ubi præterea additum legimus, *quod si alicui harum conditionum interpretatio necessaria foret, ea a Rom. Rege, ejusque Filio Philippo petatur.*

Sæcul. XV. A.C. 1489. Legationem decrevit, cujus princeps erat Dunensis Comes unacum Motalbano Britanniæ Cancellario, in cujus dexteritate Duciſſa totam ſpem ſuam repoſitam habebat. Nihilominus tamen anno poſteriori utrinque bellum recruduit.

Mantaubon.

§. CXIV.

Tartarorum clades a Polonis.

Interea Tartari crebris excurſionibus Poloniam ferro, flammaque devaſtabant; quapropter Caſimirus Poloniæ Rex Subditorum lacrimis ac precibus excitatus, Joannem Albertum Filium ſuum validis cinctum copiis immiſit, ut hosce infideles a Ruſſiæ ac Podoliæ populatione prohiberet, Ferunt Tartaros ad ejusmodi hoſtiles incurſus a Bajazethe fuiſſe ſollicitatos, qui Valachiam cum exercitu ingreſſus, non ita pridem eandem ſubjugabat, quamvis Vaivoda Polonorum ſuppetiis auctus, omnem moviſſet lapidem, ut hoſtem repelleret. Jam vero Tartari in Polonia exercitum ſuum in duas acies partiti ſunt, quarum una quindecim millibus potiſſimum Equitum, altera vero decem millibus peditum conſtabat: primam Joannes Albertus aggreditur, cædit, fugatque, partoque hoc triumpho ad alteram Tartarorum aciem provolat, eandemque pari clade fundit, deletque, equitibus

Cromer hiſt. Polon. l. 29.

tibus ad unum omnibus trucidatis; ipse vero insigni geminæ hujus victoriæ gloria nobilitatus inclaruit. Saecul. XV. A.C. 1489.

§. CXV.

Bellum inter Hungaros & Bohemos.

Hoc anno inter Matthiam Hungariæ, & Wladislaum Bohemiæ Reges novum, haud tamen diutinum accendebatur bellum, cujus causa sequens exstitisse memoratur. Matthias adversa valetudine pressus, cum Hungariæ Regnum repugnante Beatrice conjuge sua, Joanni filio suo Notho relinquere non posset, decrevit, eundem saltem Bohemiæ, cujus titulum cum magna illius regni parte possidebat, Regem constituere; præsertim cum Mediolanensium Dux sororem suam Joanni in sponsam dare recusasset, nisi ille regnum esset adeptus. Ea ergo de causa Matthias in Silesia nonnullos Gubernatores, ut ei constituto pretio urbes suas venderent, sollicitabat, nonnullos vero recusantes armis compellebat: Hinc Wladislaus indignatus, bellum parat, copiasque educit, sed paulo post opera Varadinensis Episcopi placatus est: unde Matthias plurimas urbes, quas coemerat, nemine obluctante quietus possedit, nec ad felicitatis suæ cumulum quicquam defuisse videbatur, quam firmior *Bonfin. dec. 4. lib. 8.*

Sæcul. XV. A. C. 1489.

mior valetudo ; ita enim accedente podagra,, aliisque morbis laborare cæpit, ut nunquam pedibus ultra consistere posset. Nihilominus publicis rei negotiis, ut ante intentus, plurimas undique legationes suscepit, Oratores Principum ad alloquium admisit, resque diversas cum illis pertractavit: præcipue vero Innocentii summi Pontificis Legatos audivit, qui liberationem Petri Archiepiscopi Colozensis quatuor jam annos in carcere tabescentis deprecabantur, nec tamen id impetrare poterant. Bajazethes quoque ad Matthiam Oratores destinabat, qui pacem postularent, ut compositis cum Hungaro rebus, tanto potentius Ægypti ac Syriæ Sultanis bellum inferre, & acceptam ab eis injuriam ulcisci posset: cum vero Syriæ Sultanus Jerosolymitanum Patriarcham ad Matthiam ablegasset, non modo pax cum Bajazethe inita non est, sed insuper eidem Patriarchæ in mandatis datum, ut Romam demum contenderet, ad ineundam in Turcas societatem Papam inducturus.

§. CXVI.

Bourcherii, Piccolominæi, & Wessælii Cardinalium obitus.

Polyd. Virg. hist. Ang. lib. 24.

Hoc anno sacrum Purpuratorum Collegium planxit Thomam Burscherum seu

seu Bourcherium, qui die trigesima Martii mortalitatem exuit. Is erat natione Anglus Archiepiscopus Cantuariensis, Henrici Esexiæ Comitis frater, qui idem insigni adversus Wiclefistas fidei Zelo clarus, in variis diœcesibus quinquaginta & unum annos Episcopalibus dignitatibus præfuit, primum nominatus Vigornien sis, postea Helien sis Episcopus, ac demum Archipræsul Cantuarien sis: anno autem post Christum natum millesimo quadringentesimo sexagesimo septimo non minus meritorum suffragio, quam pietatis præmio a summo Pontifice Paulo II. Cardinalium Collegio adscriptus est, eo defuncto in Anglia ingens fervebat de Cantuarien si Ecclesia contendentium ambitio; cum vero Cantuarien ses Archiepiscopi ex avita hujus Ecclesiæ prærogativa Anglici Primatus dignitate insigniti essent, atque omnibus, qui e Regio sanguine orti non erant, Principibus in consessu publico præcederent, Rex hanc dignitatem contulit Joanni Mortono Helien si Episcopo, quem mox Angliæ Cancellarium creavit, cum præter eum certe nullum alium exploratæ magis fidei virum ad tanti honoris fastigium evehi posse existimaret. Sæcul. XV. A.C. 1489. *Aubery hist. Card. vol. 3.*

Eodem anno die quarta Octobris fatis functus est Joannes Wes- selius, seu de Wessaliis Theologiæ *Freher theatr. illustr. Vir.*

Sæcul. XV. A.C. 1489.

Vita Profess. Groning. Dupin. Bibl. Script. Sæcl. XV.

Doctor, Groningæ anno circiter millesimo quadringentesimo decimo nono natus. Hic adhuc puer utroque parente pistore orbatus, a pia quadam nobili Matrona educatus, unacum unico ejusdem filio studiorum curriculum emensus est: cum autem illa utrumque Zwollam, seu Suvollam, ubi ea ætate nobilius, quam Groningæ, erat Gymnasium, misisset; Wesselius tantum in scientiis fecit progressum, ut etiam postea literas publice traderet, inde vero sua studia prosecuturus, Coloniam contendit, ubi tamen a veræ Religionis doctrina vix non aberrasse credebatur. Præterea cum Laicus esset, nec Clericali militiæ adscribi pateretur, ad Heidelbergensem Theologiæ Cathedram, quam sibi concedi postulabat, minime admittebatur; hanc ob rem Coloniam reversus, primo Lovanium, inde vero Lutetiam Parisiorum venit. Postea a Francisco Rouverio supremo FF. Minorum Ministro generali Concilii tempore Basileam deductus, præclara scientiæ suæ specimina non sine literatorum applausu edidit, ac demum Sixto IV. in Pontificem electo, Romam profectus, tandem relicta Italia Groningam reversus est, in natali solo ultimum diem clausurus. Nemini dubium est, hunc virum in pluribus ab avita Religione ad noxios errores desciviſſe; quapropter eo fatis functo non pauca

pauca ipsius manu exarrata igne combusta fuere, quæ vero rogum effugerant, Groningæ Anno millesimo sexcentesimo decimo quarto, & Amstellodami tertio ex post anno typis excusa prodierunt. Propositiones ejus nimium temerarias, quas docuerat, Anno millesimo quadringentesimo septuagesimo nono ab Inquisitoribus Germaniæ damnatas fuisse, jam alibi meminimus. Sæcul. XV. A.C. 1489

Die undecima Septembris ejusdem Anni (*) obiit etiam Jacobus Piccolominæus Cardinalis, Calixto III, & Pio II. ab epistolis, a quo etiam purpura decoratus est. Posteritati reliquit septem libros *Commentariorum*, quibus complectitur gesta in Europa a Pii II. profectione Anconam usque ad obitum Carvajali Cardinalis, id est ab anno millesimo quadringentesimo sexagesimo quarto usque ad Annum millesimum quadringentesimum sexagesimum nonum. Sub idem tempus Donatus Bossius Mediolanensis ejusdem *Vid. supr. lib. CXV. §. IV.*

(*) *Manifeste hallucinatur Continuator obitum Cardinalis Papiensis ad hunc annum referens, quem tamen ipsus in libro CXV. §. VI. jam anno* 1479. *fatis functum memoravit, & Cioconius, Panvinius, & alii die* 10. *Septembris* 1475. *vel ut aliis placet, anno* 1479. *obiisse testantur.*

Sæcul. XV. A. C. 1490.

dem urbis Archiepiscoporum Chronicon absolvit, aliudque de gestis, dictisque memorabilibus usque ad suam ætatem conscripsit. Quo anno obierit, ignoratur.

§. CXVII.

Principes ad bellum Turcicum a Pontifice excitati.

Vid. supr. Ann. 1484. §. 141.

Bzov. ad ann. 1490.

Vialard. in vit. Innoc. VIII.

Meminimus, a Nobili Virgine Lusitana nomine Beatrice a Silva Toleti in Hispania Ordinem Monialium in honorem Conceptionis B. V. Mariæ institutum fuisse, quem Innocentius VIII. ad preces Isabellæ Castellæ Reginæ exeunte Anno priori confirmavit, concessitque, ut sub regula Ordinis Cisterciensis Deo servirent. Nunc vero summus Pontifex omnem impendit operam, ut Zizimi, quem in sua potestate tenebat, auxilio usus bellum in Turcas moveret: Hunc in finem ineunte Anno millesimo quadringentesimo nonagesimo missis undique Apostolicis Oratoribus, Imperatorem, Reges, Principes, ac Respublicas eo adduxit, ut hi denuo Legatos Romam ad vigesimam quintam Martii diem B. Virgini annuntiatæ sacram ablegarent, quibuscum de ratione hujus belli decerneretur: Cum ergo Principes summi Pontificis hortationibus animati

ad

ad præſtitutam diem ſuos miſiſſent Legatos, Innocentius cum illis ſtatuit, ut in ſacræ militiæ expenſas unusquisque Princeps decretam pro viribus ſuis pecuniam numeraret, & arma vel milites ſuppeditaret, ſancitumque, quod plenam haberet libertatem Pontifex Annatas, Decimas, vel alias præſtationes exigendi, tum indulgentias, gratias ac privilegia promulgandi, ac denique cruce ſignatos ad vexilla vocandi. Ipſe quoque Pontifex viciſſim pollicitus eſt, quod ipſemet bello intereſſe velit, ſi quis ex tribus hiſce Franciæ, Hiſpaniæ vel Angliæ Regibus copias in Turcas duceret: ſi vero Regum nullus exercitus Chriſtiani imperium in ſe ſuſciperet, nihilominus Papa duos Legatos ſe nominaturum promiſit, quorum unus maritimis, alter vero terreſtribus copiis imperet, ita tamen, ut Itali, Galli, Hiſpani & Angli rem mari gererent, Germani vero, Bohemi, Hungari & Poloni terra hoſtem aggrederentur. Hanc in rem Oratores, ac Nuncii ad omnes Provincias deſtinati ſunt; aſt cuncta hæc præclare propoſita effectu penitus caruerunt: Principes enim privati ſui commodi potiorem quam communis boni curam habebant; ipſe quoque ſummus Pontifex (ſi tamen quorumdam Scriptorum aſſertis fides habenda) tam ardenti, quod Sæcul. XV. A C. 1490.

Sæcul. XV. A C. 1490.

præseferebat, sacræ militiæ studio ferme neglecto, in eandem cum Principibus sententiam ibat.

§. CXVIII.

Legationes Bajazethis & Ægypti Sultani ad Papam.

Raynald. hoc ann. num. 2. & 3.

Bajazethes, ubi tam potentem, reapse tamen inutilem armorum apparatum compererat, summam indignationem in supremum Rhodiorum Magistrum concepit, eoquod Zizimum ejus fratrem e custodia Equitum dimisisset; quapropter missis ad Pontificem Oratoribus cum eo fœdus pangere decrevit, pollicitus, quod centum & viginti aureorum millia pendere velit, dummodo Papa Zizimum in custodia detineret. Sub idem tempus missus ab Ægypti Sultano Orator Romam venit, qui Pontificem, ut ei Zizimum ad Turcas certius opprimendos traderet, plurimum incitabat. Ceterum Bajazethis Legatus omni obsequiorum genere excipitur, cunctis Cardinalibus ac Papæ Ministris obviam effusis; hic jamjam præter ingentem gemmarum aliorumque munerum thesaurum, in promptu habebat promissam pecuniarum summam, quæ in triennalem Zizimi pensionem expenderetur. Præterea quadraginta aureorum millia in singulos annos numeranda

randa promittebantur. Ergo ad publi- Sæcul. XV.
cum Purpuratorum Senatum Orator præ- A.C. 1490.
sentibus cunctis Cardinalibus admitti-
tur, in quo a Pontifice suscepta fuisse Ba-
jazethis munera videntur, eumque quot-
annis pecuniarum summam, quæ pro
alendo Zizimo spondebatur, recepisse cre-
dimus: Enimvero hæc agendi ratio mi-
nime demonstrabat in summo Pontifice
Turcis bellum inferendi voluntatem, pro
qua tamen expeditione decimas exigere
non cessabat. (*)

Cete-

(*) Continuator jam §. priori summum Pontificem insimulat, quod Turcicum bellum urgere neglexerit, nunc vero crescente ejus audacia omnino eundem muneribus corruptum nonnisi bellum Turcis inferendi voluntatem simulasse, eoque falso obtentu decimas extorsisse accusat. Verum quales demum hujus calumniæ testes adducit Continuator? in §. præcedenti inquit: *Si quibusdam Scriptoribus fides adhibenda*, nullum autem eorum allegat: in hoc autem §. ait: *Videtur, credimus* &c. ergone in supremos Principes probra conjicere licet, dummodo cuidam Scriptori ita *videtur*, dummodo ipse talia ab illis patrata fuisse *credit*. Toto hoc paragrapho præter Raynaldum Odoricum Continuator nullum omnino testem allegat, cum hic tamen ne verbum quidem

Sæcul. XV. A. C. 1490.

Ceterum quem Sultanus Ægypti Legatum Romam decernebat, erat Antonius Millanus Ordinis S. Franciſci conventus Jeroſolymitani Guardianus; huic datum eſt negotium, ut in Hiſpaniam quoque delatus, Regibus Catholicis Ferdinando atque Iſabellæ nomine Sultani minas intentaret, eisque ſignificaret, niſi a cæpto Mauros opprimendi conſilio deſiſterent, tunc Sultanum vim Mauris illatam omnium

Raynald. ib. num 4.

---

de munerum acceptatione, aut ficta Pontificis voluntate referat; ſi Continuator ea, quæ Hiſtoricum decet, ſinceritate rem narrare voluiſſet, ex eodem Raynaldo, Natali Alexandro, Palatio, Onuphrio, Bzovio, Spondano, Ciaconio, aliisque Scriptoribus, etiam Acatholicis diſcere potuiſſet, quod Bajazethes Romano Pontifici præter Hieroſolymæ reſtitutionem prorſus regia obtulerit munera, ea lege, ut eidem Zizimum traderet quantocius jugulandum, Papa vero nunquam eundem Bajazethi reddere voluerit, proin ejusmodi munera reſpuerit, quocirca Turcarum Imperator, ne ſaltem ejus frater libertati redditus, nova in eum moliretur, ultro ad ejus ſuſtentationem quadraginta aureorum millia annuatim transmiſerit. Hæc paſſim in omnibus Scriptoribus Eccleſiaſticis referuntur, quæ an ſinceræ voluntati Turcis bellum inferendi repugnent, Lectoris judicio relinquimus. Vide Hiſt. contin. Lib. CXVIII. §. 6.

omnium, quicunque in Ægypto ac Syria reliqui forent, Christianorum cæde ulturum, eosque se acerbissimis tormentis confecturum. Verum Franciscanus apud Hispanos demandata sibi provincia haud functus est, sed duntaxat Ferdinandum Neapolis Regem de mandati sui ratione certiorem reddidit; hic ergo cum Mauris plus æquo faveret, Ferdinandum Arragoniæ Regem, ut a bello cessaret, admonuit: ast Ferdinandus nec Sultani minis territus, nec Neapolitani monitis permotus, eidem per literas suscepti in Mauros belli æquitatem exposuit. Franciscanus Romam perveniens, atque ad Pontificis alloquium admissus, Zizimum sibi tradi postulabat, ut Sultanus eum copiis suis præficere valeret, Pontifici pollicitus, se in ejus locum quadringenta aureorum millia numeraturum, unacum urbe Jerosolymitana deinceps Christianorum imperio tradenda: præterea obtulit, se omnibus Christi cultoribus liberam terram sanctam absque omni tributo invisendi facultatem concessurum, ac omnes, ne quidem ipsa Constantinopoli excepta urbes, quas Turcis eriperet, summo Pontifici redditurum. Super hisce promissis frequens erat consultatio præsentibus semper Cardinalibus, nihil tamen hac in re conclusum est.

Sæcul. XV. A.C. 1490.

Sæcul. XV. A. C. 1490.

§. CXIX.

Bajazethis consilium Zizimum veneno necandi.

Rayn. ib. num. 5.

Tanta promissorum amplitudo, ac munerum largitas, quæ Bajazethes offerebat, eo vel solo nomine suspecta habebantur, quod paucis antea mensibus Zizimum fratrem suum veneno e medio tollere molitus esset, ministerio usus cujusdam Christophori Macrini, cognomento Picentis; hic ira furens, quod a Pontificio Administro officio suo privatus imo & expulsus esset, Constantinopolim se contulit, pollicitusque est Bajazethi, se Pontifice ac Zizimo necatis brevi belli timorem a Turcarum imperio amoturum. Hic opitulante supremo Turcicæ superstitionis Ministro, quem Muphti vocant, sæpius ad colloquium Bajazethis admissus, auro, gemmisque pretiosis, ac ampliorum munerum pollicitatione ad audendum facinus impellebatur; promittebat enim illi Bajazethes Chalcydis Insulæ præfecturam unacum ducentarum triremium classe, dummodo fontem, ex quo Papa, & Zizimus aquam biberent, veneno inficeret, quam in rem eidem lagenam toxico admodum violento repletam suppeditavit. Christophorus accepto negotio omnem, quam posset,

set, pollicetur operam; aſt ob alia de- Sæcul. XV.
licta carceri datus, ac quæſtionibus ſub- A.C. 1490.
jectus, peſſima, quæ Romæ executurus eſſet, conſilia confeſſus eſt; quapropter Menſe Majo capite damnatus, ac per urbis compita raptatus, ardentibus forcipibus diſcerpebatur, demum corpus ejus in partes diſectum, in diverſis urbis portis expoſitum eſt, ad ceterorum complicum terrorem, quorum haud pauci Romæ numerabantur, eorumque nonnulli attentati facinoris pœnas dederunt.

§. CXX.

Pontificis ſtudium in uniendis Principibus contra Turcas.

Summus Pontifex, inſuperhabitis Bajazethis muneribus, ac pactis, aſſiduo ſtudio Principes Chriſtianos hortabatur, ut junctis viribus bellum in Turcas moverent. Sollicitabat ad id Romanorum Regem, qui & auxilia pollicitus eſt, ea lege, ut ante omnia inter Fridericum Patrem ejus, & Matthiam Hungariæ Regem concordia redderetur, atque inter utrumque Principem pax conciliaretur. Hanc in rem Bernardus Stich a ſummo Pontifice Neapolim Orator decretus eſt, ut Friderici Imperatoris, ejusque Filii Maximiliani, necnon Alberti Saxoniæ Ducis literas ad Ferdinandum Regem per-

Sæcul. XV. A.C. 1490.

perferret, eumque induceret, ut protuenda Religione arma contra Turcas pararet: Is vero Papæ votis adeo non conceſſit, ut etiam illum laceſſere, atque affligere non deſineret, atque hoc ipſo anno Beneventi imperium, pulſis, quos Innocentius conſtituerat, Magiſtratibus Eccleſiæ adimeret. Facta fuerunt interea ad revocandam pacem crebra inter Imperatorem & Hungariæ Regem colloquia, ac demum inter eos convenit, ut decima tertia Septembris die ad dirimendas lites ſolemnia haberentur comitia, ſed cum Matthias adverſa valetudine afficeretur, ea ad aliud tempus protracta fuere.

§. CXXI.

Matthiæ Hungariæ Regis obitus.

Raph. Volater. Geog. lib. 8. Bonfin. dec. 4 lib. 8. Turos in reb. Hung. Cromer. Krantz. & alii. Paul. Jov. in elog.

Hæc dum interea agebantur, Matthias die ſexta Aprilis, quæ erat feria tertia, Anno milleſimo quadringenteſimo nonageſimo Apoplexia tactus Viennæ in Auſtria rebus humanis valedixit. Referunt Scriptorum nonnulli, Beatricem ejus Conjugem de Regis morte ſuſpectam fuiſſe, eoquod ficus veneno infectas, antequam ei frigidæ potum conceſſiſſet, vehementer ſitienti præbuiſſet: Verum id omnino falſum eſſe, non dubitamus.

Lauda-

Laudavit defunctum oratione funebri Petrus Ranſanus natione Siculus Luceriæ Epiſcopus, qui tum Ferdinandi Regis Neapolitani Legatus morienti adſtitit, & Matthiam ob ardentiſſimum Religionis Chriſtianæ ſtudium merito ad ſydera extollendum deprædicavit: nec parcius in ejus laudes excurrit Bonfinius, aitque, hunc Heroem literarum, quas Regem omnibus numeris abſolutum ſcire oporteret, nullatenus ignarum, eumque bello ac pace ſummum fuiſſe teſtatur. Ferunt illum, excepta Turcica & Græca lingua, omnium Europæ idiomatum peritiam habuiſſe; ſalibus, necnon ingenioſis facetiis admodum oblectatum, literas etiam, Virosque doctos ſummopere coluiſſe, necnon arte pictoria præſtantiſſimos undique diſquiſiviſſe, magnisque ſumptibus ex tota Europa in quibuslibet ſcientiis eminentiſſimos ad aulam ſuam accerſiviſſe. Idem Rex Bibliothecam in arce Budenſi conſtruxit, ornatu, librorum ſelectu, ac Codicum manu ſcriptorum pretio locupletiſſimam. Corpus ejus Albam regalem delatum in ſepulchro Hungariæ Regum conditum eſt; necdum expleto quinquageſimo ætatis ſuæ anno, ſolidos triginta duos annos Regni ſceptrum rotabat; conjugem accepit Anno milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo ſecundo Catharinam

Sæcul. XV. A. C. 1490.

Sæcul. XV. A.C. 1490.

nam Georgii Podiebracii Bohemorum Regis Filiam, qua Anno supra millesimum quadringentesimo sexagesimo quarto sine liberis decedente, duodecimo ex post anno nuptiis secundis sibi copulavit Beatricem Ferdinandi I. Neapolitani Regis filiam.

§. CXXII.

Wladislaus Bohemorum Rex in Hungariæ Regem salutatus.

Istuanff. l. 1. & 2.
Bonfin. dec. 4. l. 9 & 10.
Crom. l. 29.
Michov. l. 4. c. 83.

Cum Hungariæ regnum eo tempore liberæ electionis esset, complures erant Principes, qui illud ambiebant, cunctis id sibi jure deberi contendentibus. Hos inter Maximilianus Romanorum Rex avitam proferebat pactionem, quam cum Rege defuncto sanxerat eo tempore, quo Fridericus Imperator ejus Pater Hungariæ coronam restituerat: Wladislaus vero Bohemiæ Rex id petebat jure quodam hæreditario ex linea Matris suæ, cui etiam Beatrix Regina favebat. Joannes Albertus quoque ejus frater, eoquod non parvum ex nupera Tartarorum cæde nomen ac nonnullorum Hungarorum suffragia adeptus esset, haud infimum inter Competitores locum sibi deberi existimabat. Pari quoque ardore ad hancce coronam adspirabat Ferdi-

Ferdinandus Neapolitanorum Rex; tandem Joannes Corvinus Matthiæ filius nothus animum ad ſpem ſucceſſionis erexit ob partam nominis ſui gloriam, primasque dignitates, quibus regnante Patre ſuo præfulgebat, nec minus eundem commendabant maxima ſuæ fortitudinis, atque inſignium geſtorum merita, quibus eum certo certius natalium obſcuritatem illuſtraturum ſpem faciebat. Horum nulli deerant ſui Fautores; Prævaluere tamen, qui favebant Wladislao, præcipue poſtquam ipſa quoque Beatrix eidem ſuffragata eſſet, quæ ejus ſpecie in Conventu Olomucenſi capta cum illo, quam primum ad ſolium eveheretur, Matrimonium contrahendi ſpem concipiebat. Sæcul. XV. A.C 1490.

Ergo Wladislaus die decima quinta Julii Hungariæ Rex proclamatus, vigeſima prima Septembris in Albæ regalis urbe ſolemniter coronatur: Aſt compluribus ejus electioni obluctantibus, brevi ad vim & arma deſcendebatur. Joannes Albertus præ ceteris primus Neoelecto Regi fratri ſuo arma intulit, ſed inito prælio plane decretorio, quo ipſus valde de vita periclitabatur, pactis conditionibus pacem petere compulſus eſt. Pari quoque fato Maximilianus & Joannes Corvinus ſpe ſua dejecti fuere: Igitur Wladislaus æmulis ſuis undique repreſſis, & pace cum Bajazethe ſancita, regnum

Bonfin. dec. 4 l. 10.

Nicol. Iſtuanff. l. 1. & 2.

Sæcul. XV. A.C. 1490.

regnum quiete tenuit, ob morum probitatem, & animi magnitudinem ab omnibus magni habitus.

§. CXXIII.

Hungari nuptiis Regis sui cum Beatrice obluctati.

Istuan. ib.

Grati animi memoria expetere videbatur, ut Wladislaus Beatricem, cujus potissimum favore solium conscenderat, thori sociam sibi eligeret, nec alienum ab ea animum præseferebat Wladislaus; Verum repugnantibus Hungaris, eoquod sterilis esset, ipsa Regem in jus Romam vocavit; cum autem Innocentius hujus causſæ patrocinium in se susciperet, litemque decidere renueret, Beatrix spe delusa in Insulam Ænariam secessit, ubi mærore confecta obiit.

§. CXXIV.

Episcopus Varadinensis, aula relicta, vitam Monasticam professus.

Bonfin. dec. 4. l. 7.

Joanni Varadinensi Episcopo firmum fixumque hærebat propositum, abdicato Episcopatu, in quodam monasterio totum se Deo tradendi: Cum autem a Matthia, apud quem plurimum gratia valebat, veniam impetrare desperasset, eo mortuo

mortuo, novoque Rege ad solium evecto nil antiquius habuit, quam ut pium sanctumque consilium exequeretur. Ergo relictis pro prospera Regni administratione monitis oppido necessariis, omnino aulicis curis nuntium misit, nequidem petito Regis consensu, quem ab eo nunquam obtinendum probe noverat. Tantum Hungaricæ Nationi reliquit sui desiderium, ut pientissimo quisque parente se orbatum reputaret: Ipse vero post aliquot tempus habitum S. Francisci suscepit, ac solemni votorum sponsione se Deo consecravit, cujus tamen consilia frequenter in publicis Regni negotiis exquirebantur. Varadinensis hujus Episcopi exemplum Joanna Regis Lusitani soror imitata, die quarta Maji, Ordinis S. Dominici institutum professa est, ejusque vitæ historiam Antonius Vasconcellus Societatis Jesu Olyssiponensis Theologus descripsit. Sæcul. XV. A.C. 1490.

§. CXXV.

Societas Misericordiæ a Pontifice confirmata.

Hoc item anno Innocentius Papa die vigesima tertia Augusti, vel secundum Raynaldum, (*) prima Septembris appro- *Bull. Innoc. VIII. tom. I. Constit. 16.*

(*) *Quo errore abreptus Continuator Ray-*

Sæcul. XV. A C. 1490.

approbavit Societatem seu Confraternitatem, quæ nuper Romæ erecta de *Misericordia* nomen acceperat; instituta est ad pie consolandum noxios ultimo supplicio addictos, curandamque horum corporum sepulturam, ejusque Sodales summus Pontifex multis privilegiis atque indulgentiis auxit.

§. CXXVI.

Papa apoplexia tactus.

Onuphr in vit. Innoc. VIII. sub fin.

Paulo post idem Innocentius Papa, ex apoplexia in lethargum incidit, horisque fere viginti quatuor sine sensu, sine arteriarum motu, ac sine rationis usu immobilis perstitit, cumque fama jam mortis ejus quaquaversum perlata esset, Cardinales de ordinandis circa Successorem convenerant: Ast cum aliunde firma corporis affectione polleret, & nonnulla accederent medicamenta, spiritum resumpsit, non tamen ita convaluit, quin semper deinceps minus aptus esset negotiis.

---

naldum ad primam Septembris diem hanc approbationem rejeciſſe aſſerat, haud cavimus; ipſe enim ad hunc annum num. 23. *diſertis verbis inquit:* Confirmata hoc anno est ab Innocentio X. Kal. Septembris &c. *quis autem ignorat hanc diem esse vigesimam tertiam Augusti.*

tiis. Hujus morbi cauſſam adſcribebant nonnulli ſubito terrori, quem conceperat ex fulmine, quod æris campani turrim concuſſerat, & in cubiculum Archiepiſcopi Coſentini tum Romæ agentis delapſum eſt. Dum interea Cardinales ſummum Pontificem fatis functum credide-rant, provide pecunias, ne prædæ pate-rent, in ſecuritatis locum deferri cura-bant; reperta enim fuere decies centena millia nummum aureorum qui de deci-mis in uſus belli Turcici, & Neapolitani adverſus Ferdinandum collecti fuere. Sæcul XV. A.C. 1490.

§. CXXVII.

Viri Apoſtolici in Regnum Congi a Luſitano Rege miſſi.

Cum Anno ſalutis milleſimo quadrin-genteſimo octogeſimo quarto Jaco-bus Canus patria Luſitanus regnum Con-gi detexiſſet, Joannes Luſitaniæ Rex pau-lopoſt Conſalvum Soſam cum quibus-dam navibus eo decrevit, ut novas i-dentidem terras inveniret. Ubi is Azo-rium appulſus eſt, hujus ditionis Prin-ceps ſacrum Baptiſma cupidiſſime ſuſce-pit, Emanuelis nomen adeptus; utque ſe religioſiſſimum mox ſuſceptæ fidei cul-torem profiteretur, in ſua Metropoli Ec-cleſiam ſub titulo S. Crucis erigi curavit. Rex Luſitanus, ut fauſtas haſce reli-

Spond. ad an. 1484. n. 11. & ad an. 1491. num. 7.

Sæcul. XV. A. C. 1490.

gionis primitias ad uberiorem fructum excolleret, in Lusitaniæ portu tres triremes instrui jussit, ac Viros Apostolicos ad sacram expeditionem misit, adjunxitque Ductorem navium Consalvum. Ast pia hæc consilia eventus fefellit; cum enim quilibet officialium hujus classis imperium sibi arrogaret, ingens exorta est dissensio: accessit etiam ad turbarum cumulum pestis violentia, aliorumque morborum injuria, quibus complures depasti perierunt. Christi Sacerdotes, qui mortem effugerant, nil intentatum reliquerant, ut fidem in regno Congi recens plantatam stabilirent; ast Rex sese legi de unica uxore servanda subjicere recusans, ad sua idola reversus est; Alphonsus vero filius ejus natu major Christi fidem, quam & ipse amplexus est, mira constantia profitebatur.

§. CXXVIII.

Victoriarum progressus Ferdinandi Arragonum Regis contra Mauros.

Marian. de rebus Hisp. lib. 25.

Juvenis Granatensium Rex, postquam Ferdinando & Isabellæ Metropolim dedere recusabat, haud temere urbis suæ obsidionem augurabatur; igitur hostium impetus præstolari summe periculo-

culosum ratus, primus ipse bellicum canere decrevit. Ergo El-Pucherrenses, montium ac Lucrinæ vallis populos ad seditionem concitat, nec impropspero victoriæ auspicio; mox enim Alhendinum & Marcheunam munitissimas arces occupabat. Aft Ferdinandus vix copias suas in aciem eduxit, cum jamjam omnibus repressis rebellibus, cunctas nuper a Mauro expugnatas urbes recuperaret, Regemque adolescentem, ut Granatam sese referret, compelleret. Tota, quæ glorioſam hanc expeditionem intercepit, hieme ingentes armorum apparatus fiebant ad futuram Granatensis urbis obsidionem, cui nonnisi Anno sequenti datum est initium: Interea vero Innocentius crebras Romæ decrevit supplicationes pro impetrando Regibus Catholicis felici armorum successu, ipsus quoque Pontifex cum instructo supplicantium agmine ad Ecclesiam S. Mariæ de populo processit, ibidemque solemni ritu rem divinam peregit. Burchardus formulam precum, quæ hanc in rem concinnabantur, recenset, habitaque est in eadem Ecclesia Oratio panegyrica, ubi Orator in meritas Ferdinandi & Isabellæ laudes copiose excurrit. Sub idem tempus summus Pontifex edita Bulla Abulensi Episcopo

Sæcul. XV. A.C. 1490.

Burch in MS. arch. Vatic. p. 938. lib. Bullar. 50. p. 271.

Sæcul. XV. A.C. 1491.

provinciam demandabat, ut in ſubactis regni Granatenſis urbibus Epiſcopos deſignaret, litesque componeret de limitibus diœceſium, in quibus olim ſedes Epiſcopales inſtitutæ fuerant.

§. CXXIX.

Gallorum conatus ad impediendas nuptias Maximiliani cum Britanniæ Hærede.

Naucler. gener 50. vol. 2. Chron. p. 503

Ergo Maximilianus Romanorum Rex cum Anna Britanniæ Duciſſa, quæ Sorore ſua etiam fatis functa unica Patris ſui hæres vita ſuperſtes extitit, nuptias contraxit, quibus compertis Carolus VIII. Francorum Rex quantocius bellum reſtauravit, ſuisque copiis præcepit, ut Rhedones, ad quam urbem Duciſſa confugerat, obſidione cingerent, mox tamen mandatum revocavit; forte enim tum Borbonii Duciſſa ſecum animo conſtituebat, inter ipſum Regem & Britannam Hæredem nuptias conciliare, hocque pacto, deſtinatam Maximiliano Britanniam ſimul & Sponſam adimere, licet jamjam Matrimonium per Procuratorem rite contractum eſſet. Ad diſturbandas haſce nuptias Gallos incitaverat ſumma, quam inde ſperaverant, utilitas; huic

huic eorum consilio etiam opitulaba- Sæcul. XV.
tur Romanorum Regis socordia, ob quam A.C. 1491.
adeo expedita videbatur propositi exe-
cutio, ut Rex si ipsus Duciſſæ nuptias
expeteret, repulsam passurus haud ti-
meretur, eo potissimum nomine, quod
bellum finiendi medium adeo suave, tam-
que justum non minus Britannis quam
Gallis summe exoptandum foret; unde
mirabantur Galli, quod Borboniæ Ducis-
sæ sagacitas haud citius rem tantope-
re proficuam excogitasset.

§. CXXX.

Consilia de desponsanda Britanniæ Duciſſa cum Rege Francorum.

Nesciebantur equidem rationum mo- *Gaguyn. in*
menta, ob quæ Borbonii Duciſſa, *Carol. VIII.*
hanc occasionem neglexerit, id tamen *& Jaligny.*
certum est, quod nunc nil inausum in- *Polyd. Vir-*
tentatumque esse relinquendum arbitra- *gil. l* 27.
ta sit, ut Romanorum Regi Sponsa sua *Ducheſ. hiſt.*
Britanniæ Duciſſa eriperetur; cum ve- *Angl. lib.* 19.
ro hoc fieri posse desperaret, nisi eadem
Carolo VIII. Galliarum Regi nuberet,
ad id unum curas suas omnes intendit:
utque propositum exequeretur, manda-
ta dedit, in Britannia ab armis cessa-

Sæcul. XV. A.C. 1491.

rent Galli, licet eis Albretus jamjam Nannetenſem urbem & arcem tradidiſſet; poſtea ad priſtinas ſuas artes rediit, miſitque in Angliam Franciſcum de Lucemburgo, Carolum de Marignan, & Robertum Gaguinum, Ordinis SS. Trinitatis Generalem, qui Henricum VII. inducerent, ut cæpto propoſito, quo de Britanniæ Duciſſa cum Carolo Regis fratre jungenda agebatur, conſenſu ſuo accederet: his tamen Legatis injunctum, ne de hoc connubio cum Rege diſertis verbis tractarent, ſed duntaxat Henrico exponerent, æquitatem poſtulare, ut Galliarum Rex omni ſtudio impediret, ne Britanna Gallorum hoſti, ipſam modo Franciam infeſtis armis invadenti deſponſaretur, proin Henricus nullatenus ſeſe opponeret, quominus Galliarum Rex cum Britanna Hærede, ſalva ſtatuum ſuorum incolumitate, libere diſponere poſſet. Aſt Angliæ Rex, cum ad conciliandas Romanorum Regis nuptias ſedulam contuliſſet operam, ejusmodi reſponſo excepit Oratores, quo Regem Carolo bellum denunciare probe intelligerent, illudque Anglus reipſa in Gallos movit, prout proxime perſpiciemus.

§. CXXXI.

Sæcul. XV.
A. C. 1491.

§. CXXXI.

Aureliæ Dux ad abjiciendam nuptiarum ſpem ſollicitatus.

Præterea Borboniæ Duciſſæ conſiliis obſtare videbatur Aureliæ Dux, quem Duciſſa Britanniæ tanto ardentiori amore proſequebatur, quanto remiſſius ſtudium in Carolum Franciæ Regem præferebat; ipſe etiam Aureliæ Dux ſpe ſua hanc ſibi Sponſam certo futuram tenebat. Hunc ergo, ut ad abjiciendam connubii ſpem induceret, Dunenſis Comes ſuam operam obtulit, id unicum e cuſtodia Ducem liberandi medium ſupereſſe ratus. Quapropter primo Rivenarum Mareſcallum convenit, qui etiam Comitis voto ceſſit, ea tamen lege, ut Aureliæ Dux libertati redderetur; cum vero Borbonii Duciſſa conditionem acceptare renueret, id unice ab ea impetrari poterat, ut Dunenſi Comiti cum Duce verſari, eumque frequenti alloquio in ſuo carcere ſolari integrum eſſet, quin tamen ullam perderet operam, ut Aurelianenſem a prætenſis nuptiis abſtraheret. Comes liberioris colloquii facultate opportune uſus, Aurelianenſi Duci expoſuit, in hac funeſta rerum ſuarum viciſſitudine nil conſultius eſſe, quam ut poſtu-

Jalignus & Belleſ. in hiſt. Carol. VII.

Sæcul. XV. A.C. 1491.

postulatis annueret, & Carolum Regem ad conciliandam Britanniæ Ducissam juvaret: si cedere cunctaretur, fore, ut certius tam ipse quam Rex petita sponsa frustrarentur, Maximiliano interea eam utrique eripiente. (*)

(*) Haud timendum fuisset, quod Maximilianus Sponsam hanc aliis eriperet, cum jamjam legitimo connubio eidem junctus esset; ast tam iniquis artibus dolisque, necnon ob solam ditiones protendendi cupiditatem alteri Sponsam eripere, quod inter Christianos liceat, vix hæreticus affirmare audebit.

HISTO-

HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ

LIBER CXVII.

INNOCENTIUS VIII. PAPA.
FRIDERICUS III. OCCIDENT. IMPERATOR.

§. I.

Nova Pontificis ſtudia ad concitandos Principes in Turcas.

Papa indefeſſo, ut ſaltem præſeferebat, ſtudio, Turcicum bellum urgebat; quapropter Raynaldo Cardinali Hungariæ, Poloniæ, Poruſſiæ ac Ruſſiæ Legato negotium dedit, ut ad ſolvendam fidem Principes ſtimularet; hi enim geminum Sæcul. XV. A.C. 1491.

Vialard in vit. Innoc. VIII.

Sæcul. XV. A.C. 1491.

minum exercitum instruere spondebant, quorum uni ex Hungaris, Bohemis, Polonis, Valachis, Poruſſis, Lithuanis, & Ruſſis compoſito ad invadendam Bulgariam, & Thraciam Wladislaus pnacum Legato Apoſtolico præeſſet: alterius vero ex Germanis, Danis, Flandris, Burgundionibus, & honoraria Gallorum militia conflati imperium Maximilianus teneret, operamque ſuam Wladislao jungeret ad devaſtandas finitimas Sultani Provincias. Præterea exoptabat Innocentius, ut Venetiis inſtrueretur claſſis, Anglis, Scotis, Hiſpanis, Gallis, atque Italis duntaxat armata, quæ transvehendis peditibus, equitibusque uſui eſſet: illius vero ſupremum regimen Franciæ, vel Angliæ, vel Arragoniæ Reges gererent, ſi autem horum alteruter imperium recuſaret, id Legato Apoſtolico deferretur, ipſo ſummo Pontifice expeditioni præſente. Verum ſpecioſa hæc conſilia haud feliciori ſucceſſu quam priora ad executionem deducta fuere, & quamvis Innocentius ad inſtruendam hanc claſſem parata haberet ducenta aureorum millia, & Galliarum Rex duodecim majoris alvei naves ad facienda vela promptas teneret, necnon Clero ſuo decimas imponeret, nihilominus hoſtiles Bajazethis impetus adeo non repreſſi ſunt, ut etiam is in Hungariam populabundus

dus excurreret, & compluribus combustis Ecclesiis, innumeram fidelium turmam in captivitatem abstraheret, totamque Provinciam usque ad Croatiæ & Transylvaniæ fines cruenta vastatione emetiretur, ac nonnullas etiam urbes, nemine victoriarum cursum sistente subigeret. Sæcul. XV. A.C. 1491.

§. II.

Constitutio Innocentii pro libertate Ecclesiastica.

Ardentiori adhuc studio summus Pontifex sedis Apostolicæ jura tuebatur; cum enim complures ad Papam appellarent, ac proprii fori judicibus, eorumque sententiæ sese subtraherent, adversæ partes ejusmodi appellantes ac judicia impedire præsumebant, quinimo etiam illi, qui in hac causa a judicibus citabantur, ut Romanæ curiæ sententiam auffugere possent, omni ope & opera litem suam ad judicia sæcularia transferre contendebant. Summus Pontifex Apostolicæ Sedis auctoritatem tam ab his quam ab illis violari ratus, ut *huic morbo* (inquit) *medelam adhiberet*, die vigesima tertia Februarii Anno millesimo quadringentesimo nonagesimo primo Constitutionem edidit, qua non modo hos, sed & illos anathematis pœna perculit, decla- *Bullar. in Innoc. VIII. Constit. 17.*

Sæcul. XV. A.C. 1491.

declarans, quod *ab ea (præterquam in mortis articulo & satisfactione prævia) ab alio quam Romano Pontifice absolutionis beneficium obtinere nequeant.* Adjectis insuper aliis in Tabelliones pœnis, qui ejusmodi delinquentibus ministerium suum impenderent. Jubebantur præterea Episcopi, ut eandem sanctionem in suis Diœcesibus incunctanter promulgarent.

§. III.

Pax Hungariæ Regis cum Alberto fratre suo, & Poloniæ Rege.

Bonfin. dec. 3 lib. 1. & 2. *Crom. lib. 29.* *Dubrav. l. 31*

Interea Bajazethes continuato furore, crebrisque incursibus Hungariæ Regnum ferro, flammaque devastabat. Itaque Wladislaus tota armorum mole Turcas repulsurus, Albertum fratrem suum in gratiam recipere constituit: ad id maxime Regem sollicitabant Christiani Principes, nec frustraneo conatu; quippe die vigesima secunda Februarii hoc anno utrinque pax inita, ac firmata est, ea lege, ut Wladislaus Alberto traditis quibusdam Silesiæ urbibus pensionem constitueret. Postea Varadinensis Episcopi opera, quem in monasterium secessisse meminimus, inimici Hungarorum & Polonorum exercitus pari pacis fœdere

dere sese junxerunt. Perfunctus hisce bellis Wladislaus, adversus Maximilianum Romanorum Regem arma sumebat, ut ab eo nonnullas Hungariæ urbes, quas ipsi eripuerat, repeteret; Potitus ille erat Hamburgensi arce, atque non procul a Viennensi urbe Bohemorum exercitum fuderat; attamen, cum Fridericus ejus Pater filio militaria stipendia negaret, eique auctor esset, ut Austria contentus, quæ in Hungaria possideret, Wladislao cederet, Maximilianus Germanorum Principum conventum coegit. Hi tamen haud magis propitii, auxilia adversus Wladislaum dare reluctati sunt. Sæcul. XV. A.C. 1491.

§. IV.

Pax Wladislaum inter & Maximilianum.

Wladislaus hac rerum opportunitate auctus, copiis in aciem eductis Albam regalem, aliasque urbes occupavit, haud dubie victoriæ cursum ac ampliora perfecturus, nisi Casimirus Poloniæ Rex inter utrumque Principem pacem conciliasset, cujus articulos Bonfinius integros recenset hunc in modum: *Hungariæ regnum ad Maximilianum, aut ad legitimos ejus hæredes recideret, si Wladislaus sine filiis legitimis decessisset: interea,* Bonfin. dec. 5. lib. 2.

Regni

Sæcul. XV A.C.1491.

Regni Regisque Hungariæ titulus penes ambos resideret: Wladislaus pro belli superioris sumptibus Maximiliano centies mille nummûm aureorum penderet: summi honores ac Regni dignitates, nisi interpositâ amborum Regum auctoritate, & jurejurando utrique dato, nulli concederentur: denique eosdem uterque Rex amicos eodemque loco ac honore Hungaros æque ac Germanos haberet, jureque societatis alter alterum bello juvaret.

§. V.

Apparatus Regis Catholici pro obsidione Granatensi.

Naucler chron. vol. 3. gener. 50. p. 505.

Æl. Ant. Nebrissens in præf. dec. 2.

Surita l. 20. c. 8. & seq.

Tandem hoc anno Castellæ & Arragoniæ Rex armis suis subjecit totum Granatæ regnum octingentis ferme annis Maurorum imperio obnoxium. Priusquam vero Ferdinandus tanti momenti rem aggrederetur, hyeme Hispali exacta, totum tempus pro glorioſa hac expeditione in necessario armorum apparatu insumpsit: primo autem Vere Rex Villenæ Marchionem cum tribus equitum, & decem millibus peditum præmisit, qui in agros populabundus excurrens, circa Granatam ignobiliores urbes everteret, eo consilio, ut incolæ vastatis segetibus eo citius famis injuria pressi subigerentur, & eversarum urbium civibus, atque agricolis turmatim ad Metroplim con-

confugientibus, ibidem brevi alimenta absumerentur, sicque citius urbs deditionem facere compelleretur. Sæcul XV. A C. 1491.

Non multo post tempore ipse Ferdinandus insecutus, cum exercitu quadraginta ferme peditum, & decem millium Equitum ad ipsius Granatæ obsidionem feliciter castra admovit. Rex, quamvis & ipse imperii, bellique administrandi peritia clarissimus esset, nihilominus expeditionis hujus curas partiebatur cum omnibus regni sui Proceribus, nec non cum plurimis belli Ducibus longa militia exercitatissimis, quorum virtus priorum bellorum usu longe exploratissima erat. Hos inter haud infimus erat celeberrimus Consalvus Fernandez de Corduba, qui ob præclara facinora dudum gloriosum *magni Ducis* cognomentum emeruit, atque in nupero adversus Lusitanos bello singulari fortitudine inclaruit. Hic Patrem nactus erat Petrum Fernandez de Corduba Aguilariæ, atque Elleberis de Herrera Toparcham.

§. VI.

Ferdinandi castra uno lapide ab urbe Granatensi.

Villenæ Marchio, vastatis circum Granatam agris, acceptoque mandato, agmen suum ad reliquum exercitus robur ad- *Marian. loc. cit.*

Sæcul. XV. A. C. 1491.

duxit. Cunctis igitur copiis in unum collectis obsidioni datum est initium, ac primo scrobes, viasque excavatas unacum Tablattæ ponte occupant, ut inde exercitus in plana Regionis expeditius procurrere posset; postmodum castra metantur ab urbe uno lapide dissita, firmo statuentes animo, se nunquam, nisi prius expugnata Granata Metropoli, inde recessuros; igitur præcipiti opera munimenta erigunt, vixque laborem absolvunt, cum Isabella Castellæ Regina unacum regia sobole ad castra perveniret, certum, deliberatumque sibi habens, nullatenus ex illis, nisi capta urbe recedere. Referunt Historicorum nonnulli, Reginam ad castra convolasse, ut Ferdinandi Regis consilia dissiparet, qui quidem Granatæ Regnum Castellano imperio adjungi conserat, tanta vero repugnantia, ut suspicandi ansam daret, perinde ac si illud pro jure suo, cum totius exercitus sui arbiter esset, sibi soli vindicare moliretur, quinimo non desunt, qui affirmant, quod Ferdinandus id agere conatus sit, imo reipsa executus fuisset, nisi Consalvus omnia Regis consilia evertisset.

§. VII.

Obsidionis castra in urbem mutata.

Raynald hoc ann. n. 3. & 4.

Prima, quæ Reginæ adventus diem sequebatur, nocte flamma Isabellæ tentorium

torium corripuit, ac continenti incendio plura alia magis vicina absumpsit; unde provide cautum, ut casæ ex lateribus erigerentur tegulis coopertæ, quæ viarum intervallis, ad instar justæ urbis, ordine suo distinquerentur. Datum, acceptumque negotium, & quodvis agmen suam regionem incredibili celeritate construére festinabat, moxque, ubi castra erant, urbs exurgebat turribus, mœnibus, ac profunda fossa circumcincta, & in quatuor præcipuas plateas, quæ ad quatuor urbis portas ducerent, distincta. Hoc opportuno necessitatis ingenio simul obviabatur, & periculo incendii, & ferme assiduis obsessorum eruptionibus. Accessit alia suscipiendi operis ratio; Ferdinandus enim mente prospexerat, obsidionis labores proximam quoque hyemem obtenturos, quare urbis hujus beneficio copias a rigidioris cœli injuriis tueri, consultissimum videbatur. Nova hæc civitas, cui a sancta fide nomen datum est, summopere terrebat obsessos, cum inde fatali rudimento edocerentur, Hispanos animo constituisse, nonnisi expugnata urbe obsidioni finem imponere. Summus Pontifex, cum Reges Catholicos tanta amplificandæ fidei gloria accensos audiisset, hac de caussa ad eos literas dedit, ac amplissimis sacris muneribus omnes & singulos auxit, qui Ferdinando

Secul. XV. A.C. 1491.

Sæcul. XV. A.C. 1491.

ad tam pium opus subsidia præstarent. Data est hæc epistola Romæ die prima Octobris.

§. VIII.

Granata expugnata.

Marian. lib. 25. c. 16. & 17.

Nil magis optabant Mauri, quam ut Ferdinandum ad hostium munimenta incautius procedentem, ad communis prælii discrimen compellere possent. Attamen Rex, cum sibi persuasum haberet, quod famis violentia sine cladis periculo brevi deditionem extorsura esset, ancipitem certaminis fortunam experiri abhorruit. Nec eum spes sua fefellit; quippe cum Granatensis obsidio diutius, jamque octavum in mensem, diesque decem nimirum a die vigesima sexta Aprilis anni nonagesimi primi supra millesimum quadringentesimum usque ad anni sequentis diem secundam Januarii protraheretur, tandem Mauri pactis conditionibus urbem cedere compulsi sunt, postquam omnia perpessi essent, quæ diriſſima famis inclementia inferre solet; unde omni alimentorum genere destituti, opis ac consilii inopes, abjecta omnis auxilii spe horrenda mortis præludia experiebantur.

§. IX.

Deditionis pacta.

Ferme solidum bimestre effluxerat, & necdum deditionis pacta erigi poterant,

Sæcul. XV. A.C.1491.

rant, tandem vero utrinque conventum eſt. I. Ut intra dies quadraginta Rex & Granatenſis populus Caſtellæ & Arragoniæ regibus Albambram, & Granatam cum omnibus adjacentibus urbibus integra fide traderent. II. Non aliis deinceps Granatenſis, totiusque regni incolæ ſacramentum fidelitatis exſolverent, quam Reginæ Caſtellæ ejusque Succeſſoribus. III. In pignus hujus fœderis pridie ante urbem deditam quingentos civium nobiliſſimorum Filios, ac fratres obſides darent, qui per ſolidos decem dies in Regum Catholicorum poteſtate permanerent, eo fine, ut interea Ferdinandus ejusque conjux arces, & urbes poſſidere, necnon eas commeatu, & præſidiario milite, ac reliquo belli apparatu libere inſtruere valeant. Viciſſim Ferdinandus & Iſabella tam pro ſe, quam ſuis Succeſſoribus fidem dederunt, quod omnes Mauros, qui in Hiſpania commorari vellent, in fidem ſuam reciperent, ab omni vi aut injuria tuerentur, perinde ac ceteros eorum fideles ſubditos, nec permitterent, ut alia via quam juxta conſueti juris præſcripta judicarentur, Maurique ſuis juribus & privilegiis bonisque uterentur: ſi qui autem ex Hiſpania abire, atque in Africam navigare mallent, iis ſua bona pretio vendendi facultas eſſet, eisque navigia darentur. Tandem

Saecul. XV. A. C. 1401

Maurorum Regi ad alendam familiam suam ampla constituebatur pensio; verum potior pars eorum, qui antea ejus partibus adhærebant, illo relicto in Africam secesserunt.

§. X.

Granata a Maurorum Rege tradita Ferdinando.

Impendente termino, quo Granatensium Rex Albambram, ceterasque arces traderet, Cardinalis de Mendoza Archiepiscopus Toletanus illuc se contulit, urbium claves nomine Reginæ Castellanæ recepturus; hunc comitabantur Ministrorum suorum potissimi, necnon Procerum quam plurimi, quos selectior Hispanorum militia sequebatur. Conditionibus integra fide adimpletis, cunctisque urbibus traditis, Cardinalis Crucem, quæ ipsi præferebatur, in summa turri constituit, geminum quoque vexillum D. Jacobi, Ferdinandi & Isabellæ in aggeribus erexit, statimque subsecutus est gratulantium clamor, & impatiens moræ lætitia, necnon festivus omnium belli tormentorum fragor. Eo facto Reges Catholici quantocius ex castris ad urbem contendunt, illius possessionem recuperaturi, quibus Rex adolescens obviam egressus est, ut urbis claves redderet,

ret,

ret, postea ipse colloquio utrinque haud vulgari officiorum significatione habito discessit, earum urbium, quæ eidem pro aula regia designatæ fuerunt, possessionem occupaturus, Ferdinandus vero ejusque conjux Granatam ingressi sunt, cujus magnificentia eos maxima admiratione defixit. Sæcul. XV. A.C. 1491.

Referunt enim Historici, urbem hanc sexaginta millibus ædium superbiisse præter plurima, eaque splendidissima palatia a Bulharo Granatensium Rege tam ingentibus impensis erecta, ut ipse aurum novo artis ingenio verum progenuisse a suis crederetur. Ipsi quoque Granatenses incolæ adeo divitiis erant potentes, ut Regi suo decies centena aureorum millia & amplius quotannis penderent; nihilominus tamen, postquam ampliſſima hæc urbs ab Hispanis occupata fuerat, nec incolarum numero, nec opibus adeo celebris fuit. Illius situs, ac turrium ordo iis, quæ Cæsar de illa in suis Commentariis ennarrat, apprime consonant. Ceterum hæc sola urbs amplitudine sua, æstivi aeris clementia ac puritate, & fontium copia ceteras Hispaniæ civitates longo intervallo antecellit, unde apud Mauros proverbii locum obtinuit: illam cœli regionem, quæ Granatam complectitur, Paradisi sedem esse. *Did. de Muros hist. rer. gest. contra Maur.* *Marian. hist. Hisp. l. 13. c 1. & l. 24. 25. & seq.*

Sæcul. XV. A. C. 1491.

Quippe irrigatur Daro amne, quem in quatuor partes interfectum excipit Granata, Albambra, Albaizina, & Anticaria. In suo circuitu quatuor Leucas numerabat Granata, undique muris cincta, in quibus mille triginta turres, totidemque pinnæ his superimpositæ exurgunt.

§. XI.

Nomen REGIS CATHOLICI Ferdinando & Isabellæ a Pontifice datum.

Paul æmil. l. 8. Froissard. l. 1. Marian. l. 7. c. 4. Baron. an. 738.

Castellæ & Arragoniæ Reges in triumpho, more veterum Victorum, Granatensem urbem ingressi sunt, ibidemque deditionis pacta summa Religione servare, remque publicam bonis legibus instruere curabant; postea non modo Nobiles, sed & plebeios sibi tam feliciter devinciebant, ut Regiæ clementiæ fama per universum Regnum divulgata, quivis novis suis Principibus prompto animo obsequium profiteri certaret, si-que forte mutati regiminis tædium quempiam incesseret, id tamen populus tanta dexteritate celabat, ut vix ullum illius indicium exterius prodiret, quamdiu Ferdinandus & Isabella, hujus populi domitores, sceptrum rotabant. Præterea nobili hoc triumpho Religio Christiana per totam Hispaniam propagata fuit, non

Sæcul. XV. A.C.1491.

non ſolum Maurorum imperio, ſed etiam Mahometana ſuperſtitione penitus exulare juſſa: unde Ferdinandus & Iſabella tam pro ſe, quam ſuis Succeſſoribus glorioſum *Regis Catholici* cognomentum emeruerunt, quod ipſis ab Alexandro VI. Innocentii VIII. Succeſſore hæreditario jure attributum fuit. Hoc quidem nomine non ſoli Hiſpaniæ Reges decorati leguntur; diſcimus enim ex Paulo Æmilio, & Froiſſardo, idem nomen donatum fuiſſe Philippo Valeſio Francorum Regi ob defenſa Eccleſiæ jura, qua etiam de cauſſa Galliarum Rex gloriatur titulo *Regis Chriſtianiſſimi*, & *primogeniti Eccleſiæ Filii*; Rex Poloniæ *Orthodoxi*, Navarræ Rex *Fideliſſimi*, ac denique magnæ Britanniæ Reges conſervant nomen Defenſoris Fidei, quod Leo X. Henrico VIII. ante ſchisma adſcripſit. Refert Spondanus, *olim nomen Catholici Reocaredo Regi, ob reductam gentem Gothicam ab Ariana hæreſi ad fidem Catholicam in quodam Concilio acelamatum fuiſſe.* *Spon. ad an. 1492. n. 2.*

§. XII.

Obitus Marci Barbi, Balvis, & Arcimboldi Cardinalium.

Hoc anno tres Cardinales rebus humanis erepti ſunt, & quidem primus horum erat Marcus Barbus ſecunda Martii

Sæcul. XV. A.C. 1491.

tii die fatis functus, quamvis nonnulli Scriptores ejus mortem solido anno præveniant. Is erat Patruelis Pauli II. Pontificis, a quo etiam anno millesimo quadringentesimo sexagesimo septimo die decima octava Septembris a Sede Vicentina ad sacrum Collegium evocatus est; anno autem supra millesimum quadringentesimo septuagesimo primo ad Aquileiensem Patriarchatum evectus fuit, atque a Sixto IV. Pauli Successore missus, Legationem obiit in Hungaria, Germania, & Polonia, ut Hungarum atque Polonum de Bohemiæ Regno contendentes componeret, quod nec irrito præstitit conatu; hujus enim Cardinalis opera hi duo Reges, depositis utrinque odiis, ad uniendas vires contra Turcas conspirabant. In meriti præmium Barbus Præneſtinam Ecclesiam adeptus est, quam etiam dignitatem usque ad extremum vitæ diem tenuit. Eo defuncto Innocentius VIII. Aquilejensis Patriarchatus Sedem Hermolao Barbato, qui Venetorum Senator, ac Franciſci Barbati Nobilis Veneti Nepos erat, contulit, extitit is vir æque ingenii præstantia ac animi fortitudine summe commendandus, necnon inter ævi sui eruditos facile princeps.

Spond. hoc ann. 1491. n. 9.

Sabellic. Enn. 10. l. 6.

Dubrav. lib. 31.

Alter fuit Cardinalis Balves, qui obscuris natalibus, patre sartore Pictavienſi natus

natus, ad suprema dignitatum Ecclesiasticarum fastigia evectus est. A Joanne Melodunensi Ludovici XI. cliente, cum Viri eximiam ingenii aciem exploratam haberet, Regi commendabatur, a quo non solum eleemosynis præfectus, sed etiam Fecampensem, Beccensem, & Rothomagensem S. Ovani Abbatias beneficiario nomine obtinuit, postea ab eodem Regis ærario præpositus, anno salutis millesimo quadringentesimo sexagesimo quinto ad Ebroicensem Ecclesiam nominatus est, qua dimissa Andegavensem Sedem occupavit, postquam ejus Prædecessorem Joannem de Bella valle, primum Benefactorem suum de pluribus læsæ Majestatis criminibus postulaverat. Nec ipsi Joanni de Meloduno pepercit; solitis enim artibus suis Ludovicum XI. eo induxit, ut Melodunensem anno Incarnationis Dominicæ millesimo quadringentesimo sexagesimo octavo Lochiæ capite plecti juberet. Quatuor ante annos a Paulo II. purpuram extorsit supplicante ipsomet Rege, qui tamen, perspecto Balvis fallaci, ac proditorio agendi modo, eum in carcerem detrudi præcepit, ex quo nonnisi anno millesimo quadringentesimo septuagesimo nono ad preces Juliani Ruverrei Cardinalis, atque in Galliis Legati ereptus est. Aquisita libertate Romam redux ab Innocentio VIII. Præ-

Sæcul. XV. A C. 1491.

Aubery hist. Cardin.

Sæcul. XV. A C. 1491.

Prænestinus Episcopus, ac Marchiæ Anconitanæ Legatus renunciabatur. Demum mense Octobri hujus anni Spiritum Deo reddidit, annos natus septuaginta duos, Romæ in Ecclesia S. Praxedis sepultus, ubi hodiedum illius epitaphium legitur.

Auberii hist. Card.

Ciacon. in Inn. VIII.

Tertius denique obiit Joannes Arcimboldus Cardinalis, patria Mediolanensis, cujus urbis antea Senator, mortua demum conjuge, Novarienſis Episcopus nominatus fuit, postea anno supra millesimum quadringentesimo septuagesimo tertio ad Purpuratorum Senatum vocatus, ab Innocentio VIII. Archiepiscopali Mediolanensium Sedi, necnon D. Ambrosii Abbatiæ præfectus est. Tandem Romæ vivis valedixit, & Guidonem Arcimboldum suum filium in Archipræsulatu Mediolanensi Successorem habuit, eidemque Sedi alius quidam illiusmet Nepos, postquam viginti quatuor annos Novarienſem Ecclesiam rexisset, suffectus est.

§. XIII.

Aurelianensis Dux a Carolo Rege libertati restitutus.

Jaligny & Bellefor. hist. Carol. VIII.

In Galliis Borbonii Ducissa Aureliæ Ducem in custodia detineri, ratum fixumque habuit, verita, ne libertati asser-

tus,

tus, nimiam in Senatu auctoritatem sibi arrogaret, aut novam factionem conflaret: verum Carolus VIII., perspectis ororis suæ consiliis, cum ad speratas cum Britanniæ Ducissa nuptias plurimum referre cognosceret, si Aureliæ Ducem suis partibus propensum redderet; hinc in id maxime incubuit, ut eundem libertati restitueret; ne vero Ducissa ejus soror ullo pacto obsistere posset, ea inscia rem hoc modo executus est. Tum Plessiaci prope Turones Rex agebat, inde quæsito venationis obtentu profectus, usque ad Barangoniæ pontem procedit, atque Albiniaci Toparcham ablegat, dato negotio, ut Bituricensis turris Gubernatori præciperet, quatenus illico captivum suum omnino liberum Regi traderet. Hic Regis mandato obtemperat, Duxque ad Caroli pedes provolutus, submissionis, fidei atque inviolabilis amicitiæ constantiam profitetur, quem Rex perbenigne excepit, omnem ei præteritorum oblivionem, mutuumque amorem pollicitus. Ducissa Borbonii, quamvis summopere commota esset, nihilominus indignationi suæ imperabat, atque specietenus omni officiorum genere Ducem prosequebatur. Sæcul. XV. A.C.1491.

Interea Dunensis Comes, mox comperta Ducis Aurelianensis libertate, nil inten- *Argentré hist. Britan. l. 13. c. 58.*

Sæcul. XV. A.C 1491.

intentatum reliquit, ut eundem in conſiliis, quæ ei antea ſuggeſſerat, firmaret. Ipſe etiam Rex Ducem ad præſtandam hac in re operam favorum amplitudine ac ſinceræ amicitiæ ſignificationibus acriter ſtimulabat, eumque Normanniæ Præfectura, necnon ſupremo copiarum hujus Provinciæ imperio decorabat. Equidem Aurelianenſis hisce honoribus auctus, nulla mora in Normanniam contendit, Regis Angliæ conatibus obviaturus, qui jamjam in eo erat, ut Gallis bellum denunciaret. Poſt hæc Dux nonniſi menſe Novembri anno milleſimo quadringenteſimo nonageſimo primo apud Rhedones Britanniæ Duciſſam alloquendi copiam obtinuit. Hæc graviter conqueſta eſt non tam de Maximiliani cunctatione, quam longe acerbius de Gallorum perfidia, qui defuncto Duce, ejus Patre, pactam induciarum fidem violarunt, & quamvis magis Gallis, quam Regis perſonæ indignaretur, ubi tamen eidem nuptiæ cum Carolo Francorum Rege proponebantur, eas primo cum faſtidio rejecit, conſtanter cauſſata, ſe arcto connubii vinculo non minus Romanorum Regi obſtrictam, quam ipſum Galliæ Regem cum Margarita Auſtriaca rite deſponſatum eſſe, tandem vero placatior facta eſt, ſtimulantibus Arauſionenſi Principe, Rivenarum Mareſcallo, Aure-

Aurelianenſi Duce & Montalbano Cancellario, qui plurimum apud eam gratia valebat; hi enim tantum ab illa impetrarunt, ut primo allegatum, ne datam fidem violaret, timorem Gallicæ Reginæ honori poſtponere haud dubitaret, nec tamen, absque prævio Senatus ſui placito, ullatenus diſertis verbis nuptias polliceri voluit. Sæcul. XV. A.C. 1491.

§. XIV.

Britannæ conſenſus in matrimonium cum Galliarum Rege.

Poſtmodum Carolus rebus ſuis provide intentus exercitum ſuum ſub Duce Trimollio propius Rhedonenſi urbi admovit, aliud vero agmen, cui Sanandreanus præerat, unico duntaxat lapide ab eadem civitate caſtra ponere juſſit. Igitur Britanniæ Duciſſa, cum hinc armis cincta, illinc duriſſimæ obſidionis metu perculſa, nec copias ad reſiſtendum haberet, & de fide ſubditorum, utpote hisce nuptiis faventium, dubitaret, ac inſuper eos ipſos, quos ſibi fideliores credebat, connubii ſuaſores experiretur, imo per ipſum Aureliæ Ducem, omnem ditionum ſuarum ſalutem ex hoc ſolo nuptiali pacto pendere intelligeret, necnon omnes Duciſſæ Senatores Dunenſis Comitis & Rivenarum Mareſcalli argumentis

Sæcul. XV. A.C. 1491.

tis devicti in Galliarum Regis sententiam propenderent, tandem & ipsa cunctis hisce rationibus expugnata, Carolo VIII. nubere decrevit.

§. XV.

Nuptialia pacta.

Demum post longam hujus Provinciæ Ordinum deliberationem ultro citroque habitam, nuptiarum pacta die sexta Decembris (*) in castro de Langesiis in Turonia conficiebantur, quæ nisi prius rata fuissent habita, nunquam Britones has nuptias contrahi permisissent; hinc reipsa octo saltem, ni fallimur, diebus antequam connubium celebraretur, erecti sunt nuptiales articuli, quorum præcipui erant. I. Si Anna Britanniæ Ducissa ante Regem decederet absque liberis, Britannia nihilominus in potestate Regis permaneret, tanquam pars regno dotali jure unita. II. Si vero Rex prior moreretur itidem absque liberis, Annæ omne jus in Britanniæ Ducatum salvum reliqueretur, ea tamen lege, ut ipsa non posset alteri nubere, quam futuro regni Successori, aut Hæredi proximo, si

Com. tom. 5. edit. 1723. p. 454. & 463.

(*) *P. Daniel assignat decimam tertiam, Mezerajus vero decimam sextam Decembris diem.*

si Successor Rex jam tori consortem haberet. III. Quamvis Duciſſa ex ſuo connubio prolem ſuſciperet, nihilominus toto vitæ tempore libere Ducatu frueretur, ad beneficia nominaret, eorumque collationes expediret, addito tamen ipſius Regis nomine. Sæcul. XV. A.C. 1491.

§. XVI.

Connubium Galliarum Regis cum Britanniæ Duciſſa.

Rex ante omnia, ut conſcientia tutus eſſet, Romæ a ſummo Pontifice literas impetravit, quibus duplici diſpenſationis beneficio Regis connubium cum Margarita Auſtiraca, illud vero Romanorum Regis cum Britanniæ Duciſſa nullum ſuit declaratum. Poſtea cuncti juribus, quæ ſibi in Ducatum competere contendebant, in Franciæ favorem cedere jubebantur: hos inter præcipui erant Arauſionenſis Princeps, necnon Joannes Filius Albreti, atque Vice-Comes de Rohan. Ex iſtis prior erat filius Catharinæ Drocenſis, quæ Franciſci I. Britanniæ Ducis ſoror extitit; illorum alter vero Catharinam de Vuxo Navarræ Reginam conjugem habebat: Ultimus denique connubio junctus erat Filiæ ſecundo genitæ Franciſci I. Ducis. Hi omnes juris ſui ceſſionem idoneis inſtrumentis *Comm. l. 7. c. 3.*

Secul. XV. A.C.1492.

tis teſtatam facere compellebantur, eisque damnorum compenſatio ſpondebatur. Tandem ad conſervanda Provinciæ Ordinum jura, atque privilegia Carolus ſpecialia cum eis pacta erexit, quibus utrinque acceptatis, Anna Britanniæ Duciſſa ad caſtrum de Langeſiis deducitur, ubi menſe Decembri anno ſalutis milleſimo quadringenteſimo nonageſimo primo Gallorum Regi nupſit; Regios vero Sponſos Albienſis Epiſcopus ſolemni, eaque publica precatione in caſtri ſacello conjunxit, Re comperta totum regnum in lætitiam inſolitam effundebatur, cunctisque in urbibus feſtivæ communis gaudii voces reſonabant.

§. XVII.

Galliarum Regina in oppido S. Dionyſii coronata, ac Pariſios ſolemniter ingreſſa.

S. Gelaſis hiſt. de Louis XII.

His fauſte peractis Aula regia Langeſiis Turonium, inde ad oppidum S. Dionyſii delata eſt, moram ibidem trahens, usque dum ſolemnis novæ Reginæ coronatio fieret, quæ etiam ineunte Februario anni milleſimi quadringenteſimi nonageſimi ſecundi pompa vere regali celebrata fuit, populo lætanter acclamante. Demum Lutetiam Pariſiorum delata, die nona ejusdem menſis ſolemni pompa urbem

urbem ingressa est. Certabant omnes, ut variis oblectamentis mærorem animi, quem primo novella Sponsa præseferebat, dissiparent, ipse Rex eam tot amoris, ac reverentiæ significationibus cumulabat, ut priorem mæstitiæ squalorem plena solatii serenitas expellere videretur. Sæcul. XV. A.C. 1492.

§. XVIII.

Dunensis Comitis obitus.

Verum publica totius aulæ gaudia contaminabat infaustum Dunensis Comitis fatum, qui maturus præmio, quod ejus obsequia novellæ Reginæ, totique Regno præstita exposcebant, mortis invidia ereptus est: cum enim equo vectus, purioris auræ gratia rus concederet, apoplexia tactus subito corruit. Hic anno Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo sexto uxorem duxit Agnetem Ludovici Sabaudiæ Ducis Filiam natu minorem, ex qua plures proles suscepit, atque inter ceteras Franciscum II. Dunensem Comitem, in cujus favorem Longuevillanus Comitatus Anno millesimo quingentesimo quinto Ducatus honore auctus est.

Sæcul. XV.
A. C. 1492.

§. XIX.

Maximilianus de duplici injuria ſibi a Galliarum Rege illata conqueſtus.

NEmo eſt, qui lingua vel calamo aſſequi poſſit, quam ingens fuerit Romanorum Regis indignatio, cum recentes Annæ Britannæ nuptias cum Carolo Francorum Rege initas intelligeret; nam hoc connubio amplæ Provinciæ jacturam fecit, cujus damni cauſſa, tum propria cunctatio, tum Patris ſui avaritia extitit: ne vero ad infeſtæ fortunæ cumulum quid deeſſet, Carolus Franciæ Rex eidem Margaritam Auſtriacam, quam utpote futuram Regis conjugem brevi in Galliis regnantem ſperabat, repudiatam remiſit. Duplicem hanc injuriam diſſimulando impar, apud omnes Europæ Principes graviter conqueſtus eſt, miſſisque ad Hiſpaniæ & Angliæ Reges oratoribus, eos tantæ injuriæ vindices adverſus Galliam imploravit. Verum Hiſpano Rege Catholico tum Granatenſis Regni expugnatione diſtento, Romanorum Rex ſolum Henricum VII. Angliæ Regem in ſuas partes pertrahere poterat, quamvis Anglus Carolo Regi obtentæ Anglicæ coronæ beneficium eo nomine deberet, quod ad deturbandum Regno Richar-

Richardum III. in prælio occisum Galli classem, pecunias, copiasque suppeditassent. Secul. XV. A.C.1492.

§. XX.

Bellum ab Anglo Gallis indictum.

Maximiliani Oratores in Angliam delati, Henricum ad arma Gallis inferenda satis propensum experiebantur. Igitur belli societas firmatur, ut vero eidem plus roboris, auctoritatisque accederet, Henricus Senatum convocat, qui lubenti animo in Regis sententiam ibat, nil ardentius exoptans, quam Gallos bello petere. Ferme omnes Historici in eo sunt, ut Henricum ab omni culpa vindicent, caussantes, quod Regis animus a belli consiliis longe alienus fuerit, tempori tamen atque Anglicæ Nationis genio cedere coactus esset, eoquod illa forte contra eum, si Maximiliano opem ferre recusasset, seditionem moviisset, de cetero eum a suo Senatu hac via pecunias extorquere meditatum fuisse affirmant. Verum specioſa hæc excusatio vix conciliari valet cum Polydori Virgilii, & Baconis testimonio, quorum primus Henricum de enormi ingratitudine postulat; alter vero orationem recitat, quam idem Rex coram suo Senatu declamabat, in qua nil eorum desiderari videtur, quæ exulceratus animus in Gallos

Polyd. Virg. hist. Angl. l. 27.
Bacon. hist. Henr. VII.

Sæcul. XV. A. C. 1492.

los effundere posset, & plane, si Maximilianus, prout spoponderat, suas quoque copias Anglis junxisset, haud mitior Gallis impendisset calamitas, ac olim eos oppressérat, dum Angliæ Reges armorum fœdere Burgundiæ Ducibus juncti erant. Utcumque autem res se habeat, Henricus in parando bello totus erat, cumque Maximiliano fidem dedisset, se in Gallias per Picardiæ Provinciam infestis armis penetraturum, ad trajiciendum exercitum classem instrui jussit, & conscensis navibus, die sexta Octobris hujus anni cum viginti quinque peditum millibus, atque equitibus mille exscentis exscensionem fecit; has copias in terram vix expositas Bononiæ urbi admovet, ac quarto post die obsidionem auspicatur. Opportune Cordæus urbem omni ad sustinendos diuturnæ obsidionis impetus apparatu necessario instruxerat, persuasus, a pertinaci obsessorum constantia potissimum civitatis salutem dependere, Anglosque accedente hyemis rigore, ac continuis pluviis, quæ in Autumno hanc Provinciam ferme semper inundant, validius a cæpto opere deterrendos esse, quam quocunque alio obsessorum insultu.

§. XXI.

Sæcul. XV.
A.C.1492.

§. XXI.

Ruſcinonenſis, ac Ceretanus Comitatus a Gallo Arragoniæ Regi reſtitutus.

Obſidionis principio urbs acriter tormentis decuſſa eſt; verum nuncio ad caſtra delato, quod Galliarum Rex Ferdinando, ac Iſabellæ Ruſcinonenſem, & Ceretaniæ Comitatus reddidiſſet, plurimum obſidentium ardor deferbuit; cum enim hac reſtitutione facta, Reges Catholici Gallis reconciliati eſſent, Angli ſuppetiarum fiduciam, quam in eis repoſitam habebant, amiſerunt. Ceterum hosce Comitatus Joannes Arragoniæ Rex olim Ludovico XI. pignori dabat, ea lege, ut Francici juris eſſent, ſi Joannes trecenta aureorum millia mutuo data unacum conſtituto fœnore poſt evolutos novem annos reddere negligeret, quæ conditio, quamvis ſervata non fuiſſet, nihilominus Ferdinandus hosce Comitatus frequenter a Gallis reſtitui poſtulabat, ſemper tamen irrito conatu, qua repulſa nihil abſterritus, iterato Carolum hac de re ſollicitare tentabat.

Sæcul. XV. A. C. 1492.

§. XXII.

Cessio Comitatuum suasu duorum Franciscanorum a Rege facta.

Belcar. l. 4. versus finem. Bellefor. l. 5. c. 158.

Hunc in finem Ferdinandus in Franciam alios ablegavit Oratores, qui postulata urgerent. Hi ergo sua dexteritate sibi conciliabant duorum Franciscanorum amicitiam, qui in Aula plurimum auctoritate valebant, quorum unus erat Olivarius Maillardus, qui Carolo Regi a confessionibus erat, & suo ævo verbi divini Præco longe celeberrimus, quamvis ceteroquin in dicendo elimatæ eloquentiæ ornatu non adeo emineret. Alter vero erat Joannes Mansiernes, (*) qui itidem Borbonii Ducissæ conscientiam moderabatur. His Ferdinandus doliola, perinde ac si hæc vino Hispanico repleta forent, pecuniis plena submisisse a quibusdam refertur, alii vero testantur, quod ampullas auro refertas eis transmiserit, ceterum quidquid de hac re sit, id saltem exploratum habetur, quod hi duo Franciscani rem suam optime gesserint, atque primum acquisita Optimatum gratia, demum Regi exposuerint, fidei dogmate nos edoceri, quod animæ corpore solutæ

(*) *Alii* Mauleonem *vocant.*

solutæ a perfecta beatitudine, ac visione Dei arceantur, donec divinæ justitiæ satisfeciſſent, hinc alieni boni detentores tamdiu purgantibus flammis cruciari, usque dum illata damna ab hæredibus resarcirentur; his addebant, Ludovicum XI., etiamsi Ruscinonis & Ceretaniæ ditionibus juste potitus diceretur, necdum tamen coram divino judice a culpa liberatum esse, cum non Ferdinando, quominus constituto tempore hi Comitatus redempti fuissent, sed Maurorum vitio imputandum foret, ad quos supprimendos trecenta illa aureorum millia, quæ ad solutionem destinarentur, pro conducendis copiis impendere compelleretur. Quapropter Ludovici animam toto, quo utriusque Comitatus restitutio differretur, tempore piaculari carcere detentum iri. Carolum vero, cum potissimum huic restitutioni obnoxius esset, eandem pœnam subiturum, donec ejus Successores debito satisfacerent. Denique suggerebant, Franciam hucusque tantos ex utroque Comitatu hausisse proventus, ut eorum ubertas pecunias mutuo datas longe excederet.

Sæcul. XV. A.C. 1492.

Displicuere cuncta hæc rationum momenta ab utroque Franciscano allata regiis Senatoribus, qui minus Rege anxii magis solutum religione animum præseferebant. Verum Ludovicus de Ambasia,

Sæcul. XV. A.C. 1492.

sia, qui olim Regis Moderator, vir pro more suo valde religiosus erat, tam gravi sermone rem Carolo proposuit, ut ipse restitutionem fieri consentiret, eo potissimum nomine, quod a quibusdam subornatis diceretur, jam ipsum Ludovicum XI. pene moriturum hac de re monitum præcepisse, ut ad exonerandam ejus conscientiam Ruscinonensis & Ceretanus comitatus redderentur. Idem etiam Regi suaserat Borbonii Duciſſa, de qua incertum extat, quanam in patrem suum pietate inducta fuerit; cum enim de integra fide virorum, qui talia narrabant, nihil dubitaret, atque ad ultimam Patris sui voluntatem accurate adimplendam, sub pœnæ æternæ metu sese obstringi existimaret, tanta sermonis vi Carolum fratrem suum expugnabat, ut quantocius restitutio fieri juberetur, dissidentibus nequidquam Senatoribus, proin Rex pro summo imperio rem decidisse merito dici potest. Ergo Ludovici de Ambasia Episcopi Albiensis opera Mense Januario anni sequentis instrumentum cessionis erectum, firmatumque fuit.

§. XXIII.

Pacis consilia Angli cum Gallo.

Bacon. hist. Henric. VII.

Hujus cessionis articulos non modo conceptos, sed pene jam utrinque firmatos

matos esse Bononiam, ubi Henricus VII. castra posuerat, fama detulit, unde ab eo temporis articulo Rex pariter cum Gallo pacem inire, animo constituit, nec modicum proposito calcar addidit Maximiliani cunctatio, qua non modo promissa exequi negligebat, sed etiam, ac si de ipsius re non ageretur, vix bellum parabat, nonnisi exiguo armatus exercitu, eoque male instructo, qui nec ornatu spectabilis, nec pecuniis aut armorum apparatu copiosus erat. Interea Cordæus Regis Angliæ animum ad pacem propensum edoctus, hac opportunitate usus est, eidemque, quæ ille ipsus jamjam animo conceperat, exposuit, asserens, quod ei, cum Romanorum Rex, æque ac Ferdinandus datam fidem fefelliſſent, proin honesta aperiretur occasio, qua salvo suo honore ad sua reverti posset; ad id vero ut Cordæus Angliæ Regem eo citius induceret, eidem spondebat, Franciam ad id paratam se exhibere, ut pecunias, quas in nupero bello Britanniæ Duci mutuas dediſſet, solveret, ac præterea itineris expensas resarciret; Henricus ultroneis Gallorum promissis captus, oblatas Cordæi propositiones lubens acceptabat, eo potissimum nomine, quod sua præsentia regno summopere esset necessaria, ut conspirationem supprimeret, quæ ibidem con-

Sæcul. XV. A.C.1492.

Secul. XV. A.C. 1492. conflari cæperat, occasione nata ex quodam nominatissimo Perkino seu Varbeco, de quo in progressu sermo redibit.

§. XXIV.

Pax in Congressu Stapulensi firmata.

Etaples. Cum utraque pars pacem pari studio exoptaret, Henricus Rex Richardum Foxium Exoniæ Episcopum & nobilem de Aubenayo Caleti Gubernatorem Stapulas ablegat, ut ibidem de pace *Fiennes.* agerent cum Cordæo, cui Carolus Franciæ Rex Halluinum, Piennetem, & Morvillerium socios adjunxit. Ut vero Henricus culpam penes Maximilianum residere ostenderet, eum ultimo monuit, ut Bononiensis urbis obsidioni præsens adesset, si vero proxima die cum copiis *Bacon ibid.* suis accurrere negligeret, se cum Gallis *Duchesnehist. Angl. l. 19.* pacem initurum Henricus Rex eidem significavit. Maximiliano ad hæc nil respondente, Henricus ejus silentium pro repulsæ indicio habebat; quare cum Cordæo pacis articulos sanxit, firmavitque, vi quorum a Gallis pactas accepit pecunias, quarum summa, si Mezeraio fides, ascendebat ad centum quinqua- *Mezer. abreg. Chron. hist. Carol. VIII.* ginta aureorum millia: Pater Daniel vero numerum auget ad septingenta quadraginta quinque millia, quolibet aureo

ad

ad valorem triginta quinque Turonensium solidorum computato. Aſt hunc Scriptorem totam ſummam, quæ tamen haud numerata eſt, recenſuiſſe, easque pecunias addidiſſe conjicimus, quas Carolus pro Britanniæ Duce ſolvere promiſerat, ſed earum ſolutionem diſtulerat, cum firmum Neapolis Regno arma inferendi propoſitum concepiſſet. Hæc pacis fœdera Stapulis cum Anglo inita ſuere die tertia Novembris, duodecima vero ab Henrico, ac demum evoluto menſe a Galliarum Rege rata habita ſunt.

Secul. XV. A.C. 1492.

Daniel. hiſt. Gall. in 4. tom. 4. p. 69.

§. XXV.

Atrebatum a Maximiliano captum.

Firmato utrinque fœdere Henricus Caleti conſcenſis navibus lætus in regnum ſuum reverſus eſt; Cordæus vero, Anglorum claſſe in altum provecta, mox Atrebatum contendit, urbis præſidia recentibus copiis aucturus. Aſt iter agenti nunciatum eſt, biduo poſt firmatam pacem hanc urbem a Maximiliano occupatam eſſe, cujusdam fabri ferrarii perfidia, qui unius portæ claves ſibi caſu oſtenſas ceræ impreſſit, confecitque eis ſimillimas. Regis Romanorum copiæ rem edoctæ, tacito greſſu propius accedunt, urbemque ingrediuntur, dum interea

Sæcul. XV. A.C. 1492.

interea Gubernator nomine Carquelevantes natione Brito Officiales suos cœna reficiebat; Germani tam inopinato fortunæ successu animati, se Ambianum pari facilitate expugnaturos sperabant; ergo ad urbem contendunt, eamque oppugnant. Attamen Cordæus eorum impetus prævertens, paulo ante urbem ingressus est, unde Romanorum Regis copiæ primo impetu frustra tentato recesserunt. Hic stetit victoriarum cursus, quas Maximilianus reportaverat, deinceps pacem cum Gallis inire intentus.

§. XXVI.

Titulus Crucis Christi inventus.

Raynald. ad an. 1492 n. 14
Bosius de Cruce l. 1. c. 11.
Niquet. tit. Crucis c. 23.

Eodem die, quo Granatam ab Hispanis occupatam Romæ nunciatum est, a cæmentariis repertus est titulus Crucis Dominicæ in Basilica ejus nomini sacra, quam Mendoza Cardinalis tit. S. Crucis, Toletanus Archiepiscopus restaurandam curavit. Referunt Scriptores, hunc Titulum a S. Helena Magni Constantini Matre Romam fuisse missum ac demum in Ecclesia S. Crucis in Jerusalem in quadam fornice reclusum hucusque latuisse. Burchardus, se illum vidisse, ac manu tetigisse testatur, dum summus Pontifex Cardinalibus eum comitantibus hanc Ecclesiam, die duodecima Martii,

Ciacon. & Onuphr. in Innoc. VIII.

quæ

quæ erat feria secunda D. Gregorio sacra, solemni ritu accessit, eundemque publicæ fidelium venerationi exposuit; additque Burchardus, hunc titulum in quadam capsa plumbea tribus sigillis munita inclusum fuisse, cum hac inscriptione, *Geraldus Cardinalis sanctæ Crucis*, intus repertam esse tabellam ligneam unius palmi cum dimidio, ex una parte vetustate corrosam, in qua incisa erant hæc verba, rubro colore tincta: *JEsus Nazarenus Rex Judæor*, duo enim ultimi characteres U & M deleti erant, fuitque primus versus scriptus latinis, alter Græcis, & tertius literis Hebraicis.

Sæcul. XV. A. C. 1492.

Gretser de Cruce tom. 1. c. 94.

Postquam Anno millesimo quingentesimo sexagesimo quarto hic titulus denuo examinatus fuerat, ex illa parte, qua verbum *Judæorum* legebatur, corrosus, magisque imminutus reperiebatur, atque Anno Domini millesimo sexcentesimo quadragesimo octavo latus dextrum edacitate temporis consumptum notabatur, ita ut nomen *JEsus* haud amplius viseretur. Præsenti ergo ætate nil nisi media pars restat, quæ duo hæc verba *Nazarenus Rex* continet. Verum ut ut res se habeat, id certum videtur, quod novissimorum sæculorum Scriptores titulum S. Crucis a D. Helena Romam fuisse transmissum, sine testium auctoritate tradant; antiquiores enim histori-

Baillet. fest. mobil. & vit. Sanct.

Sæcul. XV. A.C. 1492.

historici nil testatum reliquerunt, quorsum pia hæc Regina hunc titulum transtuliſſet; Toloſana urbs eundem in quodam Monaſterio Benedictinorum Congregationis S. Mauri aſſervari, illumque longo tempore ante inventionem Tituli Romani poſſediſſe gloriatur, hic etiam, quamvis haud integer, multo major eſt, ac ille, qui Romæ exhibetur. (*) Hæc tamen dubia nil moratus Alexander VI. Papa, quarto ex poſt anno S. Crucis titulo, qui Romæ aſſervatur, veritatis teſtimonium diplomate edito die decima nona Julii Anno milleſimo quadringenteſimo nonageſimo ſexto perhibuit, (**) atque

(*) *Si Continuator noſtrum P. Honoratum a S. Maria tom. 3. animadverſionum in regulas Critices. lib. 5. diſſert. IV. §. 2. art. 1. conſuluiſſet, has Bailleti ſui cavillationes plane confutatas reperiſſet, & forte cum Calvino in hunc titulum ſua ſpicula vibrare erubuiſſet.*

(**) Qualiter intelligendæ ſint epiſtolæ horum Pontificum, qui de ejusmodi S. Reliquiis agunt, ſatis aperte conſtat ex ipſa doctrina Eminentiſſimi ac doctiſſimi Cardinalis Proſperi Lambertini poſtea Benedicti XIV, qui in ſuo commentario de Feſtis B. V. part. II. § XIII. occaſione ex annulo Nuptiali S. Joſephi deſumpta

atque ſpirituales gratias largitus eſt omnibus illis, qui Eccleſiam S. Crucis hunc in finem in ultima Dominica Menſis Januarii die, qua ſacræ hujus reliquiæ poſtrema inventio facta fuit, devote viſitaverint. Sæcul. XV. A.C. 1492.

§. XXVII.

ptis hunc ferme in modum diſcurrit: Nos ſervata Reliquiæ veneratione, quæ illi debetur, ſedulo monendos ducimus Lectores, ne ex actis ſummorum Pontificum ſibi perſuadeant, Apoſtolicam Sedem genuinas ſanctas haſce reliquias judicaſſe. Nam non nunquam ſub aliquibus Pontificibus illud tantummodo diſceptabatur, utri populo huic vel illi ſacræ ejusmodi reliquiæ eſſent adjudicandæ, & quamquam in eo judicio præſumebatur illarum veritas, *attamen quis ignorat, aliud eſſe præſumere, aliud definire ac declarare? Multa quidem a ſummis Pontificibus de certis quibusdam reliquiis jubentur, ſed ea diſerte appoſita, vel certa ſubaudienda clauſula, ut quod ad earum veritatem pertinet, ſua cuique ſit probabilitas, cui nihil cenſeri debeat auctum.* Fuſius hoc argumentum pertractat idem Papa in aureo ſuo libro de Canon. Sanct. Diſp. de identitate Reliquiarum.

Sæcul. XV.
A. C. 1492.

§. XXVII.

Ferrum lanceæ a Bajazethe ad Papam missum.

Raynald. sup. n. 15. Bosius ib. Spond hoc an. n. 8. Victorel in addit. ad Ciacon.

Hoc anno die vigesima nona Maji Romam ingressus est Bajazethis Turcarum Imperatoris Orator, dono deferens Pontifici ferrum illius lanceæ, qua Christi latus in Cruce apertum est. Illud in Mahometis II. thesauro, in quem capta Constantinopoli sacras reliquias congesserat, asservabatur incluſum in quodam tabernaculo crystallino, quod fulcro innitebatur puriſſimi auri ornamentis distincto. Acceptum fuit hoc ferrum a summo Pontifice, & universo Clero, qui in publica supplicatione ab Ecclesia S. Mariæ de populo usque ad S. Petrum procedebant. Imo referunt nonnulli, ab ipsomet Pontifice has reliquias fuisse portatas. Burchardus, qui hoc factum recenset, in dubium vocat, an illud ferrum esset Christi vulnere consecratum, cum, inquit ipse, Norimbergæ Cæsar, & Parisiis Galliarum Rex illud asservari contendant, his addit Spondanus, quod ipsemet Bajazethes per Oratorem suum Pontifici significaverit, cuspidem hujus ferri in Francia conservari. Si qua fides

Baillet. fest. mobil.

Bailleto, lanceæ ferrum Constantinopoli usque ad urbis expugnationem permansit

manſit, demum vero a Mahomete II. occupatum, a Bajazethe ejus Filio ſupremo Rhodiorum Magiſtro dono datum eſt, ut grato animo rependeret fidelitatis beneficium, qua Zizimum fratrem ejus captum detinebat, inde vero hæc reliquia Anno milleſimo quadringenteſimo nonageſimo ſecundo Romam translata eſt ad Innocentium VIII. Papam, qui ſumma pompa illam ad Vaticanam Eccleſiam detulit, ubi hodiedum aſſervatur. Aſt Bailletus hanc quoque translationem omnino certam eſſe, non affirmat; ſubjungit enim, jam tempore, quo ſacrum hoc ferrum Conſtantinopoli colebatur, creditum eſſe ab Occidentalibus, veram lanceam ſemper Jeroſolymis fuiſſe venerationi expoſitam. Præterea S. Ludovicus Anno milleſimo ducenteſimo quadrageſimo primo a Venetis ſacram ejusmodi reliquiam redemit, quæ in Franciam delata Pariſiis in ſacra capella reponebatur, ubi hodiedum religioſe colitur. Ceterum hoc factum adeo incertum, tamque exigui momenti penitius diſcutere, ſupervacaneum eſſe videtur. (*)

Sæcul. XV. A.C. 1492.

§. XXXVIII.

(*) *Hanc in rem omnino conſulendus eſt N. Honoratus loc. cit. diſſert. V. art. IV. & ſeqq.*

Sæcul XV. A. C. 1492.

§. XXVIII.

Inter Papam, & Ferdinandum Neapolis Regem pax restituta.

Surita to. 4. l. 20. c. ult. Marian. l. 25 c. 18. Raynald. hoc ann. n. 10

Cum Galliarum Rex Neapolis regnum infestis armis invadere firmiter statuisset, jamque formidandum belli apparatum pro hac expeditione instrueret, Ferdinandus metu compulsus, in gratiam summi Pontificis redire festinabat, nec irrito plane conatu; quippe die vigesima Januarii, Pontificem inter & Ferdinandum, ejusque filium Alphonsum Calabriæ Ducem pax restituta est, intercedente Arragonum Rege: Igitur Mense Majo exeunte Ferdinandus Capuanum ejusdem nominis Principem nepotem suum Romam ablegavit, ut ab Innocentio VIII. Patri Avoque veniam deprecaretur, simulque sponderet, Regem annuum vectigal ex antiquo pacto Romanæ Ecclesiæ debitum quotannis exacte soluturum, nec unquam pontificiam in conferendis regni Neapolitani beneficiis auctoritatem labefactaturum. Summus Pontifex advenientem hunc Principem magnis honoribus excepit, eumque haud vulgaribus clementiæ significationibus cumulavit. Exstat hujus Pontificis diploma hoc anno die quarta Junii editum, quo

quo Innocentius Alphonso, necnon Fi- Sæcul. XV.
llo ejus Principi Capuano, si Alphonsus A.C. 1492.
ante Ferdinandum Patrem suum vivis eripperetur, Regni Neapolitani jura concessit. Ibidem quoque legitur clientelaris sponsionis sacramentum, quod summus Pontifex a Ferdinando exsolvendum præscripsit.

§. XXIX.

Obitus Innocentii Papæ.

Paulo post Innocentius VIII. Pontificatum deposuit, rebus humanis ereptus Mense sequenti, die vigesima quinta Julii D. Jacobo sacra. A biennio, quo apoplexia tactus jacuerat, adversa semper valetudine premebatur, cumque vis morbi omnem medicinæ artem eluderet, Judæus quidam impostor a tribus pueris, qui paulo ante emortui sunt, sanguinem extraxisse, ac exinde pharmacum Pontifici propinandum confeciisse dicitur: Id vero cum Innocentius resciviisset, tantum nefas execratus, mox Judæum comprehendi ac pœna affici jussit, qui tamen præcipiti fuga supplicio se subduxit. Igitur Innocentius vitæ suæ finem instare conscius, totam curam vertit ad procurandam animæ salutem, eumque caducas hujus sæculi delitias generoso contemptu cum immortalitatis beatæ fi-

Onuphr. & Ciac. in vit. Pontif. Papyr. Masson. in Innoc. VIII.

Sæcul. XV. A. C. 1492.

ducia commutasse testatus est Leonellus Episcopus, qui summi Pontificis manibus in frequentissimo Cardinalium conventu oratione funebri parentavit. Porro Innocentius sumptis summa Religione S. Sacramentis, inter luculenta Christianæ pietatis signa animam Deo reddidit, annos natus sexaginta, postquam Ecclesiam universam rexisset annos septem, decem Menses cum viginti septem diebus. Ejus cadaver ad Ecclesiam S. Petri delatum in monumento sepultum est, quod ei extruxit Cardinalis Laurentius Cibo illius Nepos.

Hic Pontifex ante Papatum vocatus Joannes Baptista Cibo, patria Genuensis, summa sollicitudine educabatur, & jam a primis unguiculis Neapolim mittebatur, ubi diu inter Alphonsi & Ferdinandi Ministros versabatur, demum Romam delatus in contubernio fuit Cardinalis de Bononia, qui Nicolai V. Papæ frater erat, istius dein favore potissimum ad præclaras dignitates ascendit, a Paulo II. Savonensis, a Sixto IV. primum Melfitensis Episcopus renunciatus, demum septima die Maji Anno salutis septuagesimo tertio supra millesimum quadringentesimum Purpuratorum Collegio adscriptus est. Postea grassante pestilentia demandatam legationem Romanam,

Sixto

Sæcul. XV. A. C. 1492.

Sixto Papa urbem deſerente, pacatiſſime adminiſtravit, Senenſem quoque ſumma animi prudentia obivit: Horum igitur meritorum ſuffragio ad ſummum Pontificatum, Sixto IV. fatis erepto, die vigeſima nona Auguſti Anno ſalutis milleſimo quadringenteſimo octogeſimo quarto vocatus eſt. Sub primis Pontificatus ſui auſpiciis diſſidentes Italiæ Principes feliciter conciliavit, & a Sede Apoſtolica ob Prædeceſſoris ſui ſeveritatem alienos ad obſequium Sedis Apoſtolicæ reduxit, nilque intentatum reliquit, ut Principes Chriſtianos ad unienḋas vires in Turcas animaret, quamvis irrito plane conatu, nec alio laboris effectu, quam ut aucto ærario Apoſtolico Neapolis Regem armis in officium redigere valuerit. Juvenis adhuc, necdumque ſacræ militiæ adſcriptus uxorem duxit, ex qua ad ſummum Eccleſiæ apicem evectus, duos adhuc liberos ſuperſtites habuit, nempe filium, nomine Franciſcum, Laurentii de Medicis filiæ inter alias ævi ſui ſpecie ac pulchritudine celebratiſſimæ deſponſatum, quem etiam Papa Anguillariæ Comitem & Pontificii exercitus ſupremum creavit Præfectum; altera proles erat filia nomine Theodora, quam etiam multis opibus auxit; nec minus liberalem ſe exhibuit ceteris propinquis

Sæcul. XV. A. C. 1492.

fuis (*) unde eorum affectu captus nonnunquam, quæ æquitati parum consona erant, egisse perstringitur.

§. XXX.

Tumultus, Papa mortuo, Romæ excitati.

Post hæc Cardinales, qui salubrioris aeris gratia æstivo tempore ruri agebant, Romam reduces de Successore eligendo conveniunt; ast non sine stupore urbem conspiciunt infimæ fecis hominum licentiæ expositam, qui spoliatis ædibus plateas cædibus ac strage impune funestabant, adeo, ut Magistratus nec hiscere quidem auderent, tumultuantis populi furorem veriti. Præterea scelerati pro eo, quod preces ac pia suffragia offerrent, in Pontificem recens defunctum maledicta effundebant, inhumanamque ejus erga pauperes agendi rationem exprobrabant. Cardinales, ut ejusmodi insolentias compescerent, palatii Apostolici custodiam demandant Garcilasso Tarragonensi Archiepiscopo, Viro tuam nobilitate generis, quam consummatæ prudentiæ

(*) Onuphrius tamen de Innocentio refert: *Consanguineis parvum amoris indicium monstrans eos opibus extollere non curavit. In vita Innoc. VIII.*

dentiæ merito longe nominatissimo; cujus opera jam olim pax inter Innocentium VIII. & Neapolis Regem constituta, & evoluto post tempore Asculorum seditio repressa fuit, hinc in meriti præmium a defuncti Pontificis successore Romanæ urbis Præfectus renunciatus est. Sæcul. XV. A. C. 1492.

Interea justis de more Innocentio nonnisi die octava Augusti persolutis, ac re divina præsentibus Cardinalibus peracta, Bernardinus de Carvajalo Carthagenæ Episcopus, ac Regis Hispaniæ Legatus orationem declamabat, quæ ab omnibus communi applausu deprædicata est, adeo, ut complures, qui dicentem exceperant, censerent, Cardinales oratoris eloquentia captos ejusdem nationis Virum abs dubio Cathedræ Apostolicæ subrogaturos, nec vanum fuisse horum augurium eventus docuit.

His peractis Cardinales numero viginti tres solemni supplicatione instituta Conclave ingrediuntur, inter quos Maphæus Gerardus supremus religiosæ Camaldulensis familiæ Moderator, qui Anno millesimo quadringentesimo octogesimo nono ab Innocentio purpura decoratus fuerat, Romam accessit, ut accepto Cardinalium galero cum ceteris Conclave ingrederetur, etiamsi multo senio

Sæcul. XV. A. C. 1492.

confectus, ac podagræ doloribus cruciatus, pedum ministerio penitus destitutus esset. Ergo Purpurati ad capellam, quæ a Sixto Papa nomen trahit, conveniunt, & conclavis custodiam Regum Oratoribus committunt, cum autem per vicos & urbis compita fures, assassini, atque latrones undique grassarentur; hinc integras militum centurias advocare, ac tormentis bellicis vias munire compellebantur, ut eorum palatia petulantium direptioni eriperentur, qua etiam provida sollicitudine Cardinales furentium insultus effugerant. Præterea Palatii Vaticani plateæ densis intercludebantur cancellis, quos ex adversa parte milites muniebant, cum interea equites summorum Pontificum præsidiarii continuo totum Palatii circuitum lustrarent.

§. XXXI.

Cardinalis Borgia in Papam electus.

Leonellus in oratione funebri, quam in Innocentii VIII. laudem præsente toto Cardinalium consessu dixerat, Purpuratos hortabatur, ut eligerent Pontificem moribus purum, cujus omnis ætas ad exemplum S. Leonis I, cuncta virtutum stipendia emeruisset, cuique testimonium præberet integritas vitæ, eique nonnisi

nonnisi pro laboribus multis, pro moribus castis, pro actionibus strenuis, celsioris dignitatis præmium deberetur: denique eos stimulabat, ut ad summum Sacerdotium eveherent Virum, qui ceteris doctior, sanctior, magisque ab ambitione alienus esset, qualem esse Vicarium JEsu Christi Ecclesiæ suæ regimini præpositum decet. Hæc monita si Cardinales in electione successoris observassent, certe justas reprehendentium querelas effugissent; ast illi longissime abfuerant a suscipiendis optimis hisce consiliis; unde suffragia sua tulerunt in Virum, in quem omnes ferme Historici ad evomenda quæque convitia suos acuerunt calamos. Nec diu contendentium dissidia electionis successum morabantur; jam enim secunda die nimirum undecima Augusti omnium Cardinalium suffragia in Rodericum Borgiam, S. R. E. Vicecancellarium conspirabant. Is erat Patre Godofredo ex Lenzolia familia in Valentiæ Regno longe nobilissima ortus, illud tamen avitum Patris sui nomen, nec non gentilitia ejus insignia reliquit, atque a cognomento Matris suæ, quæ Callisti III. Soror erat, Borgias nominari voluit. Ceterum Borgia, cum divitiis abundaret, ac facie liberali & Majestate insignis esset, facile auro, ac pollicitationum amplitudine animos ad sui ipsius electionem inclina-

Sæcul. XV. A. C. 1492.

Sæcul. XV. A.C. 1492.

inclinabat, quamvis ceteroquin morum pravitas illum non modo a ſumma Pontificatus dignitate, ſed etiam ab infimis Eccleſiæ functionibus longe arceret; cum enim adhuc Cardinalis eſſet, Vanociæ Romanæ, quæ olim Dominici Arimani conjux erat, amplexibus inſuevit, ex qua quatuor filios, unamque filiam ſuſcepit, ex his natu maximus erat Ludovicus Borgia Gandiæ Dux; alter vero nomine Cæſar, primo Cardinalis, poſtea Dux Valentinus, Vir, quo magis crudelem, magisque ambitioſum nulla ætas tulit, eundem tamen Alexander tam cæco amore proſequebatur, ut divina humanaque jura ſus deque vertere haud dubitaſſet, dummodo illum ad ſolium Cæſareum evehere potuiſſet, eumque vel ideo Cæſarem appellari voluit. Ceteri duo filii erant Joannes & Godefridus, filia vero Lucretia nomine. Joannes in Gandiæ Ducatu fratri ſuo ſucceſſit, duxitque conjugem Mariam Arragoniam Alphonſi II. Neapolitani Regis Filiam notham, ex quo conjugio natus eſt Joannes, Pater illius Franciſci Borgiæ, qui Jeſuitarum Præpoſitus Generalis extitit: Godefridus autem tori ſociam ſibi elegit Sanctiam itidem ſpuriam Alphonſi filiam, denique Lucretia, quæ ante Patris ſui Pontificatum Hiſpano cuidam deſponſata erat, facto divortio Joanni

Onuphr. in vit. Alex. VI

ni Sfortiæ Pisaurienſi Principi nupſit; poſtea vero Viſellis Duci notho Alphonſi filio, eoque demortuo quartis nuptiis Alphonſo Eſtenſi Ferrariæ Duci copulata eſt. Hæc, ſi nonnullis Scriptoribus credere fas eſt, juvenili ætate minus caſtam duxiſſe vitam, ſuique corporis copiam propriis fratribus feciſſe, inſimulabatur. Tales erant neo-electi Papæ ſoboles. Sæcul. XV. A. C. 1492.

Rodericus Alexandri VI. nomen aſſumpſit, moxque facta ejus electione ad conclavis feneſtram crux affigebatur: ubi electi nomen populo nunciabatur, incredibilis hominum frequentia quantocius ad Eccleſiam S. Petri confluebat, Virum conſpiciendi aviditate accita. Demum Sanſeverinas Cardinalis Alexandrum brachio ſuo ſuſtentans ad Baſilicam S. Petri deduxit, eumque altari impoſuit, cunctis Cardinalibus obſequium præſtantibus, ceterisque Prælatis ejus pedes deoſculantibus. Priusquam vero ex altari deſcenderet, Aſcanium Mariam Cardinalem de Sfortia creavit S. R. E. Vicecancellarium, ut promiſſi fidem in conclavi datam exſolveret. Re autem divina de more peracta, omnes Cardinales ad ſua reverſi ſunt palatia, exceptis eorum paucis, quos Papa ad prandium vocavit. Veſpere facto in plateis feſtivi accendebantur ignes, præcipue ve-

re

Sæcul. XV. A C. 1492.

ro Ambrosius Mirabili Nobilis Mediolanensis in Capitolio publica, eaque vere magnifica lætitiæ signa edidit, eoquod Senatoriæ dignitatis, qua sub Innocentii Pontificatu fungebatur, confirmationem obtinuisset. Joannes quoque Lopez, qui sub eodem Pontifice conscribendis Brevibus Apostolicis præerat, Perusinus Episcopus renunciatus est, ejusque officium ad preces Cardinalis Ascanii Bernardino de Luna concreditum est.

§. XXXII.

Romanorum jubilus ob Alexandri electionem.

Bern. Corius par. 7.

Postera die Senatores urbis, Conservatores populi, & regionum Præfecti vesperascente cœlo equis vecti unacum ingenti Nobilium adolescentum comitatu solemnem pompam instituerunt, præcedentibus famulis, qui ex alba cera faculas gestabant. Ubi ad Vaticanum Palatium accesserant, ludum equestrem exhibebant, inde vero Palatii aream ingressi denuo solemni ejusmodi ludicro spectantium oculos recreabant, postea ex equo desilientes, summi Pontificis pedes osculaturi accurrebant, quos Alexander hac honoris testificatione lætus, perbenigne excepit. Die vigesima septima Augusti Papa cum ingenti magnificentia de

de more poſſeſſionem Palatii ad S. Joannem in Laterano accepit, ubi omnes plateæ, per quas tranſibat, aulæis ornatæ erant, ac diſtinctis in locis triumphales arcus exſurgebant, non ſine magna populi admiratione, qui in nullius Papæ ſolemniis ejusmodi apparatum conſpexerat. Sæcul. XV. A. C. 1492.

§. XXXIII.

Nepos Pontificis ad purpuram evectus.

Ultima Auguſti die ſummus Pontifex, Patrum conſeſſum habuit, ubi Joannem de Borgia Hiſpanum inter Nepotes ſuos primum, qui Montis Regalis Archiepiſcopus erat, Sacro Purpuratorum Collegio adſcripſit, eumque ad titulum S. Suſannæ vocavit.

§. XXXIV.

Auſpicia Pontificatus Alexandri VI.

Communis erat omnium Principum lætitia, qui neo-electo Pontifici fauſtam electionis ſuæ ſortem ſolemni legatione gratulabantur, nec abs re; nam prudens agendi ratio, qua non ſolum ante obtentos ſummi ſacerdotii honores, ſed etiam ſub primis Pontificatus auſpiciis eminebat, ac præterea ejusdem manſue-

Sæcul. XV. A. C. 1492.

manſuetudo, moderatio, & ſapientiſſimæ leges, quibus juſtitiæ adminiſtrationi, populique ſaluti providerat, maximam auſpicatiſſimi regiminis ſpem præbebant: Verum haud diuturna fuit concepta felicitas; brevi enim ſiniſtra de Alexandro opinio, ac diverſa plurimorum ſuſpicio invaluit. Referunt nonnulli, comperta ejus electione in lacrimas prorupiſſe Ferdinandum Neapolis Regem, cum enim longævo rerum uſu exercitatiſſimus eſſet, futura, quæ imminerent, mala facile proſpexit. Verum ut paucis complectar omnia, ægre admodum poſteris perſuaſum eſſe poterit, quomodo vir ante Pontificatum ſupremas Eccleſiæ dignitates emenſus, tot aliunde præclaris dotibus auctus, inter tot vitia Pontificii faſtigii ſplendorem conſervare valuerit: Obſervant tamen Guicciardinus, aliique Scriptores coævi, Cardinales hujus Pontificis electores debitas avaritiæ ſuæ pœnas in hac vita Deo dediſſe.

Marian. l. 26 c. 2. Guicciard. hiſt. lib. 1. & 2. & ſeq.

§. XXXV.

Laurentii Medicei obitus.

Paucis ante obitum Innocentii Menſibus die nona Aprilis e vivis ereptus eſt Laurentius Mediceus, Petri de Medicis I., & Lucretiæ Tornaboni fœminæ in

Angel. Polyt. Epiſc. Tolar. l. 5.

in paucis præstantissimæ Filius, & Frater Juliani Medicæi, qui Anno millesimo quadringentesimo septuagesimo octavo a factione Pazziorum occisus est, ubi idem quoque vitæ discrimen tum subibat Laurentius, qui tamen furentium gladios effugiens, hostes suos propulsavit, opem sibi ferente Florentino populo, cujus postea Reipublicæ Princeps salutatus est, non solum a suis ob animi celsitudinem apprime dilectus, sed etiam maximi habitus ab omnibus Europæ Principibus, qui non raro Laurentium suarum litium arbitrum constituisse gloriabantur. Ferunt etiam, quod ipse Bajazethes Turcarum Imperator hujus Viri amicitiam exoptasset, ac propterea eidem Bernardum Bandinum Juliani sicarium Constantinopoli captum tradidisset. Præterea Laurentius scientias, quibus sub Gentilis Aretini magisterio sedulo imbutus erat, mira felicitate excolluit, ab omnibus merito ævi sui eruditorum Pater, & Græcorum exulantium Tutor appellatus. Præcipui, quos inter suos familiares numerabat, erant Christophorus Landini, Marsilius Ficinus, Chalcondyles, Angelus Politianus, & Joannes Lascaris, quem in Græciam misit, ut conquisitis ibidem manu exaratis Codicibus Florentinorum Bibliothecam locupletaret, plures insuper alios, eosque doctissimos Viros

sæcul. XV. A.C. 1492.

Macchiav. hist. Florent. Paul. Jov. in vit. Leonis X

Sæcul. XV. A.C. 1492.

ros munificentia sua Florentiam accivit: Invidia tamen mortis nimis præmature ereptus est anno ætatis suæ nonnisi quadragesimo quarto, relictis duobus filiis, Petro, qui Patri successerat, & Joanne postea ad summi Pontificatus apicem sub nomine Leonis X. evecto.

Paul Jov. in elog lib. 3. cap. penult.

Princeps erat magnificentia, liberalitate, amicitiæ sinceritate, ac magnanimitate longe celeberrimus, voluptatibus tamen plus justo deditus, ac de fide & Religione aliquantulum suspectus, quem tamen editis haud vulgaribus pietatis Christianæ signis obiisse testatur Angelus Politianus, eidemque morienti adstitit, atque in fidei constantia, necnon corrigendæ, si mortem effugeret, vitæ proposito, atque in generosa mortis acceptatione confirmabat celebris Hieronymus Savonarolla: de morte vero Laurentii, necnon de jactura & publico damno omnes Historici prolixis laudibus calamos suos exercuerunt, præcipue autem Franciscus Guicciardinus; quam late vero, inquit Paulus Jovius, hujus magni Principis nomen fuisset diffusum, ex eo perspici potest, quod Sultanus Ægypti illi Camelopardalim dono misisset. Hoc animal est oppido rarum, præaltis anterioribus cruribus, ac humiliori tergo, brevique suffragine deforme erat, cer-

Guicciard. hist. lib. 1.

cervinumque caput duobus insigne cor- Sæcul. XV.
niculis, ac dorsum candidis in orbem A. C. 1492.
maculis inter rufum colorem dispersis, mire varicatum habebat; illud toti Italiæ diu mirabili spectaculo fuit, utpote quale ipsis abhinc Romanis temporibus Italia non viderat; cum in extremis Æthiopiæ regionibus ad Nili fontes difficillime capiatur, ut refert Aldrovandus in libro I. cap. 35. suæ Historiæ.

§. XXXVI.

Casimiri IV. Poloniæ Regis extrema. Joannes Albertus ejus Filius Successor.

Hoc eodem anno die septima Junii Casimirus IV. Poloniæ Rex antea Lithuaniæ Dux, Jagellonis, qui Ladislaus IV. dicebatur, Filius extremum obiit diem, anno ætatis sexagesimo quarto, regni sui quadragesimo octavo. Uxorem habuit Elisabetham Austriacam ab Hungaria dictam, Alberti Austriaci, & Elisabethæ de Lucemburgo Hungariæ Reginæ Filiam, ex qua numerosam suscepit prolem; has inter natu maximus erat Wladislaus Hungariæ & Bohemiæ Rex: hunc sequebatur Joannes Albertus, qui Patri suo in regno successit; Fridericus Cardinalis, primo Cracovienſis Episcopus, demum Gnesnensis Archi-Præsul: *Michov. l. 4. c. 64. Cromer. l. 28. 29. & 30.*

Secul. XV. A.C.1492

præter hos ei erant plures alii filii, filias autem habuit Hedwigem Georgio Bavariæ Duci, Sophiam Friderico Brandeburgenſi Marchioni, & Barbaram Georgio Saxoniæ Duci nuptas, ac denique etiam Joannam & Margaritam. Fertur, Caſimirum toto vitæ tempore abſtemium fuiſſe, & nequidem cereviſiæ, aliorumque ejusmodi potuum odorem ferre potuiſſe. Sepultus eſt Cracoviæ ſolemni pompa, cui de conſenſu Wladislai Hungariæ & Bohemiæ Regis filii natu maximi in regno Poloniæ ſuffectus eſt Joannes Albertus filius ſecundo genitus.

§. XXXVII.

Mors Maphæi Gerardi Cardinalis.

Aubery hiſt. Cardin. Raynal hoc anno n. 32.

EOdem anno ſacrum Cardinalium Collegium planxit Maphæum Gerardum, Venetorum Patriarcham ex illuſtri ejusdem urbis familia ortum. Hic in ipſo adoleſcentiæ flore ſpretis ſæculi vanitatibus Camaldulenſe inſtitutum profeſſus eſt ſub Paulo Venerio, qui Murani in Divi Michaelis cœnobio Abbas erat, eo defuncto Gerardus communi Suffragio Ordinis gubernacula ſuſcepit. Anno ſalutis milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo ſexto Venetiarum Patriarcha renunciatus, tandem anno Chriſti octogeſi-

gesimo nono supra millesimum quadringentesimum ab Innocentio VIII. inter Cardinales cooptatus est, atque electioni Alexandri Papæ interfuit, quamvis gravi senio, & adversa valetudine premeretur: Roma vero Venetias redux die decima quarta Septembris Interamnæ mortalitatem exuit. Hujus vitæ Historiam Petrus Delphinus instante Contarino Maphæi Successore descriptam nobis reliquit. Secul. XV. A. C. 1492.

§. XXXVIII.

Extrema quorumdam Scriptorum Ecclesiasticorum fata.

Anno præcedenti Petrus Schottus natione Germanus, Argentinensis Ecclesiæ ad D. Petrum Canonicus, postquam ingentem nominis famam sibi conciliaverat, in medio gloriæ suæ cursu in patria sua fatis functus est, anno ætatis suæ trigesimo primo. Hic Parisiis, ac Bononiæ studiorum curriculum emensus, cunctis carus, atque ab eruditis undique expetitus fuit. Posteritati reliquit elegiacis versibus descriptas SS. Joannis Baptistæ, & Evangelistæ, nec non D. Joannis Chysostomi vitas, elogium Joannis Gersonii itidem ligato sermone elaboratum, necnon quasdam epistolas, *& quæstiones varias de rebus ad* *Dupin Bibl. Auct. tom. 12. in 4. Sæcul. XV.*

Sæcul. XV. A. C. 1492.

Conscientiam pertinentibus, quæ opera omnia Argentorati anno milleſimo quadringenteſimo nonageſimo octavo typis excuſa prodierunt.

Sub idem ferme tempus extremum diem claudebat Jacobus Perez Valentiæ in Hiſpania natus, Chriſopolitanus Antiſtes; ſcripſit is commentarios allegoricos, atque anagogicos in Pſalmos Davidis, & in Cantica, necnon tractatum contra Judæos, expoſitionem ſuper cantica Canticorum, & quæſtionem de merito Chriſti Domini, quæ omnia typis impreſſa fuere.

Eandem mortalitatis viam ingreſſi ſunt Nicolaus de Crutzinach, & Guilielmus Hupellandus, quorum prior Viennæ in Auſtria Theologiæ Profeſſor elucubravit quæſtiones ſententiarum, collationum & ſermonum collectionem præter plures alios diſcurſus, & tractatum de Conceptione B. V. M. alter vero Bononiæ in Picardia natus, facultatis Theologicæ Pariſienſis Doctor, S. Severini Parochus, ac demum ad Beatæ Virginis Canonicus; reliquit poſteris librum de immortalitate animæ, & de ſtatu ejus poſt mortem, anno Domini milleſimo quadringenteſimo nonageſimo nono Pariſienſibus literis excuſum. Obiit hoc anno die undecima Auguſti.

Præ-

Præterea Nicasius de Voerden Mechlinia oriundus fatis functus est die vigesima quinta ejusdem mensis Augusti, hic quamvis tertio jam ætatis suæ anno oculis captus esset, nihilominus severioribus disciplinis ingenium suum mire excoluit, Coloniæ juris instituta publice docuit, & Lovanii Theologiæ Licentiatus gradum adeptus, ac Romano Pontifice indulgente Sacerdos ordinatus, ad populum dixit, pœnitentes criminibus exsolvit, & Missæ solemnia solo memoriæ subsidio suffultus peregit, tandem etiam Coloniæ Doctoratus lauream emeritus, commentarium elucubravit in quatuor libros sententiarum, præter varios sermones, plures-que quæstiones; perscripsit etiam quasdam epistolas ad Trithemium, qui rari hujus exempli testem fide digniſſimum egit. Sæcul. XV. A.C. 1492.

§. XXXIX.

Ardicini de la Porta Cardinalis recessus in Monasterium.

Hoc anno Cardinalis Ardicinus de la Porta (dictus junior) Monasticum institutum amplexus est. Is erat Aleriensis Episcopus, nepos alterius Ardicini pariter sub Martino V. Cardinalium numero adscripti. Vix Doctoratus laurea decoratus erat, cum Florentini Archiepiscopi Vicarius generalis eligeretur, *Villorel & Ciacon Hist. Pontif. & Card.*

Sæcul. XV. A. C. 1492.

quo munere digne perfunctus, vigilantia ac animi constantia plurimum eminuit; quippe cum Paulus II. Papa Florentinos Sedi Apostolicæ rebelles pronunciasset, solus ipse spreto capitis periculo, ac seditiosi populi minis interdictum impavidus promulgabat. Adeo constanti ac generoso facinore magnam sibi Romæ famam conciliaverat; unde variis officiis præpositus, a summo Pontifice primum Novariensis in patria sua, postea Alerienſis in Corsica Episcopus renunciatus est, demum Sixti IV. benevolentia Datariæ, ac libellis supplicibus in Curia referendis præfectus, Legationes admodum præclaras obivit: tandem vero sub Innocentio VIII. Legatorum, quos Principes miserant, negotia audiendi munus accepit, quod tanta prudentia gessit, ut idem Pontifex illum unacum aliis septem, ut supra meminimus, sacro Cardinalium cætui adscripserit mense Martio anno salutis nostræ millesimo quadringentesimo octogesimo nono.

Aubery hist. Card. vol. 3.

Ugel. Italia sacra.

Verum summa viri humilitas nil nisi omnium harum dignitatum nauseam eidem inspirabat; unde ardenti desiderio in solitudine delitescere anhelabat, impense rogans Innocentium Pontificem, ut dimissa purpura ac beneficiis, sibi ad Camaldulenſium eremum secedere liceret,

ret, ubi reliquos vitæ ſuæ dies in pœni- Sæcul. XV.
tentiæ ſtudio tranſigere decreverat. Id A.C.1492.
ut exequi ipſi licitum foret, Ardicinus ſupplex Innocentii pedibus provolvebatur, a quo ægre admodum id, quod poſtulabat, tandem impetravit; unde hoc anno obtenta libere Romam excedendi copia, nonniſi unico ſtipatus famulo clam abiit, peregrina veſte indutus, ne forte ab aliis dignoſceretur: aſt Cardinales brevi rem edocti, neo-electum Pontificem conveniunt, tantaque verborum vi confratrem ſuum revocari poſtulant, ut Papa illorum precibus ſe flecti ſineret. Scripſit autem Ardicinus epiſtolam ſtylo ad permovendum ſummum Pontificem maxime appoſito, ſupplicans, ut in ſua ſolitudine permanere, ac cæptum vitæ monaſticæ propoſitum exequi ſibi liceret: aſt ſurdas pulſabat aures; unde Romam reverti compulſus, perfectiſſimi Præſulis exemplar factus, ibidem anno milleſimo quadringenteſimo nonageſimo tertio ſancto fine quievit.

§. XL.

Hieronymi Savonarolæ initia.

Ingens ſanctimoniæ fama, quam ſibi Hieronymus Savonarola Ord. S. Dominici conciliaverat, hoc præcipue anno longe, lateque inclaruit. Hic anno *In apolog. Hier. Savon. a Joan. Franc. Pici Mirand. nepote.*

Sæcul. XV. A. C. 1492.

Domini milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo ſecundo die vigeſima prima Septembris Florentiæ Nobilibus parentibus natus, inſtitutum S. Dominici die vigeſima quinta Aprilis anno ſalutis ſeptuageſimo quinto ſupra milleſimum quadringenteſimum profeſſus eſt, ubi ſacris ſuis concionibus, maxime vero rerum futurarum prædictione ſummam apud omnes exiſtimationem ſibi comparabat. Dein Florentiam a Joanne Pico Mirandulano Comite vocatus, Apocalypſim B. Joannis Apoſtoli e ſuggeſtu publice explicavit, prædixitque renovationem Eccleſiæ iis temporibus futuram, illam tamen prius graviſſima calamitate eſſe purgandam, brevique id eventurum aſſerebat. Haud dubitari valet, hunc virum ſingulari ſpiritu fuiſſe præditum, atque ob egregia pietatis merita omni laude digniſſimum: an vero vaticinandi dono illuſtris, ejusque oraculis veritas facti conſtiterit, in dubio relinquimus: interim dixiſſe ſufficiat, in eo potiſſimum deſiderari, ut in objurgandis Eccleſiaſticorum moribus majori moderatione, ac parciori adverſus Alexandrum VI. linquæ licentia uſus fuiſſet; hac enim imprudentia brevi plurimorum invidiam ſibi accerſivit.

§. XLI.

Sæcul. XV. A.C. 1492.

§. XLI.

Inveſtitura Inſularum a Columbo detectarum Arragonum Regi a Pontifice conceſſa.

Cum Alexander Papa ob Religionis incrementa, quæ Eccleſiæ occupato Granatæ regno acceſſerant, gratum exhibere animum percuperet, hinc Ferdinando Arragonum Regi inveſtituram conceſſit omnium terrarum, quas Chriſtophorus Columbus occidentem verſus detexit, ac deinceps detecturus eſſet, ea tamen lege, ut in illas regiones, quas Luſitaniæ Rex inveniſſet, nullum jus ſibi arrogaret. Ferdinandus hoc Pontificis favore animatus, Columbum altera claſſe in altum procurrere jubet. Hic vigeſima quinta Septembris die porrectis in occaſum proris poſt diuturnam navigationem ad terras, quas *accipitrum* Inſulas vocant, appulſus eſt, inde vero Guadalupam perveniens, curſum direxit ad Inſulam, quam Hiſpaniolam appellant nuper a ſe detectam; ubi accepit nuntium, præſidiarios, quos ibi reliquerat, fatis functos, urbemque a ſe conſtructam incendio fuiſſe conſumptam: hinc paulo altius navibus ſuis progreſſus, peroportunum detexit locum, ubi propugnaculum exſtrui juſſit, quod a nomine Reginæ

Sæcul. XV. A.C. 1492.

ginæ Caſtellanæ arcem Iſabellæ nuncupabat. Tandem detectis Libaonenſibus aurifodinis vela dedit ad Cubam inſulam, quam primo obtutu continentem eſſe cenſebat, ambitus illius magnitudine deceptus.

Marmol. l. 9. c. 29. Marian. hiſt. Hiſp. l. 26. c. 3. Ferd. Colum. hiſt. del amirant. Chriſt. Col.

Inde vero obliquatis velis Jamaicam provectus eſt, ubi cum Indis, qui eum a portu arcere nitebantur, prælii diſcrimen ſubire compellebatur: his tamen devictis Hiſpaniolam reverſus, meridionalem ejusdem partem retexit, quamvis plures Cacici Columbum, ne ibidem ſedem figeret, prohibere molirentur; aſt cum Guacanegris, quem Columbus primo jam itinere ſibi devinxerat, non modo horum fœderi adverſus eum conflato accedere renuiſſet, ſed ipſus etiam copias ſuas Columbo junxiſſet, Hiſpanorum animi in ſpem erecti ſunt, & quamvis totus Guacanegritanus belli apparatus ducentis duntaxat peditibus, equitibusque duodecim, & nonnullis canibus conſtaret, nihilominus Columbus conſerto prælio Indos, quorum erant ducenta millia & amplius, profligabat. Ea victoria tantam nominis famam ſibi conciliavit, ut Cacicorum nullus Victori ultra obſiſtere auderet. Ergo Iſabellæ arcem nemine obluctante perfecit, ac conſtructis tribus aliis propugnaculis, vela fecit, in Hiſpaniam reverſurus, ubi nonniſi anno ſequenti appulſus eſt.

§. XLII.

Sæcul. XV. A.C. 1492.

§. XLII.

Mauri a Ferdinando ad Baptismum coacti.

Interea Ferdinandus Mahometis superstitionem e sua ditione penitus eliminandi studio accensus, omnibus Mauris legem dixit, aut Baptismum reciperent, aut regno excederent. Hos inter magis opulenti in Africam trajiciebant, qui vero tenuioris erant fortunæ, specietenus Christo nomen dedere, secreto tamen pristinæ sectæ sacris inhærebant; equidem Mahometes cum Ferdinando pactum inibat, quo eidem profitendæ superstitionis suæ libertas promittebatur, nihilominus Christiana sacra suscipere urgebatur; eam tamen rem summopere indignatus, omnibus suis juribus pro quadringentorum millium aureorum pretio venditis, ad aulam Fezzarum Regis migravit, ubi postmodum a sicariis interemptus periit: igitur Ferdinandus hac ex parte metu vacuus, paulo post Arragoniam repetiit. Ordinum comitia celebraturus, quibus absolutis Barcinonem usque profectus, possessionem accepit Ruscinonensis ac Ceretanensis Comitatuum, quos nuper eidem Galliarum Rex cesserat.

§. XLIII.

Sæcul. XV. A.C. 1492.

§. XLIII.

Ferdinandus Barcinone periculo vitæ expositus.

Verum parum abfuit, quin Ferdinandus Barcinone vitæ suæ jacturam feciſſet; quippe hoc anno die ſeptima Decembris, cum aulicorum ac Magiſtratuum quamplurimis ſtipatus Palatium egrederetur, derepente Catalonienſis quidam ruſticus, nomine Joannes Cannamares, ſubtus portam, quam Rex tranſibat, deliteſcens in eum irruit, ac diſtricto gladio illum colum inter & humerum tanto furoris impetu vulneravit, ut certo certius trucidatus cecidiſſet, niſi torques aurea, quam perpetuo geſtare aſſueverat, ictus violentiam hebetaſſet. Ferdinandus, accepto vulnere, a ſolita animi ſui ſerenitate non modo nil penitus remiſit, ſed etiam cum omnes eum comitantes in Sicarium manus injicerent, ipſe ulciſcentium ardorem inhibuit, ac pacato animo reum cuſtodiæ tradi præcepit, eo conſilio, ut hujus confeſſione ceteri complices proderentur; ſatis enim ſibi perſuaſum habebat, tam audax facinus conſpirationis in ſe conflatæ indicium fuiſſe. Dein Rex inſpecto vulnere, ac prima manu curationi adhibita præcipue eo curas intendit, ut Regina de fati invidia

Marian. hiſt. Hiſp. l. 26. c. 4. Petrus Martyr Anglerius epiſt. 126. 127. & 132. Surita Annal. tom. 5. l. 6. 12.

vidia, & vulneris levitate edoceretur. Sæcul. XV.
Post hæc Sicario quæstioni subjecto, ma- A.C. 1492.
nifeste apparuit, hunc mente captum per quietem somniasse, quod Arragoniæ regnum ei jure competeret, Ferdinandus vero injustus illius detentor esset; quocirca Rex eum impune dimitti præcepit, nihilominus Rege inscio in illum lata est sententia, ut a quatuor equis in partes discerperetur; habita tamen dementiæ suæ ratione laqueo prævie suspensus obiit. Ceterum Ferdinandus sanato vulnere, sub finem Januarii cum tota aula Castellam reversus est.

§. XLIV.

Ruscinonis & Ceretaniæ Comitatuum restitutio confirmata.

Ineunte anno Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo tertio pacta de reddendis Ruscinonensi, & Ceretano Comitatibus tandem utrinque confirmata fuere. Cessionis hujus tabulas die decima octava Januarii Joannes Coloma Ferdinandi Regis Minister, & nomine Caroli VIII. Ludovicus de Ambasia Albiensis Episcopus Narbonnæ signabant. Verum Perpinianenses Hispanorum imperio infensi, datis ad Borbonii Duciſſam literis hujus pacti executioni obluctati sunt: ast insuperhabitis, quas in epistola allegabant, *Marian. ibi.*

Secul. XV. A.C. 1493.

gabant, rationum momentis, eorum preces rejectæ fuerunt; Carolus enim Italici belli desiderio captus, omnia consilia ad regni sui incrementum proposita flocci pendebat, eademque ratione permotus, cum Romanorum Rege pacem sancire festinabat, pactis conditionibus Maximiliano non minus proficuis, quam simul æquitati consonis; justitiæ enim Legibus adversatus fuisset Carolus, si Margarita Austriaca Maximiliani filia ad Patrem suum remissa, nihilominus dotem suam a Galliarum Rege detentam amisisset.

§. XLV.

Pax inter Galliarum & Romanorum Reges.

Comin. tom. 5. edit. 1723. p. 426. P. Daniel hist. Franc. tom. 5. p. 75. Mezer. abreg. Chron. tom. 4. p. 47.

Maximilianus Romanorum Rex, cum solus totam belli molem sustinendo impar esset, pro avertendis a se armis medium excogitabat omni expectatione felicius: inducebat enim Rex cunctos Belgicæ Provinciæ Ordines, ut Bruxellis comitia agerent, ac decernerent, quod tam suo, quam sui Principis Philippi Austriæ Archiducis nomine, quin tamen de Maximiliano ejus Patre mentio fieret, solemnem Legationem ad Carolum Galliarum Regem destinare velint, eo consilio, ut Regi pacta, quæ cum eis olim Ludovicus XI. iniisset, redderent.

rent, peterentque, ut Rex, cum non modo hisce pactis stare renuisset, sed etiam Margaritam Archiducissam remisisset, saltem illius dotem integram, atque intactam restitueret. Præter hæc eisdem Legatis injunctum est, ut Regi exponerent, quod sat injuriarum eis a Gallo esset illatum, eoquod augustissimam Archi-Ducis Belgii Domini sororem repudiasset, si vero contumeliam novа usurpandæ dotis iniquitate augere attentaret, abs dubio jura gentium violaturus esset. Valuit legationis successus; hi enim Oratores dexteritate sua sibi devinciebant duos novellos Caroli Regis clientes, Guilielmum Brissonnetum, & Stephanum de Vese seu Versium, qui e Caroli olim Delphini famulatu ad supremam regii cubiculi Præfecturam, ac Belloquadrensis Senescallatus dignitatem evectus est. Hi igitur ambo Regis animum ad reddendam dotem eo facilius inclinabant, quo minor erat Borbonii Ducissæ auctoritas apud Regem fratrem ejus; is enim alienum regimen pertæsus, deinceps solus imperare animo constituit. Sæcul. XV. A. C. 1493.

Ergo conventu Sylvanecti habito de articulis actum est, totumque pacis negotium die vigesima tertia Maji utrinque firmatum, his conditionibus. I. Romanorum Regi, tanquam Philippi Austriaci Patri, Burgundiæ, Artheſiæ, & Caro- *Mariana l. c.*

Sæcul. XV. A.C. 1493.

Nogent.

lesii Comitatus, unacum Nonigentana toparchia restituantur, salvis supremi principatus juribus Galliarum Regi propriis. II. Cordæus Maresçallus Ariam, Hedenam, & Bethuniam urbes occupet, donec Archidux vigesimum ætatis annum emensus fuerit, quo expleto præfatæ civitates eidem restituantur, præstito clientelaris obsequii Sacramento, quod jure fiduciario Carolo Regi debitum esset. III. Galliarum Rex Atrebatum recuperet, urbisque Præfectum constituat. IV. Regi cedant Maconensis, Antissiodorensis, & Barriensis ad sequanam Comitatus, usque dum de controverso eorum jure inter partes conventum fuerit. V. Judicum sententia decidantur cunctæ lites inter Regem Franciæ, & Romanorum Regem circa Atrebatense fœdus exortæ, id ipsum etiam Archidux tutoris potestatem egressus præstito jurejurando ratum habeat. His pactis Burgundiæ & Artesiæ Comitatus ab imperio gallico distracti, non nisi sero admodum tempore eidem denuo aggregati fuere.

§. XLVI.

Caroli consilia de bello Neapolitano.

Postquam Carolus dissidiis cum Angliæ Rege, Ferdinando & Isabella, necnon Romanorum Rege compositis, regno suo optatæ pacis otium conciliaverat, unice

unice eo curas intendit, ut ſubigendi Neapolis regni conſilium exequeretur; ut vero ceterorum animos cauſſæ ſuæ propitios redderet, Leonardo Baronnato libellorum ſupplicum Magiſtro negotium dedit, ut Diploma ederet, in quo Regis jura in Neapolis regnum palam faceret; ſummam eorum, quibus Rex hujus belli æquitatem vindicare conatus eſt, impræſentiarum referamus. Sæcul. XV. A.C. 1493.

§. XLVII.

Regis Jura in hoc Regnum.

Neapolis Regnum Longobardis parebat, usquedum eorum imperium a Carolo Magno anno Chriſti ſeptingenteſimo ſeptimo extinctum fuiſſet, his ſubactis, ejusdem Cæſaris Filii Longobardiam partiti ſunt cum Græcis, qui ſibi illam tractu temporis integram quidem ſubjecerunt, in nono autem, & decimo Sæculo a Saracenis potiſſima illius parte exuti ſunt. Horum potentia admodum crevit, donec illos Normanni, Fierabracii, Drocenſes & Robertus Guiſcardus Calabriæ & Apuliæ Dux in Sæculo undecimo inde penitus expuliſſent; hujus dein Ducis imperio parebant Normanni usque ad connubium Henrici IV. qui Friderici Ænobarbi Imperatoris Filius anno ſalutis milleſimo centeſimo octogeſimo ſexto Conſtantiam Rogerii Apuliæ *Ficrabras*

Sæcul. XV. A.C 1493.

Ducis filiam post Patris sui obitum natam Mediolani duxit, & ex ea filium generavit Fridericum II. Imperatorem anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo satis functum, cujus filius Conradus nomine, septimo post mortem Patris anno vivis ereptus est, relinquens filium nomine Conradinum: nihilominus tamen non hic, sed Manfredus Neapolis regno potitus est, quem Carolus Andegavensis sancti Ludovici frater inde deturbans, ab ipso Clemente IV. hujus coronæ investituram impetravit, ita, ut successionis jus ad suos utriusque sexus hæredes lineæ directæ extenderetur, iis vero deficientibus ad Galliarum Regis filium tum regnantem devolveretur. Vi hujus Pontificii diplomatis Andegavensis familiæ Principes, Robertus Caroli filius, aliique hoc regnum obtinuerunt usque ad Joannam Reginam hujus nominis secundam, Caroli Andegavensis filiam, cui denuo a Clemente VI. Neapolitani sceptri possessio asserta est: hæc vero anno salutis millesimo quadringentesimo trigesimo quinto sine prolibus decessit.

Vid. supr. Lib. CIV. §. 228.

Cum vero Martinus V. summus Pontifex hujus regni investituram Ludovico III. Andegavensium Duci concessisset, Joanna furore accensa, Alphonsum V. Arragonum Regem ex lege adoptionis hæredem

redem scripsit, sed ingratum hujus Regis animum, & fastum, atque indignos ejusdem agendi modos exosa, adoptionem revocavit, eundemque Ludovicum Andegavensem regni sui hæredem fecit, illo autem præmature mortuo, eadem, qua obiit, die Renato Andegavensi Ludovici fratri omnium ditionum hæreditatem testamento tradidit. Equidem tum Renatus Divione captivus hærebat; haud procul enim a Novocastro in Lotharingia prælio victus captusque erat ab Antonio Valdemontio, qui cum illo de Lotharingiæ Ducatu contendebat; verum vix libertati restitutus, Neapolin petiit, quamvis tam ipse, quam Joannes Calabriæ Dux ejusdem filius, qui denuo improbo Marte regnum occupare tentaverant, haud magis propitiam conatibus suis fortunam experti sint: quippe post Carolum I. Andegavensem, qui haud infima Neapolis parte potiebatur, Arragonenses totum regnum armis suis subjecerunt, Manfredi juribus inixi, cujus filiam Petrus Arragonius uxorem habuit; demum iidem continuata possessionis serie hoc solium tenuerunt usque ad Ferdinandum, qui, quamvis incerto Patre natus esset, eo tempore, quo Carolus VIII. regnum invadere tentabat, ibidem sceptrum rotabat. Igitur Galliarum Rex jus suum ex eo deducebat, quod Renatus, priusquam

Sæcul. XV. A.C. 1493.

Comm. tom. edit. a. 1723. *p.* 389.

Sæcul. XV. A.C. 1493.

vita excederet, Carolum Andegavensem Cenomani Comitem Nepotem suum, Provinciæ Comitatus, omniumque, quæ in utriusque Siciliæ regnum habebat, jurium hæredem dixerit; hic vero Carolus, cum nullam reliquisset prolem, non modo Provinciam, sed cetera quæque jura ad præfatum regnum Ludovico XI. cessit, hinc Carolus VIII. ejusdem filius ac successor, pariter Patris sui jura in Neapolis, ac Siciliæ regna hæreditario nomine consecutus est.

§. XLVIII.

Neapolim occupandi propositum a nonnullis reprobatum.

Equidem Galliarum Regi jus suum minime controversum videbatur, non deerant tamen quam plurimi, quibus ejusmodi consilia haud quaquam probabantur: Satis enim fatali documento omnibus comperti erant adversæ fortunæ casus, quibus Galli per solida duo sæcula, intra quæ de hoc regno armis contendebant, in Italia misere exagitabantur. Præterea res erat cum Principibus, qui privato suoque quæstui non raro integræ fidei religionem posthabere haud dubitabant, atque aliunde, cum Gallicam dominationem pertæsi essent, merito timendum, ne unaomnes inter se mutuam

mutuam armorum ſocietatem inirent, ut Gallorum conatibus junctis viribus obſiſtere poſſent. Nihilominus ſpretis omnibus hiſce rationibus Carolus præpoſteræ cupiditati, qua præclarum hoc regnum ſubjugare, illudque Franciæ aggregare decreverat, imperare haud poterat, potiſſimum inductus Ludovici Sfortiæ artibus, qui cum Ducatum Mediolanenſem Nepoti ſuo ereptum, ſibi aſſerere intentus eſſet, mira dexteritate ad ſuas partes pertraxit ambos illos clientes, quos ſupra memoravimus, Stephanum Verſium, & Guilielmum Briſſonnetum, qui pro ſuo arbitrio Caroli animum inclinabant: Ut vero totius artificii ratio perſpicue pateat, rem ab origine primisque cauſſis repetere oportet. Sæcul. XV. A. C. 1493.

§. XLIX.

Italiæ ſtatus illius temporis.

Jam ferme quintum effluxerat ſæculum, quo Mediolanenſis Ducatus Italiæ Principibus continuata ſerie parebat; nam illo potiebatur Vicecomitum familia usque ad Philippum Mariam poſtremum hujus proſapiæ ſurculum: hic legitima prole deſtitutus filiam ſuam notham nomine Blancam connubio junxit Franciſco Sfortiæ, ſpurio itidem filio illius Jacobi, qui ſub nomine Jacomuſii magis

Sæcul. XV. A C. 1493.

notus vulgo *Magnus* nominabatur. Idem Franciscus mortuo Philippo a Mediolanensibus ad status sui regimen electus, Anno millesimo quadringentesimo quinquagesimo illud acceptare ab iisdem compulsus est, posthabitis legitimæ successionis juribus, quæ Carolo Aurelianensium Duci competebant, utpote nato ex Valentina Mediolanensi Galeatii Ducis filia. Dein vero Franciscus summæ rerum satis tranquille præerat, quæ tamen quietis fellcitas in duobus ejus filiis haud integre propagata viguit. Eorum enim natu major Galeatius Maria Patri suo quidem successit, non sine gravi tamen indignatione Ludovici secundo geniti, qui cum adustioris esset coloris, Maurus dicebatur; hinc ille nil antiquius habebat, quam ut fratrem suum Galeatium imperio exueret: Deerat tamen pravæ voluntati potens auxilium; unde Galeatius solidos duodecim annos quiete dominatum tenebat, fratre suo mediis, quibus eum perdere posset, destituto, quo tamen emenso temporis curriculo Ludovico occasio ambitioni suæ propitia sese offerebat: Galeatius enim liberiori vitæ licentia, atque extrema ferocitate adeo grave populi odium in se concitaverat, ut die vigesima sexta Decembris Anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo sexto in Ecclesia a sicariis truci-

Guicciardin. hist. Ital. lib. 1

trucidaretur: Cum vero Joannes Galeatius unicus illius filius ætatis vitio moderandis Ducatus habenis impar esset, primo illius tutela ejus Matri Bonnæ Ludovici Sabaudiæ Ducis Filiæ concredita est, quam illa postmodum abdicavit, contulitque Ludovico pueri Ducis Patruo, ignara, quod hoc favore ad usurpandum Mediolanensem Ducatum Ludovico viam pararet. Sæcul. XV. A. C. 1493.

Interea Joannes procedentibus annis conjugio maturus, Isabellam de Arragonia, Patre Alphonso Calabriæ Duce, & Matre Blanca Sfortia natam, uxorem duxit, conciliatore ipso Ludovico, qui neptem suam suo itidem nepoti conjungens nil firmius credebat, quam quod illa Maritum suum eo compulsura esset, ut Ludovicum utpote utriusque Patruum toto vitæ suæ tempore velut tutorem veneraretur. Ast sua eum spes fefellit; Isabella enim, fœmina ambitione plena, vix Mediolanensium Duciſſa salutabatur, cum jamjam captato Mariti sui animo tota in eo esset, ut ipse excluso regiminis socio Ducatum pro suo arbitrio regendi desiderium conciperet. Isabella interim biennio necdum expleto geminæ jam prolis, utriusque sexus Mater effecta est, cujus repetitis precibus Galeatius fortiter impulsus, Patruum suum ad deponendas Ducatus administrandi *Comm. ut supra p. 409.*

Secul. XV. A.C. 1493

curas impenſe ſollicitabat: aſt Ludovicus cum non niſi Iſabellam hujus conſilii auctorem eſſe haud temere ſuſpicaretur vindictam ſumpturus, illam innumeris modis divexabat. Hæc vero apud Alphonſum Patrem ſuum Calabriæ Ducem, necnon Neapolis Regem per literas de injuria vehementer queſta eſt, & utrique verbis ad ciendam miſerationem valde appoſitis calamitates, quibus opprimeretur, expoſuit, adeo, ut a ſe decretum diceret, quod ſibi, niſi ipſam quam primum a gravi hoc jugo eximerent, propriis manibus vitam adimeret.

Ferdinandus æque ac Calabriæ Dux lenibus, atque officioſis prius remediis rem experiri, vimque diferre ſtatuebant, unde Ludovicum ad tradendum Nepoti ſuo principatum hortantur, exponentes, quod ipſe juvenis Dux, ſublato ætatis impedimento juxta legum præſcripta regiminis capax eſſet, necnon procreata gemina prole propriam familiam haberet. Id exequi pollicetur Ludovicus, nonniſi duorum, vel trium menſium inducias poſtulans, ut convocatis Ducatus Ordinibus, rei adminiſtratæ rationem reddere valeret. Aſt adeo non promiſſorum facilitati reſpondit fidei conſtantia, ut etiam accepta mutuo pecunia, conductis militibus, atque urbibus ubique præſidio munitis diuturnum bellum omnibus viribus

viribus pararet. Inde subdola illius in- Secul. XV.
doles haud dubio probabatur argumen- A. C. 1493.
to; quapropter Ferdinandus, cum solus castigandæ Viri perfidiæ viribus inferior esset, exterorum Principum opem implorabat, eoque forte tempore sic occasio consilium adjuvit; Alexander enim tres filios nothos, quos necdum ad Papatum elevatus susceperat, ingenue educari curabat, cui Ferdinandus Neapolis Rex sua obtulit obsequia, pollicitus, quod ambos ejus filios natu minores, dum primogenitus purpuram jam adeptus erat, clientelaribus in regno suo prædiis proxime vacaturis augere velit. Papa beneficium grato jam animo acceptat; nondum enim filios suos sceptris decorandi cupiditas eum incesserat. Igitur Ferdinandus conciliato sibi Pontifice opem quoque Petri Medicæi sollicitat, qui ob præclara Patris sui antecessoris merita apud Florentinos tum summa rerum potiebatur. Hic primo flecti nescius repulsam dedit: quare Neapolis Rex patrocinio Virginii ab Ursinis, cujus filia Petro Medicæo nupta erat, utendum censebat, valuitque successus; Virginius enim, cum non uno nomine Ferdinando obstrictus, aliunde apud Generum suum haud parum gratia valeret, hujus favore suffultus tantum effecit, ut Petrus firmiter sibi persuasum haberet, novum hoc

cum

Sæcul. XV. A.C 1403.

cum Ferdinando fœdus nequaquam adverſari nuperæ armorum ſocietati, quam cum Ludovico contra Venetos iniiſſet, cumque res ſuas Neapolitano fœdere longe magis augeri crederet, victas manus lubentl animo dedit, ea tamen lege, ut ſocietas recens inita ſummo ſilentio premeretur.

§. L.

Fœdus Neapolitani Regis & Florentinorum adverſus Ludovicum Sfortiam.

Plurimum ſane non modo Neapolitano Regi, ſed etiam Petro Medicæo intererat, ut Ludovicum fœdera laterent, donec Neapolitani ſuas copias Florentinis junxiſſent: Inde enim cæpti conſilii felicitas præcipue pendebat. Aſt Ludovicus hanc in ſe fabam cudi brevi ſubolebat, quo autem ſuſpicionis indicio percipiamus. Summo Pontifice recens electo Chriſtiani Principes ex avita conſuetudine nil antiquius habebant, quam ut felix, fauſtumque Pontificatus auſpicium, decreta ad eum legatione ſolemni, gratularentur; ad id obſequii genus fideliter præſtandum Italiæ Principes potiori ceteris nomine urgebantur, atque hactenus ſinguli ſuos quisque oratores Romam decreverant: Nunc vero Ludo-

Ludovicus consultius fore existimabat, si non nisi unicam omnium Principum legationem, unumque Oratorem ceterorum nomine declamantem designaret, qui communi hoc omnium consensu pariter mutuam Principum unionem sanctitati suæ testificaretur, sique fors, ut sub Innocentio VIII. contigisse meminerat, Papa eos disjungere tentaret, is perspecta hac animorum conjunctione a proposito deterreretur. Placuit Ferdinando Ludovici consilium, eo potissimum nomine, quod hac via a procellis capiti suo ingruentibus tutum se fore speraret, Petrus quoque Medicæus primum generalem hancce legationem probare videbatur, quam tamen, ut præpediret, tractu temporis nil inausum, intentatumque reliquit.

Sæcul. XV. A. C. 1493.

§. LI.

Principum Italiæ Legatio ad neoelectum Pontificem.

Petrus ergo Legationis Florentinæ solus princeps erat, cumque divitiis potentissimus esset, occurrente publica solemnitate nihil ad summam auri, argentique profusionem, luxumque ostentandum reliquit; quare veritus, ne suorum, si cum reliquis promiscue incederent, Oratorum splendor ingenti ceterorum fre-

Secul. XV. A.C. 1493.

frequentia obfuſcaretur, Pontificis conſpectum ſolus ſubire decrevit, præſertim cum Petri conſilium ardentius etiam urgeret Scipio Gentilis Aretinus Epiſcopus, qui concinna oratione in laudes ſummi Pontificis excurrere meditabatur; hic enim cum ſe unum illo tempore inter Italos dicendi facultate longe celeberrimum crederet, nullatenus hunc honorem Sannazario cedere ſtatuit, quem Ferdinandus nomine ceterorum verba facere jufſerat. Nec hic ſtetit obfirmata Petri voluntas, ſed Regem quoque Neapolitanum ad idem conſilium permovit; Rex non ſolum Petro acquievit, ſed etiam Ludovicum in ſuam ſententiam trahere nitebatur, a quo tamen de violata fide poſtulabatur. Neapolitanus aut excuſationis obtentu, aut inconſiderantiæ vitio incautius Ludovico ſignificabat, quod nunquam communis legationis conſilium abjeciſſet, niſi ad id inductus fuiſſet a Petro Medicæo, cujus importunas preces ultra ferendo impar foret. Hujus confeſſione percepta Ludovicus, aliunde oppido ſuſpicioſus, inter Neapolis Regem, & Petrum de Medicis fœdus interceſſiſſe conjiciebat, utque rem luculento magis indicio edoceretur, nulli labori parcebat. Interea tamen quivis Principum ſummo Pontifici ſeorſim ſua exſolvebat obſequia, eademque

demque ratione quælibet Respublica Papam venerabatur: Inter omnes vero Petrus Medicæus magnificentiæ gloria eminebat, atque Episcopus Aretinus suam orationem declamabat, tanta omnium admiratione, atque applausu, ut panegyris illa ceteris ejusmodi sermonibus præfigeretur, ac prima omnium typis mandaretur. Sæcul. XV. A.C.1493.

§. LII.

Papa a Ludovico Sfortia in Neapolis Regem concitatus.

Non ignorabat Ludovicus, Papam ægre tulisse, quod ipse primus generalis Legationis consilium agitasset, nihilominus, cum res effectu suo caruisset, indignationem Pontificis haud sibi obsuturam sperabat, quominus ad eum confugere, illiusque opem contra Neapolis Regem, atque Florentinos tuto implorare posset; fiduciam Ludovico auxit Cardinalis Ascanii patrocinium, qui apud summum Pontificem gratia & auctoritate plurimum valebat. Ergo nil reliquum erat, quam opportuna Papam alloquendi occasio; sed & illa brevi præsto aderat captata ex venditione, quam fecerat Franciscus Cibo defuncti Pontificis filius; hic enim quosdam Principatus, etiamsi Sedi Apostolicæ beneficiario

Sæcul. XV. A. C. 1493.

rio jure obstricti essent, inscio Alexandro Papa Virginis ab Ursinio Neapolitani exercitus Præfecto addixit, & quidem constituto non nisi quadraginta millium aureorum pretio, quam summam Neapolis Rex Virginio suppeditabat, quamvis ea vix biennii proventus, qui ex hisce Principatibus percipiebantur, adæquaret. Hæc agendi ratio, quo magis summi Pontificis animum merito jure exulcerabat, eo solertius Ludovicus hac occasione in rem suam usus est. Ergo Alexandro Pontifici exponit, illatæ injuriæ dissimulationem Apostolicæ Sedis auctoritati, atque securitati summe periculosam fore, minus tamen a Virginio Ursino, utpote qui nonnisi nomen suum rei commodasset, ultionem esse reposcendam, potius tamen in jus vocandum esse Neapolis Regem, cum hic pecunias Virginio suppeditasset, & aliunde Neapolitanus Borgiæ familiam implacabili odio insectaretur, omnique data occasione sat luculenta livoris sui præberet argumenta; ni ergo eum Pontifex perderet, eundem illi certo futurum exitio ajebat Ludovicus, cujus quoque rationibus grave pondus adjecit Cardinalis Ascanius ejus frater, Papamque, ut Florentinorum & Neapolitani Regis fœdus nova armorum societate everteret, induxit, pollicitus, se quoque opera sua Venetos

aggre-

aggregaturum. Verbo, totum negotium brevi mora maturatum est, ad quod Ludovicus, necessaria pecunia Alexandro Papæ mutuo data, trecentisque lanceariis recens conductis, operam suam impendit, ut Venetos fœderis legibus sibi adstringeret. Interea vero idem Petro Medicæo auctor erat, ut neutrius partis studia amplecteretur, eo consilio, ut faciliori negotio dissidia, quæ inter fœderatos forte exoritura essent, componere posset. Hanc in rem Petro significari jussit, Papam, si libuerit, nullo labore Florentinorum fœdus cum Neapolitanis eversurum; illius enim ditiones ex æquo inter hos atque illos interjacere, medjasque esse, non tamen eandem situs opportunitatem Florentinorum & Mediolanensium societati suffragari, cum eorum status proxime conjungerentur. Sæcul. XV. A. C. 1493.

§. LIII.

Petrus de Medicis flecti nescius.

Ast arctior erat Petri Medicæi cum Ferdinando amicitia, quam ut ejusmodi rationum pondere dissolveretur. Quare Petrus dimisso Ludovici Oratore unice eo curas intendit, ut cæpta consilia ad effectum deduceret. Hac Petri repulsa Ludovicus non nihil turbatus, omnem spem in Venetorum auxilio reposuit, quos

Saecul. XV. A.C. 1493.

armis potentiores quam Florentinorum Rempublicam noverat: Igitur suos Oratores ad Venetos ablegat, qui ad Senatum admissi exponebant, Florentinorum fœderi fortiorem opponendam esse armorum societatem, eique Papam prompta voluntate accessurum: Huic, si Veneti sua quoque jungerent auxilia, certo Italiæ quietem reddendam fore, cum Fœderati hostibus potentia superiores evaderent. His auditis sperabant Veneti, quod ipsis imperii sui fines protendendi occasio offerretur, atque ex Neapolitanorum ac Florentinorum spoliis pinquiorem portionem aucupari possent, eoquod ipsi soli auxilia longe validiora, quam Papa unacum Ludovico suppeditare valerent; igitur hac spe freti, benignas Ludovico aures præbebant. Nec tamen ultimum hac in re responsum dare præcipites festinabant, veriti, ne Pontifex, ut non raro solebat, datam fidem frangeret.

§. LIV.

Fœdus inter Papam, Venetos, & Mediolani Ducem.

Tandem Ludovici consiliis cedere decreverunt Veneti, postquam ex urbe Constantinopolitana nuncium acceperant, quod Bajazethes in illos bellum pararet; Nam

Nam hunc ab hoc propoſito haud effi- Sæcul. XV.
cacius dimoveri poſſe præſenſerant, quam A.C. 1493.
objecto triplicis fœderis timore; rem enim ſibi fore, ſi Venetos aggrederetur, cum tribus potentiſſimis Italiæ Principibus haud ignorare poterat Bajazethes. Hac ratione permoti novam ſocietatem amplexi ſunt, quæ Menſe Aprili hujus anni utrinque firmata eſt: Fama hujus fœderis ſparſa, univerſa Italia admiratione ſuſpenſa hæſit. Equidem Ferdinandus, & Petrus de Medicis, ſi ad primos hoſce rumores arma ſumere feſtinaſſent, rebus ſuis plurimum conſuluiſſent; aſt moroſior cunctatio, qua Cardinalis S. Petri ad vincula conſilio immorabantur, eos ſpe ſua deluſit; hic enim Sixti IV. Nepos, atque juratus Alexandri VI. hoſtis nil firmius ſibi perſuadebat, quam Papam in ejus exitium conjuraſſe; quapropter conclavi ſoluto Oſtiam, cujus Præfecturam, atque Epiſcopatum tenebat, auffugit, arcemque valido præſidio munitam ingreſſus eſt, concepta ſpe Columnenſes, quibuscum ipſi arctior eſſet neceſſitudo, illum inde liberaturos, aut ſaltem, ſi obſideretur, opem laturos, ut tuto vim effugere poſſet: Ut vero Papæ conſilia penitus everteret, eique ſibi nocendi copiam eriperet, Columnenſes inter & Urſinos, quos inter a pluribus ſæculis inveteratum fervebat odium, concordiam, pacem-

Sæcul. XV. A. C. 1493.

que conciliabat, qui omnes reſtituta amicitia, ut Romam ex inſidiis caperent, communi conſilio decreverant; placuit eorum ſententia Petro Medicæo, necnon Alphonſo Calabriæ Duci, cui datum eſt negotium, ut juſto copiarum numero opportune admoto urbem cingeret. Verum Ferdinandus haud temere verebatur, ne Cardinalis S. Petri ad vincula Romam occupaſſe haud contentus eſſet, ſed odii ſtimulis agitatus ad extrema quæque prolaberetur, hinc ejus conſiliis acquieſcere renuit.

Quinimo Urſinos quoque ab illius partibus abſtractos in Pontificis gratiam reduxit, quamvis, ut planiorem huic reconciliationi viam ſterneret, amittere cogeretur quadraginta millia aureorum, quos Virginio mutuos dederat, ut hic illos Principi Cibo numeraret; nam Ferdinandus Virginium induxerat, ut eosdem Principatus, quos a Cibo emiſſet, ſummo Pontifici redderet, atque in compenſationem damni Apulienſis Provinciæ terras, quæ Principatuum valorem æquarent, cederet. His concordiæ pactis Ludovici fœdus vix non concluſum jam eodem ferme momento reſcindebatur, quod quidem moleſtiſſime ferebat Ludovicus, nec tamen animo fractus, Gallorum ſocietatem expetere tentabat.

§. LV.

Sæcul. XV. A. C. 1403.

§. LV.

Gallorum fœdus a Ludovico expetitum.

Ergo ſollicite inquirit, quo ſtatu Gallorum res eſſent, cumque Borbonii Duciſſam regiminis auctoritate exutam, ſummamque imperii penes Caroli clientes Stephanum Verſium, & Guilielmum Briſſonnetum eſſe comperiſſet, nullum non movit lapidem, ut utrumque ſibi devinciret. Acceſſit etiam Ludovici conſiliis ſummus Pontifex, aliunde Neapolitano Regi minus addictus, atque ambo communi ſententia decreverunt, quosdam probatæ fidei Viros ſecreto in Gallias legare, qui explorato Regis animo præprimis Verſii ac Briſſonneti operam, opemque implorarent. Horum primus inter Regiarum veſtium cuſtodes in Delphini obſequio infima pene ſervitia explebat, inde vero fortunam ſuam auſpicatus, ad regii cubicularii dignitatem, nec non ad Belloquadrenſem Præfecturam evectus eſt. Alter in Regiarum rationum Curia primo Præſidem, dein ærarii Præfectum agebat, tandem vero Clericali militiæ nomen dabat. Ambo apud Regem gratia, & auctoritate plurimum valebant, quocirca ad captandum eorum favorem Verſio cujusdam Princi-

Commin. l. 7. c. 2. Guicci. hiſt. Ital. lib. 1.

Sæcul. XV. A.C. 1493.

patus in Neapolis Regno spes facta est, Briſſonneto autem Cardinalitia dignitas promittebatur. Hi itaque tam amplæ pollicitationis illecebra capti nil intentatum relinquebant, ut Franciæ Regem ad tuendas Ludovici partes inducerent. Ubi autem de optato primi conatus successu fama percrebuit, hoc negotium magis aperte agitabatur, atque ideo Papam inter & Ludovicum erat conventum, ut ad Carolum Franciæ Regem solemnis Legatio decerneretur; Nominabantur ad exequendum hoc munus Comites Ca-

Bellioyeuſe

rolus Belioeusius, necnon Cajatius ex Sanseverinatum familia ortus, aliunde juratus Ferdinandi hostis. His dabatur negotium, ut libellum satis amplum, in quo jura Regis in Neapolis regnum exponebantur, traderent, Regemque, ut jus suum armis strenue prosequeretur, hortarentur. Oratores demandata sibi provincia in pleno Regis Senatu defunguntur, commoda, ac inde gloriam in Gallos uberrime redundantem exaggerant, atque expeditionis facilitatem pluribus jactitant, his potissimum innixi rationibus, quod Ludovicus Gallis summe addictus, & Neapolitani tyrannidem ac Ferdinandi sævitiam pertæsi, Veneti autem eidem summe infensi forent, ac denique quod summus Pontifex Gallis opem ferre, religiose promisisset.

§. LVI.

Sæcul. XV.
A.C. 1493.

§. LVI.

Galliarum Rex contra Senatus sui sententiam his rationibus cedens.

Oratores plures adhuc alias proferebant rationes, quas omnes Rex avidissimis auribus excepit, probavitque, eas tamen illius consiliarii omnino rejecerunt; hos inter præcipui erant Cordæus Marescallus, & Archithalassus Gravilla, qui omnes ejusmodi consiliis vehementius adversabantur, exponentes, ob distantiam regnorum expeditionem summe difficilem esse, rem gerendam cum duobus Regibus prudentia, ac rerum bellique usu longe celeberrimis; horum quoque regna plurimum aucta, firmataque fuisse præcipuorum Optimatum obitu, per quorum ditiones hostibus unice aditus olim patuisset, nunc vero cum eorum bona regio ærario essent addicta, necnon isti Reges sat diuturni regiminis proventibus fruerentur, proin ampliſſimas possiderent opes, tamdiu longum etiam bellum eos sustinere, posse ajebant, donec interea Gallorum exercitus sumptibus, laboribusque penitus exhaustus esset. His addebant, incertam esse Ludovici fidem, utpote Principis inter mortales longe

Sæcul. XV. A C 1493.

versutissimi, huncque, ut proprium Nepotem suum principatu deturbaret, omnia divina humanaque jura pessumdare, ejusque perfidiam toti Italiæ satis compertam esse, forte etiam Gallos, etsi prospero Marte pugnarent, plus periculi in Franciam redeundo, quam laboris in expugnando Neapolis regno subituros. Horum rationibus Brissonnetus adeo devictus permansit, ut suam imprudentiam, qua Regi consilii tam temere ac inconsulte suscepti auctor extiterat, ipsus incusaret. Nihilominus Carolus præ ceterorum Ministrorum monitis potiora habebat Versii Belloquadrensis Præfecti consilia, hinc concepto expeditionis proposito immotus adhæsit.

§. LVII.

Fœdus inter Galliarum Regem, & Ludovicum Sfortiam.

Haud parum Galliarum Regem in sua sententia firmabat continua sollicitatio Principis Salernitani, Bernardini de Bissiniano, aliorumque Procerum Neapolitanorum, qui Regno exules in Gallias confugerant. Ergo fœderis pacta eriguntur, Carolo Rege inter præcipuos articulos spondente, se nullatenus Mediolanensem Ducatum invasurum, sed ibidem Ludovico jus, auctoritatemque conser-

conservaturum, ac in regiæ tutelæ pignus se, postquam Mediolanum transiisset, ducentos Lancearios relicturum in urbe Astensi Aurelianensis Ducis imperio subjecta, eique occupato Neapolis regno, Tarentinum Principatum cessurum. Ludovicus vicissim pollicitus est, se Carolo, priusquam cum exercitu suo e Galliis moveret, ducenta aureorum millia mutuo daturum, unice in stipendia militum suorum expendenda, postquam vero Mediolani Ducatum reliquisset, se ejus copiis quingentos quoque junctuarum Lancearios, ejusdem Ludovici impensis usque ad belli exitum alendos; huic exercitui liberum se concessurum ubique transitum, ac fluviorum trajectionem, ac denique ad Genuensium portus pro Gallicæ classis securitate, totidem, quot libuerit, naves advehere, Francorum Regi integrum fore. Sæcul. XV. A.C. 1493.

§. LVIII.

Bellicus Neapolitani Regis apparatus adversus Gallos.

Ferdinandus, cujus capiti hæc procella imminebat, totus in eo erat, ut recentem conscriberet militiam, munitiora lustraret loca, eaque præsidiis firmaret, ac divisis undique copiis vias obsideret, præcipue ut a cunctis, qui mutuas offe-

Sæcul XV. A.C. 1493

rebant, acciperet pecunias. Postea populi sui animos, eliminato omni metu firmare satagebat, ingentemque eis Gallicæ Nationis contemptum ingerebat, nec non consilii ab ea suscepti difficultatem exponens: Ergone, inquiebat Ferdinandus, Veneta & Florentina respublica, Ferrariæ Dux, atque summus Pontifex vel unquam concedent, ut admisso extero milite eorum ditiones deprædantium arbitrio expositæ premantur? nonne omnes isti Principes, cum de communi eorum causa agatur, ad propulsandam Francorum vim vires suas jungent, ac in perniciem Gallorum jurabunt? certe nunquam Veneti libertatis suæ tenacissimi Gallis ad illorum ditiones aditum indulgebunt, quinimo etsi forte illis, postquam eos diu tædiosa mora fatigarunt, tandem transitum concessuri essent, nihilominus tamen peregrini isti homines nonnisi longi, ac molesti itineris laboribus fracti ægre ad Neapolitani regni limina penetrabunt, ubi postea excipientur a recenti exercitu, ac militibus bello exercitatissimis, qui eos nullo negotio oppriment, & quod amplius est, num forte Castellæ ac Arragoniæ Reges, quibus paret Sicilia, æquo animo tolerabunt, Franciæ imperio Neapolis regnum subjici, cum tamen merito pertimescere debeant, Gallos expugnata Neapoli pari

jurium

jurium obtentu ad Siciliam quoque vi- Sæcul. XV.
ctricibus armis procursuros. A C. 1493.

§. LIX.

Ferdinandus Gallorum apparatu territus

Rex Neapolitanus, quamvis ingentem rerum, viriumque suarum fiduciam verbis jactitaret, re tamen ipsa imminentis periculi consideratio terrorem eidem incussit; accessit etiam memoria malorum, quibus eum, suumque Patrem Andegavensis ac Calabriensis Duces pene oppresserant, unde præsentire videbatur, quæ timenda forent, si ipse Galliarum Rex adversus eum agmen duceret. Enimvero nec panicus erat Ferdinandi timor; qua ratione enim, cum jam olim a memoratis Principibus regno suo exutus esset, nunc audeat repellere impetus juvenis cujusdam Regis, qui ipsus fortissimo exercitui imperans hoc unum destinatum habet, ut ei coronam eripiat, quam sibi jure deberi contendit? Quo demum auxilio fretus, Gallo resistat Ferdinandus, qui Nobilium invidiam in se concitavit, & tyrannide populos suos adeo oppressit, ut his nil magis sit in votis, quam ejus jugum excutere, cum interea is nullius Italiæ Principis amicitiam sibi polliceri potest, quos omnes lacessivit,

Sæcul. XV. A.C. 1493.

cessivit, aut bella illis denunciando, aut dissidia inter eos spargendo, aut eorum subditos ad seditionem in suos Dominos commovendo? nec in ærario suo satis referto spem reponere poterit; hoc enim semel exhausto, unde novas acquiret suppetias, Gallis Neapolin ingressis, omnemque ipsi a regno opem præcidentibus? (*) Enimvero Ferdinandus in hisce rerum angustiis deprehensus consultissimum fore arbitrabatur, Gallorum iram placare. Nec deerat occasio; quippe Fridericus de Aragonia secundo genitus ejusdem filius ex uxore sua Sabauda, quæ Caroli VIII. Matertera erat, filiam suscepit, eamque Ducissa Borbonii illius Patruelis in aula Franciæ educatam Scotorum Regi, qui ejusdem nuptias ambiebat, jungere meditabatur; unde decentiæ legibus consonum videbatur, ut in Galliis, ubi sponsa agebat, ejusmodi festivitas celebraretur.

§. LX.

(*) Tota hæc oratio delectabilius legeretur in quodam Panegyrista assentationibus assueto, vel in quodam novellarum Scriptore; tædium vero parit Historiæ Ecclesiasticæ Lectoribus, qui sermonis gravitatem, facti veritatem, & ad eruditionem idoneas relationes exspectant. Ceterum susceptæ expeditionis successus harum rationum vim demonstrabat.

Secul. XV.
A. C. 1493.

§. LX.

Legatio Ferdinandi ad Galliarum Regem.

Hac occasione utebatur Ferdinandus, ut conciliata pace Carolum a belli proposito dimoveret. Hanc in rem Parisios Legationem destinat, cujus princeps erat Camillus Pandonus Regi notus multumque acceptus. Hos Oratores instruxit Ferdinandus publicis datæ potestatis literis, quæ tamen nonnisi pacta de neptis suæ conjugio complectebantur; interim vero secreta eisdem dedit mandata, quæ solis Brissonneto & Beloquadrensi Præfecto communicarent; præterea Ferdinandus Regi Christianissimo tributum quinquaginta millium aureorum quotannis pendendum obtulit, simulque alias, quascunque vellet, conditiones præscribendi copiam fecit, dummodo pacem concederet; ast Galli timebant Pontificis indignationem, qui Neapolis regnum sibi jam beneficiario jure obstrictum tenebat, & nuperrime haud obscura dabat indicia, quod arctiori fœdere se se Gallis conjungere meditaretur; hanc ob caussam Regis Consiliarii, quibus Ferdinandi postulata proponebantur, Oratoribus Neapolitanis significabant, ea, quæ peterent, minime concedi

Sæcul. XV. A.C. 1493.

concedi posse; dato hoc responso nil aliud agebant, quam ut negotia Scotiam decernentia deciderent, postmodum vero Neapolitani Regis Oratoribus haud dissimulanter declarabant, Gallos omne deinceps cum Ferdinando fœdus recusaturos; ut autem his verbis majus firmitatis pondus adducerent, Legatis armorum apparatus pro futuro bello exhibebant.

§. LXI.

Ferdinandi perfugium ad Papam, Venetos, & Reges Catholicos.

Neapolis Rex Gallici Senatus sententiam edoctus, Pontificis opem implorabat, pollicitus, quod Godefrido Borgiæ ejus filio Calabriæ Ducis filiam nothamnuptui dare, simulque dotis nomine adjicere velit Scyllacenum Principatum, ac decem millium Ducatorum proventus unacum armatorum centuria suis impensis alenda. Alexander oblatam quidem affinitatem æque ac Principatum gratum habebat, propositum tamen fœdus inire recusabat, vicissim Ferdinando quodcunque obsequiorum genus offerens, dummodo armorum societas silentio premeretur. Neapolis Rex hoc Pontificis responso parum contentus, ad Venetorum

rum Senatum, Regesque Catholicos con- Sæcul. XV.
fugit, verum expectatione sua remissio- A. C. 1493.
ra quoque expertus est horum studia, adeo, ut ultimo ad Ludovicum Sfortiam se convertere decerneret, eidem gravibus admodum verbis exponens innumera mala, in quæ totam Italiam, ac semetipsum præcipitem ageret, eoquod is omnium primus hisce calamitatibus exponeretur, quiete vero Neapolitanorum opera, si eis adhærere vellet, Mediolanensium Ducatum possidere posset.

§. LXII.

Caroli Legatio ad Papam, Venetos, & Florentinos.

Nec minus anxie Carolus Galliarum Rex armorum socios in Italia conquirebat; hanc in rem legatum decernebat ad Venetos Perronium de Baschi natione Italum, qui olim in Neapolitano, & Calabrensi negotiis Joanni Andegavensi Calabriæ Duci valde utilem impendit operam. Huic datum est negotium, ut primo Venetos adiret, postea Papam ac Florentinorum Rempublicam sollicitaret, nihilque intentatum relinqueret, ut omnes hi tres Principes pro Neapolitano bello auxiliis suis Regi suffragarentur. *Comm. l. 7. c. 4.*

§. LXIII.

Sæcul. XV. A. C. 1493.

§. LXIII.

Venetorum excusatio ob bellum Turcicum.

Ast Veneti Perronio respondent, se propriæ necessitatis periculo omnino prohiberi, quominus copias suas Regi ejus Domino jungerent, opemque ferrent; certum enim ad eos ex Constantinopolitana urbe delatum fuisse nuncium, Bajazethem Turcarum Imperatorem bellum eis proxime indicturum, de cetero si Regem, cujus curia consultissimis Viris abundaret, consilio juvare vellent, maximam Venetorum imprudentiam, temeritatemque fore. Verum hoc responsum nonnisi speciosa erat excusatio; Turcam enim bellum illis nunciaturum, nulla vero similis probabat ratio, re tamen ipsa, inquit Comminæus, existimabant Veneti, Galliarum Regem per se ipsum nullatenus Neapolim petiturum, sed duntaxat cuidam ex suis Belliducibus exercitus imperium delaturum, inde vero inferebant, in eorum arbitrio penitus relictum fore, eo ipso temporis articulo, quo eis bene visum fuerit, Gallorum conatus infringere: Optabant quidem, ut Galli ulciscerentur injurias, quas ipsis non tam Ferdinandus, cui non adeo infensi erant, sed maxime Alphonsus

ejus

ejus filius intulisset; hunc enim insimulabant Veneti, quod, nonnullis auro corruptis, eorum fontes veneno inficere tentasset, atque illorum copiis interea in Ferrariensi obsidione detentis, omnium Italiæ Principum fœdus contra eos conflasset, quorum potentia haud dubie illos penitus oppressisset, nisi eis Ludovici inconstantia, ac perfidia saluti fuisset. Sæcul. XV. A C. 1492.

§. LXIV.

Florentini ægerrime Regis petito aquiescentes.

Perronius Venetorum responso parum contentus, ad Florentinorum Rempublicam divertit, postulans, ut pro veteri Gallos inter & Florentinos amicitia, regiis copiis liberum per eorum ditiones transitum concederent, annonam, ceteraque ad bellum necessaria justo pretio suppeditarent, ac præterea unam bellatorum centuriam instruerent, Reipublicæ sumptibus toto belli tempore alendam. Hæc petitio non parum turbabat Petri Medicæi animum, qui tamen mox respondit, Florentinis equidem nil optatius esse, quam Gallorum amicitiam; ast hanc ipsam exposcere, ut Galliarum Rex a suo postulato desisteret; non enim Duci integrum esse, Regis exercitu Italiam necdum ingresso, ejusdem precibus præ-

Sæcul. XV. A.C.1493.

coci consilio aquiescere, quin extremo Rempublicam exitio exponeret, quod ipsi haud dubie a Neapolis Rege immineret. Reposuit Baschius totum negotium summa taciturnitate premendum, sua vero repulsa Florentinos sibi Regis Franciæ odium accersituros, primumque armorum suorum furorem experturos, semelque ab eo devictos, non solum devastatam Provinciam, sed etiam libertatis suæ jacturam deploraturos. Nec inanes erant Perronii minæ; quocirca Petrus Medicæus de ultimo responso cogitandi spacium exposcebat, moræ beneficio occasionem nacturus, qua Ferdinandum edoceret de anguſtiis, quibuscum luctaretur, necnon eidem exponeret necessitatem, qua Regis postulato cedere cogeretur, ne Florentinorum seditionem in se concitaret. Equidem Ferdinando haud probabantur allatæ Medicæi rationes, nihilominus Florentini fœderis articulos a Perronio Baschio oblatos post longas temporis inducias firmabant.

§. LXV.

Ambiguum, ac vulgare Pontificis responsum.

Solus supererat Pontifex, cujus conspectum Perronius subiens primo exposuit, quod Rex uni ex filiis ejus, quem

ad

ad purpuram evehere meditaretur, beneficia in Galliis, ceteris vero duobus ejusdem filiis ditiones in eodem regno donare velit. Attamen Pontifex hæc oblata vago responso elusit, declarans, se, quamvis quodammodo huic bello ansam dedisset, neutri parti adhæsurum; sperabat autem ampliora a Ferdinando, quam Gallus obtulisset, accepturum. Id ipsum etiam Neapolitano Regi permolestum acciderat, quod insuperhabita promissorum amplitudine necdum de Pontificis auxilio securus esse posset. Sæcul. XV. A.C. 1493.

§. LXVI.

Friderici III. Imperatoris obitus.

Hoc anno supra millesimum quadringentesimo nonagesimo tertio die septima Septembris Fridericus III. Imperator Lincii in Austria vivis ereptus est, postquam septuaginta octo annos vixisset, & quinquaginta tres, quatuorque menses regnasset; eidem, cum altero crure noxium carcinoma enasceretur, ne latius serperet, crus abscissum fuit, ast dolori succumbens paulopost exspiravit; cujus corpus Viennam in Austria translatum in sepulchro Cæsarum repositum est. *Naucler chron. vol. 3. gen. 50. p. 506. Nïchov. l 4. c 57. Bonfin. dec. 3.*

Hic Princeps vix imperii habenas moderari cæperat, cum factiones in suis

Sæcul. XV. A C. 1493.

regnis ſuſcitatas diſſipare omnibus viribus adlaboraret, ea tamen uſus moderatione, ut quamvis vim armis repellere cogeretur, duntaxat eos, qui ceteris magis ſeditioſi erant; caſtigaret, adeo enim pacis ſtudioſus, tamque ſollicita diſſimulatione obtegebat offenſiones, quas ei nonnunquam Pontifices intulerant, ut Itali illum mortuam animam in corpore vivo circumferre conviciarentur. Nationis Germanicæ concordata communi cum Legatis Apoſtolicis conſenſu erexit, Bullamque auream confirmavit, utque litium frequentiam tolleret, quam in adminiſtranda juſtitia jus Romanum invexerat, codicem *de Feudis* in lucem emiſit. Ceterum, quamvis ipſe pacis amantiſſimus eſſet, nullo tamen unquam tempore Germania inteſtinis, ac exteris bellis crudelius dilacerata fuit, quam ſub ejus imperio. Id ei vitio vertunt Hiſtorici, quod nimium avarus eſſet, nosque haud obſcura tenacitatis fuæ ſpecimina, ubi de illo ſermo occurrebat, non diſſimulavimus. Verbo, Princeps erat politica regendi prudentia omnibus numeris abſolutiſſimus, ſed nequaquam bellicoſus, ingenio quidem potens, ſed manu infirmus. Haud dubie Hungariæ ac Bohemiæ regna Auſtriacæ ſtirpi inſerta permaniſſent, ſi Fridericus heroica conſilia pari facilitate exequi, qua concipere valuiſſet. Uxo-

(*) Uxorem habuit Eleonoram Eduardi Lusitaniæ Regis filiam, ex qua tres filios, filiasque binas susceperat. Horum primus Christophorus nomine adhuc infans vivis ereptus est. Sæcul. XV. A.C.1493.

§. LXVII.

Maximilianus Imperii Successor.

Secundo genitus Cæsaris Filius erat Maximilianus, qui Patri suo in imperio successerat. Is tertium quoque habebat fratrem, nomine Joannem, qui in tenera ætate decessit. Inter Filias prima erat Helena, quæ itidem adhuc infans fatis functa est, altera nomine Cunegundis Alberto sapienti Bavariæ Duci nupsit, quo mortuo sacræ familiæ institutum professa est. Friderico decedente Maximilianus trigesimum quintum ætatis annum agebat, jam aliquot abhinc annis Romanorum Rex creatus. Hic, cum nuncium accepisset de ingenti clade, quam Christianis ex Bernardini de Francipanis culpa Turcæ intulerant, ad vindicandam Religionis jacturam cum exercitu suo confestim neglecta propriæ necessitatis,

(*) Ad confutandas hasce calumnias gloriosissimo Imperatori iniquissime impactas sufficit vel obiter omnium pene Historicorum annales evolvere. Vid. Hist. Germ. Burch. Struvii.

Sæcul. XV. A.C. 1493.

tis, rerumque suarum cura advolabat, ast cum Turcas inde recessisse intelligeret, ultionem infidelibus inferre distulit; Francipanes tamen in hoc prælio trucidatus incuriæ suæ pœnas dedit.

§. LXVIII.

Pontificis studium Hungaros ad pacem & Hussitas ad Ecclesiam revocandi.

Bonfin. decad. 5. l. 3. Naucler ib. p. 106. Cromer. l. 30.

Cum Turcarum victoria Hungaris potissimum funesta esset, Wladislaus eorum Rex acceptam cladem reparare omnibus viribus adlaborabat; quare recentem conduxit militiam, eoque sollicitante Alexander Papa Christi fideles ad amplectenda Regis signa propositis ampliſſimis indulgentiarum præmiis excitavit, nilque intentatum reliquit, ut præprimis inter Hungariæ Proceres pacem, pristinamque concordiam revocaret: ne vero sacri belli consiliis obstarent civilia eorum dissidia, gravissimas Ecclesiæ pœnas cominatus est illis, qui sacram expeditionem novo bello præpedirent; hanc in rem Legatum destinabat Tranensem Episcopum, cui etiam negotium dedit, ut Pragenses, qui diutius Joannis Hussi erroribus irretiti fuerant, Romanæ Ecclesiæ reconciliare omni studio conaretur. Hac sibi demandata provincia Epi-

Raynald. hoc an. n. 6.

scopus

scopus prospero plane successu defunctus est, qua de re Wladislaus Hungariæ Rex ad summum Pontificem epistolam perscripsit: Alexander vero ad eundem necnon ad Albertum Poloniæ Regem, & Tranensem Antistitem Apostolicas dedit literas, quibus illos ad pia eorum consilia strenue prosequenda adhortatus est, vivisque coloribus pœnarum & tormentorum genera, quæ Christiani ab infidelibus perpessi essent, descripsit, affirmans, quod *propter dissensiones inter Principes Christianos, graviora adhuc inde pericula provenire possent.* Demum testatur, quod *non absque maxima animi sui lætitia noviss sime acceperit, Hussitas in regno Bohemiæ sanctæ Matris Ecclesiæ unitati reconciliatos fuisse,* Postea Tranensem Episcopum designat Apostolicæ Sedis nuncium, hortaturque, quatenus *inter Principes fomenta discordiæ ad concordiæ bonum reducat,* ut eo facilius communis Christianæ Religionis hostis supprimi valeat. Verum omnes hæ summi Pontificis hortationes Turcarum progressus sistere haud poterant, eoquod cuncti Principes ad sacram militiam tardi, ac nonnisi ad Galliarum Regis incursus in Neapolis regnum intenti essent. Sæcul. XV. A.C. 1493.

Sæcul. XV. A.C. 1493.

§. LXIX.

Episcopalium Sedium erectio in Granatensi Regno.

Mense Aprili ejusdem anni summus Pontifex aliud diploma in Hispaniam misit Abulensi Episcopo inscriptum. Huic, postquam Ferdinandus Granatæ regnum recuperaverat, negotium dedit, ut veteres Ecclesias restauraret, ac quatuor Cathedrales constitueret, scilicet Granatensem, quæ Metropolis jure gauderet, Malaginensem, Guidinensem, atque Almeriensem, cuilibet harum Diœcesium justa limitum extensione designata.

Bullar. l. 4. p. 230.

Raynald ut supr. n. 14.

§. LXX.

Suprema administratio trium Ordinum militarium in Hispania Ferdinando concessa.

Sub idem tempus Alexander Papa Ferdinandum honorabat supremo Magisterio Ordinum Equestrium, sancti Jacobi, & Alcantaræ; cum eidem jam priori tempore Innocentius ad dies vitæ concesserat Calatravensem Magistratum, qui per mortem Garziæ Pardillæ vacaverat. Præterea anno a partu Virginis millesimo quadringentesimo nonagesimo tertio, Alphonso Cardena fatis functo, idem Ferdi-

Vid. supr. Lib. CXVI. §. 104.

Ferdinandus magnus S. Jacobi Magiſter creatus eſt, anno vero ſequenti, poſtquam ſupremus Alcantaræ Magiſter Joannes Stunica ad Hiſpalenſem Epiſcopatum evectus eſſet, hujus Ordinis adminiſtratio cedebatur Ferdinando, quo defuncto Iſabella, ſi forte ſuperſtes, ea potiretur. Sæcul. XV. A.C. 1493.

§. LXXI.

Chriſtophori Columbi reditus in Hiſpaniam.

Poſtquam Chriſtophorus Columbus navigationem ſuam felici exitu coronaſſet, necnon ligneum quoddam propugnaculum ad Cuanalayæ regionis, quæ ex Lucaiis inſulis una eſt, litora exſtruxiſſet, ac triginta octo Hiſpanis firmaſſet, tandem in Hiſpaniam reverſus eſt, ad portum Palos immenſas auri & mercium, quas ea terra fundit, divitias ſecum deferens. Admittitur ad Regis conſilium, atque itineris ſui relatio cum ingenti applauſu excipitur. Ubi cum ditiſſimas hasce Provincias occupandi facilitatem expoſuiſſet, ſancitum fuit, ut ad illas Chriſtophorus Archithalaſſi Indi dignitate auctus mitteretur, eidemque cuncta, quæ peteret, privilegia concederentur. Hanc in rem diploma ei datum fuit die duodevigeſimo Maji anno ſalutis milleſimo quadringenteſimo nonageſimo tertio. *Barros dec.* 1. *Aſiæ l.* 3. *c.* 11. *Surita tom.* 5. *l.* 1. *c.* 25.

Secul. XV. A.C. 1493. tertio. Præterea Rex Columbum, omnesque illius posteros jure nobilitatis donavit, eique in perenne laboris sui monumentum pro scuti gentilitii typo attribuit mare aureo-cæruleum, in quo quinque Insulæ aureæ exurgerent, præter mundi globum, qui in summitate scuti apponeretur.

Referunt nonnulli, quod quidam Hispani Proceres laudem, quæ Columbo tam merito jure debebatur, diminuere quæsiissent, atque hujus navigationis labores plurimum vilipendissent, necnon jactitassent, Indiarum inventionem rem facillimam, atque excepto eo, quod maris perfidia more consueto excitat, discrimine cetera tutissimam fuisse; quin etiam alii addebant, quod quicunque horum alius potuisset easdem illas terras, gentesque reperire, ut proin Italum ad opus adeo expeditum advocare, omnino supervacaneum fuerit. Columbus, qui tum præsens aderat, tacitus diu hosce sermones excepit, tandem surgens, perinde acsi alia agere vellet, ovum attulit, illoque in mensa posito a cunctis adstantibus petiit, ecquis illorum tam sagax esset, ut ovum istud rectum ac in caput constituere posset? quidam magis simplices rem tentabant, alii omnino negabant, id fieri posse. Tum Columbus reposuit,

posuit, rem esse nullius negotii, simul- Sæcul. XV.
que ovum eodem momento leviter a ca- A.C. 1493.
pite tusum quassatumque deposuit erectum. Tum ridere omnes, & jactatæ Columbi dexteritati, necnon rei tam facili ac nugatoriæ illudere; his tamen subridens Columbus reposuit, quis vestrum hoc facile, priusquam vobis exhiberem, facere poterat? Talis est inventio novi orbis, quem ante me nullus invenire sciverat, eundem vero jam a me inventum nullo etiam labore se inventuros, cuncti jactitant.

§. LXXII.

Novus orbis a Columbo detectus Regibus Hispaniæ a Papa donatus.

Quamprimum Ferdinandus & Isabella de felici navigationis, quam Columbus absolverat, successu summum Pontificem certiorem feciissent, mox ipse suæ potestati robur adjici ratus, si impertiretur ea, (*) quæ nec tamen Ferdinando

(*) Utrum summus Pontifex potestatem habeat, ut Regiones infidelibus ereptas Principibus Christianis donare possit, in præsenti discutere, aut decidere, nullatenus instituti nostri

Sæcul. XV. A.C. 1493.

do dare, nec aufferre poterat, (*) hinc edidit diploma Ferdinando atque Isabellæ inscriptum, vi cujus Papa tam his, quam

---

stri ratio exigit; hanc in rem consuli possunt quæstiones morales de apostolicis Missionibus R. P. Angeli Mariæ Verricelli. Id tamen haud dissimulare possumus, quod continuator pro more suo nunc mordaci quadam reflexione suggillet donationem, qua Alexander VI. regiones a Columbo detectas Regi Catholico adscripserat, cum tamen Lib. CXVI. §. XCVI. pag. 389. approbare videatur, quod Innocentius VIII. Ferdinandum Neapolis Regem regno suo privaverit, illudque ad ipsum Carolum VIII. Galliarum Regem transferre voluerit; quinimo Continuator Lib. CXVII. §. XLVII. pag. 513. referat, quod idem Carolus VIII. Galliarum Rex jus suum in Neapolis Regnum in eo fundaverit, quod Carolus Andegavensis post Manfredum regno exutum a Clemente IV. Neapolitanæ coronæ investituram impetraverit, cum jure successionis etiam ad ipsum Carolum Galliarum Regem, idemque diploma Clemens VI. & Martinus V. confirmaverit Num ergo solum valida est summorum Pontificum donatio Gallis facta, iniqua vero, si quas ditiones in alios Reges transferant.

(*) *Dolendum sane, quod prioribus sæculis doctrina Continuatoris, aliorumque hodie natorum*

quam ceteris illorum Succeſſoribus Caſtellæ & Legionis Regibus perpetuo jure donavit *omnes Inſulas terrasque firmas recens inventas aut imposterum inveniendas verſus Occidentem, & Meridiem, conſtruendo lineam a Polo arctico, ſcilicet ſeptentrionali ad Polum Antarcticum, id eſt meridiem, ſive terræ firmæ detectæ aut detegendæ eſſent verſus Indiam, aut verſus aliam quamcunque plagam ſitæ.* Ut vero omnis contentio evitaretur, ſummus Pontifex in ſua Conſtitutione tertia Maji anno milleſimo quadringenteſimo nonageſimo tertio edita, nec non in alio diplomate quarta die ejusdem menſis promulgato, ac demum in tertia Bulla poſt evolutum aliquod tempus emanata præſcribit, quod *hæc linea diſtaret ab Inſulis, quæ vulgo nuncupantur, INSULÆ ACCIPITRUM ET CAPUT VIRIDE, centum leucis verſus occidentem & Meridiem, ita tamen, ut omnes Inſulæ & terræ firmæ a præfata linea verſus Occidentem & Meridiem, quæ per alium quemcunque Regem aut Principem Chriſtianum fuiſſent inventæ aut jam nunc poſſeſſæ usque ad diem Nativitatis, in ejus poſſeſſione permanſuræ eſſent, ne quid juris in*

Sæcul. XV. A.C. 1493.

Azores Capo Verde

---

torum venerandæ antiquitati haud innotuerit; ex illorum enim præceptis ediſcere potuiſſent ſummi Pontifices limites, ad quos eorum poteſtas et jura ſe extendunt.

Sæcul. XV. A.C. 1493

in iis competere Regibus Castellanis posset. Hanc insuper conditionem addidit Pontifex, ut *ad prædictas Insulas viros probos & Deum timentes, doctos atque expertos, ad instruendum incolas in fide Catholica, destinarent.* Hoc vero segnius executioni datum fuisse videtur, eoquod magis auri ab hisce incolis extorquendi aviditas, quam animarum salutis procurandæ ardor prævaluisset, uti ex iis, quæ successu temporis evenere, perspicietur (*).

§. LXXIII.

(*) Plusquam trecentos Viros Apostolicos tum olim ex Societate Jesu, quam nunc ex Carmelitis Discalceatis, aliisque Ordinibus per tria ferme Sæcula Christi fidem in hisce Insulis jussu Hispaniæ & Lusitaniæ Regum propagare, nemo ignorat, imo *ipse Continuator refert* §. 73. *Bernardum Boil cum* 12. *Sacerdotibus prædicandi caussa in Indias mox a Ferdinando missum fuisse: constat etiam horum, aliorumque verbi divini Præconum ministerio, hasce Insulas & terras firmas hodiedum fidem orthodoxam profiteri, qua ergo fronte conqueri potest, pessime executioni datum fuisse propagandæ fidei negotium, cui tamen nonnullorum Hispanorum avaritia minime obstare poterat, imo ipsimet sucæ cupiditatis pœnas dederunt, ex quorum supplicio fides nova incrementa cepisse videtur.*

Sæcul. XV.
A.C. 1493.

§. LXXIII.

Dissidium inter Castellæ & Lusitaniæ Reges de novi orbis Imperio.

Nec etiam cetera summi Pontificis monita majori fidelitate adimplebantur; quippe Lusitani inventas a Columbo terras ad se spectare contendebant, id juris sibi ab Eugenio IV. concessum fuisse affirmantes, negabant Castellani, novissimæ Alexandri VI. Bullæ innixi. Frequens utrinque hac super re celebratur conventus, novæ constituuntur lineæ, tandem etiam manus nonnunquam conferuntur; ast Lusitaniæ Rex demum cedere coactus est, Sedis Apostolicæ indignationem veritus; cum enim Alexander Papa novi orbis imperium Regibus Catholicis recens donasset, suæ auctoritatis intererat, prætensam donationem tueri. Ceterum Ferdinandus unice eo curas intendit, ut ad novas hasce terras viros apostolicos destinaret, testaturque Raynaldus, omnium primum ad incultam hanc Domini vineam missum fuisse Bernardum Boil ordinis Minorum genere Catalanum unacum duodecim Sacerdotibus, quibus ipse præerat, extantque Pontificis literæ, die vigesima quarta Junii hujus anni datæ, quibus amplissimum Apostolatus officium illi impositum est.

Genebrard. in Chron. sub Alex. VI.

Gonsal. Fer. hist. gen. Novi Orb. l. 2. c. 8.

Raynald. hoc an. n. 24.

P. Alex. hist. Eccl. tom. 1. Sæcul. XV. de Alex. VI.

§. LXXIV.

Sæcul. XV. A. C. 1493.

§. LXXIV.

Cardinales ab Alexandro VI. creati.

Mezer. Synop. chron. tom. 4. p 46.
Marian. l. 26. c. 2.
Aubery hist. Card.
Surita tom. 5. l. 1. c. 22.
Cromer. lib 30.
Volaterran. lib. 7.
Bonfin. dec. 5. lib. 3.

Alexander Papa, postquam Joannem Borgiam suum Nepotem sub primis Pontificatus auspiciis purpura ornaverat, hoc item anno duodecim aliis Præsulibus Senatum Cardinalium ampliavit. Hos inter primus erat Joannes Mortones Anglus Archiepiscopus Cantuariensis, Angliæ Cancellarius, Cardinalis Presbyter tit. S. Anastasiæ; II. Joannes Antonius de S. Georgio patria Placentinus, Episcopus Alexandrinus tit. SS. Nerei & Achillei, Patriarcha Constantinopolitanus, postea Episcopus Parmensis, Albanensis, Prænestinus, & Sabinensis. III. Joannes de la Grolaye de Villiers, natione Gallus, Abbas S. Dionysii, demum Episcopus Lomberiensis, tit. S. Sabinæ IV. Bernardinus Carvajalis Hispanus Carthaginensis Episcopus tit. SS. Marcellini & Petri, postea tit. S. Crucis in Jerusalem, Episcopus Ostiensis ac sacri Collegii Decanus. V. Raymundus Perauldus Episcopus Gurcensis, & Sanctonensis, tit. S. Mariæ novæ. VI. Cæsar Borgia Filius Alexandri Nothus, Diaconus tit. S. Mariæ novæ, qui anno millesimo quadringentesimo nonagesimo octavo Cardinalem exuit, & Urbini ac Valen-

lentini Dux creatus, cum Carlotta Alebretta conjugium iniit. VII. Hyppolitus Eſtenſis patria Ferrarienſis, Archiepiſcopus Mediolanenſis, ac Narbonenſis, Diaconus tit. S. Luciæ. VIII. Fridericus Caſimirus Regis Poloniæ filius, Epiſcopus Cracovienſis, Diaconus tit. S. Luciæ. IX. Julianus Cæſarinus Romanus, Epiſcopus Aſculanus, Diaconus tit. SS. Sergii & Bachi, poſtea S. Angeli. X. Dominicus Grimanus patria Venetus, Diaconus tit. S. Nicolai *inter imagines*, Patriarcha Aquileienſis, poſtea Presbyter tit. S. Marci, & Epiſcopus Portuenſis. XI. Alexander Farneſius, Romanus, Diaconus primo tit. SS. Coſmæ & Damiani, demum S. Euſtachii, Epiſcopus Oſtienſis, S. Collegii Decanus, qui poſtea aſſumpto Pauli III. nomine Pontificatum geſſit. XII. Bernardinus Lunati Papienſis, Diaconus tit. S. Cyriaci. Hi omnes creati fuere die vigeſima Septembris, ex quibus tamen ſacrum Collegium nonniſi ſeptem approbavit (*).

Sæcul. XV. A.C.1491.

§. LXXV.

(s) *Pagius in ſuo Breviario Rom. Pontif. ad hunc annum num.* 11. *Continuatorem caſtigat dicens:* Porro Continuatoris Hiſt Eccleſ. Abbatis Fleuri verbis falſis acceptor non ſum, cum ſcribit ſacrum Senatum Cardinalium ſeptem

Sæcul. XV. A.C. 1493.

§. LXXV.

Ordo S. Franciſci de Paula a Pontifice confirmatus.

Cum Ordo Eremitarum a S. Franciſco de Paula inſtitutus nova indies caperet incrementa, ac varia illius monaſteria erigerentur, ingensque piorum virorum multitudo ad amplectendam hanc vitæ diſciplinam conflueret, ſanctus Ordinis Fundator religioſæ vitæ normam compoſuit, eamque Sedi Apoſtolicæ obtulit, qua ab Alexandro approbata, totius ſacri inſtituti ratio hoc anno milleſimo quadringenteſimo nonageſimo tertio confirmata eſt, voluitque Papa hos Religioſos, antea Eremitas dictos, impoſterum *Fratres Minimos* nuncupari. Sub idem tempus hic Ordo in Hiſpania floreſcere cæpit, ſub piis auſpiciis Ferdinandi, ac Iſabellæ Regum, quibus S. Franciſcus de Paula ex cænobio Pleſſiacenſi quosdam Religioſos ſubmiſit, qui ibidem appellati fuere Fratres de victoria, ob Malacam Mauris ereptam, quam victoriam

Raynald. hoc an. n. 35.

ptem tantum approbaſſe; rem enim confundit ac perturbat teſte Infiſſura, qui inquit, *Papa Alexander creavit* 12. *Cardinales, & in eorum creatione conſenſerunt tantum ſeptem Cardinales, reliqui diſſenſerunt.*

riam Ferdinandus precibus ac meritis S. Franciſci pie attribuit. Nec minoris habuit Carolus VIII. Galliarum Rex hujus viri ſanctitatem, in ejus cultu ipſum ſuum Patrem Ludovicum XI. ſancta quadam æmulatione ſuperans. Frequenter eum Pleſſiaci inviſit, ut ab eo in negotiis animam ſuam concernentibus ſalutaria exciperet monita, quinimo in ſingularis ſuæ venerationis teſtimonium fieri voluit, ut ipſe Franciſcus Delphinum ejus filium e fonte Baptismatis ſuſciperet, nomenque ei imponeret. Præterea Rex Monaſterium extrui curavit in vivario caſtri Pleſſiaci prope Turones in loco alias *Montils* dicto, illudque dotavit penſione tam pro eo, quam ſociis ejus ſatis congrua; dein aliud extruxit cænobium Ambaſiæ eo ipſo loco, quo Rex tunc adhuc Delphinus, adventantem in Gallias Franciſcum olim exceperat, ejusque Religioſis ex ſuo ærario annuos reditus ſuppeditari præcepit. Nec in hisce duobus cœnobiis ſtetit Caroli affectus erga S. Franciſcum de Paula; cum enim anno milleſimo quadringenteſimo nonageſimo quinto, ut Conſtantinopolitanus Imperator a Pontifice renunciaretur, Romam veniſſet, in monte Pincio ſub invocatione SS. Trinitatis Fratribus Minimis Eccleſiam exſtruxit, impetravitque a ſummo Ponti-

Secul. XV. A.C.1493.

Sæcul. XV. A C. 1493. fice, ut nulli alii Fratres nisi natione Galli ibidem degere possent.

§. LXXVI.

Breve absolutionis Pico Mirandulano a Papa concessum.

Vid. supra Lib. CXVI. §. 69.

Argentre coll. jud. tom. 1. p. 321.

Jam alibi recensuimus, quasdam Joannis Pici Mirandulani propositiones ex ejusdem Thesibus decerptas, in judicium fuisse delatas, cum vero Mirandulanus sese Sedis Apostolicæ judicio submisisset, hoc anno summus Pontifex die decima octava Junii Breve Apostolicum edidit, quo Auctorem absolvit, ac vindicata ejusdem innocentia, suarumque opinionum integritate adversarios ejus, qui illum inique calumniabantur, confudit: Picus vero nominis sui fama adeo glorioſe reparata, reliquos vitæ suæ dies, qui pauci admodum erant, sacrarum Paginarum studio, ac Judæorum necnon Mahometanorum erroribus strenue impugnandis dicabat; hunc in finem plura elucubravit opuscula, quibus etiam astrologiam judiciariam confutabat, Præterea Principatus sui Imperio sese abdicabat, omnemque substantiam suam pauperibus distribuebat, corpus vero suum jejuniis, aliisque pœnitentiæ rigoribus macerans, totum sese orationis studio impendebat.

§. LXXVII.

Sæcul. XV.
A C. 1493.

§. LXXVII.

Censura Facultatis Theologicæ Parisiensis de Astrologia judiciaria.

Anno Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo secundo die sexta mensis Augusti sacra Parisiensis Theologorum facultas cuidam precationi, quæ pro avertenda peste recitanda divulgabatur, censoriam notam inussit, eamque damnavit tanquam a *ritu Ecclesiastico alienam, ac suspectam vehementer de superstitione:* Anno autem currente ejusdem Facultatis judicium a Parisiensi Curia rogabatur circa librum Simonis Pharees Astrologiæ judiciariæ studiosissimi. Huic ab Archiepiscopo Lugdunensi jamjam interdictum erat, ne Astrologiæ divinatoriæ incumberet; nunc vero, & ipse in eadem urbe comprehendebatur, ejusque libri, quos de hac arte scripsit, jussu Episcopalis Officialis fisco adjudicati fuerant, lata in eum sententia, qua imposterum hanc artem divinatoriam exercere prohibebatur, eidemque ob præterita ejusmodi crimina quædam pœna injungebatur. Cum vero Pharees ab hac sententia ad Parlamentum provocasset, nec tamen illud hanc caussam inconsulta Facultate dijudicare vellet, Senatus ad illam Astrologiæ libros ab Offi-

Argentre coll jud tom. 1. p. 324.

Ex 1. regist. MS cens. S. Facul Paris. p. 147.

Sæcul. XV. A. C. 1493.

ciali Lugdunensi interceptos transmisit, diligenter examinandos. Hanc in rem facultas Deputatos nominabat, & referentibus illis Facultatis nomine acta instruebantur, quæ judicium de omnibus hisce libris a Deputatis latum complectebantur; demum Facultatis Doctores Parisiensem Curiam adhortabantur, ut ea strenue sese opponeret hujus artis progressibus, quam illi pernicioſam declarabant, *prorsus vanam, nullaque probabili ratione fulcitam, mendacem ac fallacissimam, superstitiosam, divini honoris usurpativam, bonorum morum corruptivam, & a dæmone mendacii patre ad animarum ruinam adinventam.* Hæc sententia lata est die secunda Maji anno milleſimo quadringenteſimo nonageſimo quarto; ubi etiam indicantur tituli plurimorum librorum de Astrologia tractantium, cum succincta eorum, quæ in illis continentur, ennarratione. Hoc Facultatis judicio permoti Parisiensis Curiæ Senatores edictum promulgarunt, quo sententia a Lugdunensi Officiali lata confirmatur, ac prohibetur, ne hæc ars divinatoria exerceatur, divinatores conveniantur, aut libri de hac arte tractantes vendantur, nec illis quisquam utatur, simulque præcipit, ut tam ipse Simon Pharees, quam ejus libri denuo Lugdunensis Curiæ Officiali remittantur.

§. LXXVIII.

Sæcul. XV. A.C.1493.

§. LXXVIII.

Aliæ Cenſuræ quarumdam Propoſitionum.

Eadem Facultas adhuc alias duas propoſitiones notis perſtrinxit, quas Henricus Bancqueville ex Ordine FF. Minorum in ſua diſputatione, quæ *Sorbonica* appellatur, proferebat; harum prima his concepta erat verbis: *Homo factus eſt Deus*, altera, *Chriſtus incæpit eſſe.* Primam declaravit Facultas, *de proprietate ſermonis eſſe falſam & erroneam*, prohibuitque, *eam de cetero doceri, aut aſſeri, niſi cum expreſſione ſenſus, quem prætendunt ſancti Doctores, videlicet factum eſt, quod homo ſit Deus.* Secundam quoque definit, *de rigore ſermonis, & ſic abſolute dictam eſſe falſam, ſcandaloſam, & hæreticam.* Hæc cenſura lata eſt ſecunda menſis Auguſti.

Argentre ib. p. 331. Ex 1. regiſt. fol. 146. Dupin tom. 12 in 4. p. 151.

Ad finem vero ejusdem anni Joannes Grillot ejusdem Ordinis Alumnus in die Conceptionis B. V. M. in Eccleſia S. Germani Antiſſiodorenſis tam matutinæ quam veſpertinæ concioni ſuæ textum præfixit ex illis Evangelii verbis: *Hæc mulier deprehenſa eſt in adulterio*, allatisque rationibus Beatiſſimam Virginem in peccato originali conceptam fuiſſe, comprobare nitebatur, quamvis in con-

Sæcul. XV. A C 1494

cione pomeridiana contrariam omnino doctrinam propoſuiſſet, quo facto coram Facultate comparere juſſus, palinodiam canere compellebatur; cui etiam Joannes paruit, ſuaque dicta revocavit die vigeſima quinta Decembris, anno ſalutis milleſimo quadringenteſimo nonageſimo quinto, ut quidam referunt, alii vero id ad milleſimum quadringenteſimum nonageſimum tertium revocant.

§. LXXIX.

Ferdinandi Neapolitani Regis obitus.

Volat. lib. 6. Angel. Polit. in epiſt. l. 2. Surita to. 5 l. 1. c. 23. Marian. hiſt. Hiſp. l. 26. c. 6. Guicc. hiſt. Ital. lib. 1. Comm. l. 7. c. 11.

Interea Ferdinandus ad declinandam ſibi jamjam impendentem procellam, omnes politicæ prudentiæ rationes exhauſerat, irrito tamen conatu; Carolum enim Galliarum Regem nullatenus pollicitationum ſuarum amplitudine captum experiebatur, incertum etiam erat Pontificis auxilium, eumque proprio ſuo quæſtui, atque ambitioni potius quam alienis commodis intentum fore ſuſpicabatur; Petrum etiam Medicæum neceſſitate compulſum, per Florentinorum ditiones tranſitum Gallis conceſſurum noverat; ergo ad Ludovicum Sfortiam poſtremo confugit. Quamvis ab eo haud valida ſperare poſſet auxilia, nihilominus ipſus eundem Mediolani convenire ſtatuit,

tuit, atque etiam ſupplicum more coram illo profiteri haud dubitavit, quod tota ſua ſalus ab ejus ope dependeret; cum autem iter aggreſſurus, jamjam navem conſcendere pararet, nunciatur ei, Oratores ſuos in Galliis confeſtim regno excedere juſſos fuiſſe. Ferdinandus hoc nuncio tantopere perculſus hæſit, ut eoipſo temporis articulo apoplexia tactus, proximo die Sabbati vigeſimo quinto Januarii vivis ereptus fuerit, cum ſeptuageſimum vitæ ſuæ annum excediſſet, & triginta ſex regnaſſet. Sæcul. XV. A.C. 1494.

§. LXXX.

Ferdinandi, & Alphonſi ejusdem Filii indoles.

Communi eorum, qui Ferdinandi geſta complexi ſunt, ſuffragio comprobatum habemus, quod is populo ſuo execrandus, deteſtandusque extiterit ob vectigalium onera, & crudelitatum ſpecimina, quamvis ipſe ceteroquin profunda ſapientia, atque elimata regnandi ſcientia ſe præditum jactitaret; unde poſt Neronis fata vix Principum ullus minus ſui deſiderium reliquerat; ne quid vero diſſimulemus, tanta ſævitia Neapolitanos divexabat, ut plane expectare ab eis haud poterat. quod ob ejus mortem vel ullum doloris ſenſum præſeferrent, cum

Sæcul. XV. A.C.1494.

non tam regnum imperiis gubernasse, quam tyrannide contaminasse crederetur ab omnibus. Nec parum suorum auxit invidiam Alphonsus Arragonius Calabriæ Dux ejusdem filius natu major; cum enim Paternorum vitiorum hæres esset, auspicatioris fortunæ spes eo regnante subditis succisa erat. Immani enim utriusque ferocia quam plurimi periere tam Prælati, quam Nobiles, qua ferro, qua carcerum squalore, imo etiam veneno perempti. Nullius Nobilis Matronæ pudicitia, si pro infausta sorte sua eorum oculis placuit, violentas illorum manus effugere poterat, nec ulla ditiorum forte Ecclesiarum reverentia eorum avaritiam cohibuit, & potentiores familiæ, nisi potiorum suorum bonorum partem illorum rapacitati ultro offerrent, sicque residuas, easque modicas fortunæ suæ reliquias redimerent, cuncta perdendi periculum subibant; ipsimet in regno suo Institores, atque Mercatores agere non erubescebant; vili enim pretio frumenta, oleumque emebant, eosdemque suos venditores, ut has merces summo pretio ab eis denuo emerent, postmodum compellebant.

§. LXXXI.

Sæcul. XV.
A.C.1494.

§. LXXXI.

Alphonsus novus Neapolis Rex investituram a Papa petit.

Cum Neapolitani ante Gallici exercitus adventum in publicam seditionem erumpere, inconsultum judicassent, haud quaquam Alphonso, ne Patris sui regnum posslideret, obluctati sunt. Porro Alphonsus conscenso solio Pontificis gratiam aucupaturus, pollicebatur, se Joanni, & Godefrido Borgiæ, ambobus ejusdem filiis nothis daturum duo præcipua Regni Neapolitani beneficiaria prædia, duasque militum centurias regiis sumptibus alendas, unacum triginta aureorum millium pensione, simulque Cæsari jam tum Cardinali pinquia spopondit Sacerdotia. Papa promissione accepta Joanni Borgiæ Cardinali S. Susannæ, ut Alphonsum Neapolis Regem coronaret, negotium dedit, & desuper die decima octava Aprilis anno Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo quarto diploma edidit (*). Hac in re sum-

(*) Hoc diploma Pontificium Comminæus Tom. V. integrum recitat.

Sæcul. XV. A.C. 1494.

summus Pontifex flocci pendebat fervidas Caroli VIII. preces, quibus hujus Regis inaugurationem differri, nilque contra jus, quod in hoc regnum Rex Christianissimus haberet, attentari rogabat, donec ipse litem armis diremisset. Id tamen in hoc negotio adhuc magis admiratu dignum est, quod summus Pontifex eodem temporis momento, quo Joannem Borgiam Nepotem suum ad Alphonsi coronationem Neapolim destinaverat, junctis cum Ludovico consiliis ac sumptibus recentem militiam, ut eidem Neapolitano Regi bellum inferret, conduxerit, suisque copiis præfecerit Prosperum Columnam, Carolo VIII. addictum. Nec minus eodem tempore datis ad Brissonnetum literis eidem purpuram pollicitus est.

§. LXXXII.

Novi Senatorum conatus ad impediendum Regis iter.

Interea Caroli Regis Consiliarii Neapolitanam expeditionem iterato conatu eidem dissuadere tentabant, occasione capta ex Pontificis inconstantia, & Petri Medicæi defectione, qui Ludovicum conspirationis adversus se initæ insimulans, præ indignatione cum Neapolis Rege fœdus restaurabat. Consiliariis favebant

bant aulæ Proceres, & jamjam belli gerendi consilium penitus neglectum credebatur, potissimum absterrente luculento fortunæ ancipitis discrimine, ast ecce! cum Cardinalis S. Petri ad vincula in Gallias advenit, derepente tota mutatur rerum facies. Sæcul. XV. A. C. 1494.

§. LXXXIII.

Consilia Regis de bello suasu Cardinalis maturata.

Cardinalis iste veritus, ne ab Alphonso in Ostiensi arce expugnatus Alexandro traderetur, vim evasurus conscensa triremi primum Genuam, inde Savonam, & tandem in Gallias delatus est, ubi totam aulam, quid in hoc rerum cardine decernendum, in ancipiti fluctuantem reperit. Præter Bellequardensem Senescallum nemo alius bello pertinacius insistebat; hunc ergo Cardinalis adiit, atque ambo collatis inter se consiliis Regem ad arma capessenda inducunt; Cardinalis enim, cujus constantia, animusque in Franciæ commoda propensus jam dudum Proceribus satis exploratus erat, pollicitus est, quod opera sua Genuenses Gallorum studiis addictos conservare velit, etiamsi tam Pontifex, quam Ludovicus ab eis defecturi essent: sibi enim ubique potentes suffragari fautores ajebat, *Surita tom. 5. l. 1. c. 28. Guicciard. hist. Ital. l. 1.*

Sæcul. XV. A.C. 1494.

bat, & quidem Genuæ Fliſchos, Grimaldos, & Fregoſios, Romæ vero Columnenſes, Urſinos, Cæſarinos & Sabellios, qui omnes conſiliorum ſuorum participes eſſent. Tam ampla Cardinalis pollicitatio Regi probatur, moxque bellum decernitur.

§. LXXXIV.

Legatio Franciæ in Italiam.

Ergo Albinius & Perronius Baſchius in Italiam Oratores deſignantur, qui Florentinos ad priſtinum cum Gallis fœdus reducerent: aſt Legatorum operam eventus fefellit; Petrus enim Medicæus cæpto propoſito conſtanter inhæſit, unice cauſſatus, eam eſſe rerum conditionem, ut Florentinus Senatus ſeſe ambiguæ Gallorum fortunæ committere, nullatenus poſſet, additque, præcipuo fœderis, quod cum ceteris Italiæ Principibus pepigiſſet, articulo ſancitum eſſe, ne fœderati in damnum alterius quicquam molirentur; hujus pacti ſocium eſſe Neapolis Regem, proin Florentinos haud poſſe Gallis viam ad bellum ſternere, minus vero, ut ab eis bello opprimerentur, annonam ſuppeditare. Carolus hac repulſa offenſus, cuncta, quæ Petrus Medicæus, ejusque Amici Lug-

duni

duni possidebant, bona eripi præcepit. Ceterum Oratores Galli Florentia excedentes Ferrariam contendunt, quos Hercules Estensis hujus Ducatus Princeps haud vulgari honorum significatione excepit, omnibus eorum postulatis ultro annuens. Haud segnius Joannes Bentivolius Bonnoniæ Præfectus quamcunque opem Gallis spopondit, suosque quatuor filios Francorum stipendia mereri jussit. Auxilium etiam obtulit Senensium Respublica, ea tamen lege, ut non ante Gallici exercitus adventum initi fœderis consilia prodere tenerentur, veriti, ne a Florentinis supprimerentur, quod & eorum votis datum est.

Sæcul. XV. A.C. 1494.

§. LXXXV.

Legati a Papa minus benigne excepti.

Ultimo res maximi momenti Gallis visa est, ut Pontificem, licet parum firmæ fidei esset, ad sua studia certo pertraherent. Hanc ob rem Albinius Papam, quem nuper cum Alphonso fœdus sanxisse ignorabat, importunius urget, ut adimpleret ea, quæ tunc pollicitus esset, dum Ludovicum Ducem, ut Galliarum Regem ad superandas alpes induceret, stimulaverat. Ast Pontifex Ora-

Sæcul. XV. A.C. 1494.

Oratorum dicta inficiabatur, nec tamen eis omnem illa, quæ poſtulaverant, impetrandi ſpem ademit, dixiſſe contentus, Apoſtolicæ Sedis jura in Neapolis regnum certa eſſe, proin ſperare ſe, Carolum primogenitum Eccleſiæ filium ea haud læſurum, ſe autem Alphonſo inveſtituram concedendo nonniſi Prædeceſſorum ſuorum exemplum fuiſſe ſecutum, a quibus ejusdem Pater, avusque in eo jure confirmationem accepiſſent; igitur haud amplius in ſuo arbitrio poſitum, ut ea, quæ una manu conceſſiſſet, altera denuo auſferret, donec inviſte demonſtraretur, quod triplex hæc inauguratio omnino nulla fuerit; ad hoc etiam ſacram Sedem fuiſſe compulſam, eoquod Florentinis Alphonſo adhærentibus, Eccleſiæ patrimonium tam hujus quam illorum incurſibus expoſitum pateret. Verbo, ajebat ſe communis Patris nomine, ac debito eſſe obſtrictum, ut ad neutrius partis ſtudia inclinaret, ſicque pacem utriusque procurare ſibi ſemper reliquum eſſet. Hoc Pontificis reſponſo Oratores parum contenti, indignationem ſuam haud diſſimularunt, ſed miſſo in Franciam nuncio Legationis ſeriem expoſuerunt, ut ibidem, quid agendum, decerneretur.

§. LXXXVI.

Sæcul. XV.
A.C. 1494.

§. LXXXVI.

Proxima Regis profectio in Italiam.

Verum nec comperta Pontificis mutatio, nec Ducis ac Borbonii Duciſſæ ſuaſiones, nec ſatis dubia fides de Ludovici ſinceritate, nec Florentinorum Gallis favere recuſantium repulſa Carolum a propoſito dimovere poterant: quocirca Urſeo ſupremo regii ſtabuli Præfecto negotium dedit, ut claſſem inſtrui juberet, quamvis ipſe rei navalis ſcientia omnino expers eſſet. Demum hujus claſſis optime inſtructæ imperium detulit Aurelianenſi Duci, Viro quidem magnanimo, ſed qui nonniſi a remotis Britanniæ oris conſpectum maris ſubibat. Nihilominus Rex hunc Ducem itineris ſui ſocium ſelegit, veritus, ne ſe abſente regnum turbaret. Ceterum Borbonii Duciſſa, Cordæus Mareſcallus, aliique Proceres, cum Regem a ſuperandis alpibus avertere deſperarent, eidem perſuadere tentabant, ut ſaltem armorum ſuorum curſum ultra Mediolanenſem Ducatum non protenderet; eoquod hæc ditio, cum haud dubio jure Aurelianenſis Ducis eſſet, honeſtiſſimum ei ſuppeditaret prætextum, ut illam invaderet, eaque occupata victoriis ſuis metam

Sæcul. XV. A.C. 1494.

ponere posset. Verum Carolus fidei Ludovico datæ tenacissimus, ineunte Mense Julio unacum Conjuge Regina discessit, Lugdunum petiturus, quam urbem copiis in unum conducendis præscripserat, ut quo proximior, eo expeditior mandata pro suscipienda expeditione dare valeret.

§. LXXXVII.

Rex Lugduno Gratianopolim profectus.

Comm. l. 7 c. 4 Albinus de bello Gallico lib. 6. Baudricourt.

Priusquam discederet, Rex providis consiliis Franciæ saluti consuluit; itaque Borbonii Ducem Pro-Regem constituit, suprema totius Regni procuratione eidem demandata; postea Baldricurtium Burgundiæ, Orvalium vero Campaniæ, ac demum Gravillam Admiralem Normanniæ, ac Picardiæ Præfectum nominavit, Avaugurio & Rohano ad Britanniæ imperium selectis: Cum vero pestilentiæ metus Lugdunensem urbem minus tutam redderet, Rex primo Viennam, inde Gratianopolim contendit, ubi de primis armorum auspiciis consilia agitabantur; interea Aurelianensi Duci ex Genuensi urbe nunciatum est, triremes, ceterasque classis naves brevi ad vela danda paratas fore; ille igitur nullius

lius moræ dispendio aulam reliquit, ac terrestri itinere confecto Ludovicum invisit, ubi utrinque omni quidem obsequiorum genere officiose certatum est, Aurelianensi tamen Ludovici sinceritas suspecta esse cæperat. Sæcul. XV. A C. 1494.

§. LXXXVIII.

Classis Neapolitana ab Aurelianensi oppugnata.

Aurelianensis Dux Genuam pervenerat, cum opportune nuncium accepit, Neapolitani Regis classem, quinque armatorum millibus liburni in terram expositis, inde solvisse, cursumque *portum Veneris* versus protendere. Ergo Dux passis velis provolat, eam adoritur, ac post prælium jam ad septimam horam excurrens, illam ab urbe propulsat. Neapolitana classis primo adversæ fortunæ ludibrio territa sese longius in altum abstulit, ac Rapallum progressa est, ductore Objetto de Flischis, qui hanc urbem nonnisi viginti circiter leucis Genua dissitam, cum tribus peditum millibus, quos exscendere jusserat, facili negotio expugnabat. Ast ubi Aurelianensis hostem Ripalli exscensionem fecisse compererat, mox duodeviginti triremes, sex deciremes, novemque grandiores naves advexit, ac ponte vi perfracto Neapoli- *Albin. ibid.*

Sæcul. XV. A. C. 1494.

tanos ſtationem deſerere compellit: Neapolitanæ enim triremes prima globorum ac flammæ tempeſtate, quam grandiora Regis navigia in illas exonerabant, terrore turbabantur, & quamvis militum ſuorum vix centum qua cæſi, qua vulnerati, deſiderarentur, nihilominus præcipiti fuga confeſtim diſſipatæ, quocunque appulſæ omnia mæſto pavore replebant. Hæc geſta fuere die decima ſeptima Julii (*).

Comm. l. 7. c. 5.

§. LXXXIX.

Rex Aſtam ingreſſus, puſtularum morbo affectus.

Interea Rex die vigeſima nona Auguſti Gratianopoli diſceſſit, ac Reginam, quæ Maritum ſuum usque ad hanc urbem comitabatur, Lutetiam Pariſiorum remiſit; ipſe vero, Vapincum, atque Embrodunum contendens, Seguſium pervenit, ubi ſplendide receptus eſt a Sabaudiæ Duciſſa, quæ olim Caroli Anno milleſimo quadringenteſimo octogeſimo nono, ætatis ſuæ vigeſimo primo defuncti conjux, nomine Blanca, Guilielmi Montisferrati Marchionis Filia erat; hæc Carolo, quocum Taurinum venerat, omnem

(*) *P. Daniel diem octavam Septembris aſſignat.*

Sæcul. XV. A. C. 1494.

mnem ſuum mundum muliebrem, monilia ac annulos, ut cuncta hæc ad ſublevandam pecuniæ penuriam oppignoraret, commodato dedit, idque ipſum Regi obſequium præſtitit Montisferrati Marchioniſſa, eademque ſingula Carolus pro viginti quatuor aureorum millibus in pignus tradebat. Tandem Pedemontium percurrens, ubique ſummis honoribus exceptus eſt, ac demum die nona Septembris Aſtam ingreſſus morbo, quem variolas ſeu puſtulas (*) vocant, affectus ibidem expectatione ſua diutius hærere compulſus eſt, cum Neapolitanus Rex interea hanc moram opportune in rem ſuam verteret, ſuumque exercitum novis copiis plurimum augeret, Sub idem tempus Alexander Epiſcopum Calaguritanum ad Venetos decernit, ut Senatum ad fœderis ſocietatem adverſus Gallos concitaret, ſique eum ſucceſſus falleret, ſaltem Reipublicæ Senatores induceret, ut illi Ludovicum a fœdere cum Carolo Rege inito averterent, eique renuenti bellum nunciarent. Verum utraque Legati propoſitio a Venetis rejecta eſt, non ſine gravi Pontificis, atque Alphonſi mærore.

Comm. l. 7. c. 6. Spond. ad ann. 1494. num. 4.

§. XC.

(*) *Gallis* petite verole, *Germanis vero* Kinder-Blateren, oder Pocken.

Sæcul. XV. A C. 1494.

§. XC.

Fœdus cum Bajazethe a Papa propositum.

Comm. to. 5. edit. 1723. p. 469.

Ceterum Papa & Alphonsus, ut Gallorum progressus sisterent, consilium ceperunt, Bajazethem Turcarum Imperatorem in auxilium vocandi. Ergo ad eum duos ablegant nuncios; Papa quidem Georgium Bucciardum seu Basardum, ut illum alii appellitant, Genuensem Civem misit, qui tamen non Alexandri, qua Pontificis caussam ageret, sed qua Principis temporalis, ac supremi Neapolitanæ coronæ Domini jussa deferret, & Sultano exponeret grave hujus regni periculum, quod ei ab hoste, cui sola Italia resistendo impar esset, immineret, eoquod Galliarum Rex fœdera iniisset cum Mediolanensibus, Britonnibus, Normannis, aliisque Nationibus, hisque auxiliis fretus Romam properaret, & Zizimum Sultani fratrem summo Pontifici eripere meditaretur, ac demum debellato Neapolis regno, indeque Alphonso depulsato, in Thraciam trajicere, ac Constantinopolim expugnare pararet. Præter hæc Legatus Bajazethi exponere jubebatur, juvenem hunc Regem tam improbo ad gloriam æstu accendi, ut ad illam consequendam iniquissimas quas-

que

que vias ingredi minime horreret. Ex adverso Alexandrum Ottomannicæ quietis studiosissimum esse, ac memorem recentis, sinceræ tamen amicitiæ mutuo sancitæ; de cetero ad ipsius Sultani utilitatem plurimum conferre, ut, quamprimum fieri posset, tam periculosi hostis arma ab Italiæ finibus arcerentur. Sæcul. XV. A.C. 1494.

§. XCI.

Bajazethis responsum ad Papam.

Bajazethes hac super re binas ad Pontificem perscripsit literas, in quarum prima Constantinopoli die decima quinta Septembris data significat, a se Pontificis nuncium læto animo fuisse exceptum, cunctisque, quæ is suo nomine relaturus esset, tuto fidem esse accommodandam. In altera ex eadem urbe die decimo octavo Septembris scripta mentionem ingerit de quodam Archiepiscopo, quem ad suas preces Cardinalium Collegio adscribi petit. Is erat Nicolaus Cibo Arelatensis Archiepiscopus, cui Innocentius VIII. Papa jam dudum purpuram destinaverat. Præterea Alexandrum permovere conatur, ut Zizimum fratrem ejus, quem in sua potestate habebat, morti traderet, ac in sceleris præmium Pontifici pollicetur trecenta Ducatorum millia, necnon toto vitæ suæ tem-

Comm. ib. p. 474. & seq. P. Daniel hist. Gall. tom. 5. p. 91.

Sæcul. XV. A C 1494.

tempore perennaturam cum Sede Apostolica amicitiam. Scriptorum nonnulli addebant, Bajazethem spopondisse, se Pontifici, Regique Neapolitano sex millia veteranæ militiæ equitum, totidemque peditum subministraturum, hæc tamen pacta ab Alexandro tam fideli silentio occultata fuisse, ut non nisi longo post temporis intervallo res innotuerit, ex adverso Alphonsum minime tam cauta taciturnitate usum fuisse, sed mox fœdere acceptato, forte ut hostibus suis terrorem incuteret, rem propalasse. Nihilominus Sultanus nihil eorum, quæ promisit, adimplesse videtur.

§. XCII.

Auxilia Castellæ, atque Arragoniæ Regum implorata.

Eodem tempore summus Pontifex Ferdinandi & Isabellæ Castellæ, ac Arragoniæ Regum opem implorabat, eos sollicitans, quatenus in Siciliam classem mitterent, quæsito obtentu, ut hujus Insulæ saluti consulerent, re tamen ipsa, ut opportuno necessitatis beneficio Neapolis Regi succurrerent. Reges Catholici Pontifici respondent, sibimetipsis non minus, quam Papæ Gallorum viciniam quidem infestam esse; ast ad instruendam classem magnam requiri pecuniarum summam

mam: hanc vero nuuc deficere. Magis adhuc exhauſtum erat Alexandri ærarium, aliunde etiam is ſatis ſibi compertum habebat, quod perinde foret pecunias illis commodare, ac eas dono dare; opportune tamen eidem in mentem venit, quod Innocentius VIII. ejus Prædeceſſor militiam ſacram, quam cruciatam vocant, in illorum regnis publicari juſſiſſet, cunctisque ad ſuſtinendos belli ſumptus adverſus Infideles concurrentibus conceſſiſſet Anni ſacri gratias, atque hac ex cauſſa ingens pecuniarum vis fuiſſet collecta dataque facultas Sedis Apoſtolicæ Commiſſariis, ut pecuniam, quæ penes eos depoſita eſſet, annuente tamen, ac jubente Curia Romana, Regibus Catholicis concedere poſſent. Rex ergo Catholicus hanc ſummam absque Religionis ſollicitudine in ſuos uſus inſumebat, obtendens, quod ad intercludendos aditus ad Dardanellarum fauces claſſis omnino inſtruenda eſſet. Sæcul. XV. A.C. 1494.

§. XCIII.

Pontificis monita a Galliarum Rege neglecta.

Interea temporis Carolus recuperandæ valetudini intentus Aſtæ hærebat, in qua urbe eum officii cauſſa adibant Ludovicus, ejusque conjux, ſed poſt bidui *Comm. l. 7. c. 5. Raynald. ad hunc ann. num. 16.*

Sæc. XV. A. C. 1494.

moram Nonæum in Mediolanensi Ducatu uno lapide ab urbe Astensi diffitum sese recipiebant. His abeuntibus coram Rege singulis diebus Senatus habebatur; ubi vero Carolus iter aggrediebatur, quo proximior Italiæ, eo majorem non modo Neapolitanis, sed etiam Romanis ac Florentinis timorem incussit; Alphonsus enim Papam, Petrumque Medicæum ad suas partes pertraxerat. Equidem Alexander, ut discrimini sese subduceret, nil intentatum reliquit, hancque in rem literas dedit ad Cardinalem S. Eustachii, quem ad Carolum VIII. Apostolicæ Sedis Legatum a latere per quæcunque Italiæ loca, ad quæ Rex perveniret, decrevit, simulque vehementer hortatus est, ut Regem moneret, ne expeditionem adversus Neapolis Regnum prosequeretur; ajebat enim, grassari in ea regione pestilentiam, ac timendum, ne in ditione Ecclesiastica ex ipsius præsentia civiles tumultus concitarentur, aut annonæ inopia tam validi exercitus adventu magis ingravescerent, vel forte Alphonsus defendendi regni sui caussa Turcam in Italiam evocaret, atque ita Christianum imperium barbarorum crudelitati pateret. Hæc Pontificis epistola data est die decima quinta Octobris. Verum Carolus hisce Papæ suasionibus non modo surdas præbebat aures, sed etiam Cardi-

Cardinalem Legatum velut ſuſpectum ad colloquium non admittebat, ſed per ſuos Pontifici reſponderi jubebat, Peſtilentiam ſe non expaveſcere, cum mors vitæ laboribus finem imponeret; nec metuere ſe famem, cum uberrimum commeatum ſecum illaturus foret; minus vero formidare ſe Turcam, eoquod ab ineunte ætate pro amplificanda fide adverſus Turcas arma exercere voluerit, nuncque lætus ejusmodi occaſionem prehenderet. Sæcul. XV. A.C. 1494. *Surita to. 5. lib. 1. c. 30.*

§. XCIV.

Caroli VIII. exercitus in Italia.

Igitur ſuperatis omnibus, quæ obſtare credebantur, impedimentis, Carolus die ſexta Octobris Aſta profectus eſt, comitantibus eum Vindocinenſi, Montpenſiero, Longuevillano, Ligniacenſi, Nivernenſi Comitibus, aliisque quam plurimis ſpectatiſſimæ Nobilitatis Viris; abſens tamen erat Cordæus Mareſcallus, qui Lugduni deceſſerat. Porro totum regii exercitus robur complectebatur ter mille ſexcentos Cataphractos, & ſex millia equitum ſagittariorum, totidemque inter peditum agmina recenſebantur præter octo millia lanceariorum, totidemque aliorum peditum, partim ex Helvetia, partim ex Vaſconia delectorum, qui omnes confertim, ac collato pede præ- *Machiav. hiſt. Flor. l. 1. Raph. Volat. lib. 3.*

Secul. XV. A.C. 1494.

præliari perbene assueti erant, hancque belli disciplinam edocti, Italorum copiis longe superiores erant; hæ enim illo adhuc tempore tumultuario ferme impetu in hostes irruere solebant. Præterea Galliarum Rex præter quadringenta viginti minora belli tormenta secum pari ferme cum suis copiis gradu advehebat centum quadraginta graviora, quæ tam vastæ erant molis, ut facile ponderis plusquam ducentarum librarum globos emitterent, quibus devehendis præsto erant octo millia equorum, quatuor millia curruum, mille ducenti milites tormenta explodere docti, bis mille sexcenti fabri lignarii, qui ligneas tormentorum compages, si forte frangerentur, repararent, denique conducebantur trecenti fossores, totidemque opifices, qui fundendis tormentis operam locarent.

§. XCV.

Alphonsus Genuam improviso capere molitus.

Haud segnior Alphonsus tota belli mole Ludovici ditiones opprimere decreverat; unde Ductore Ferdinando juniore ejus filio unam exercitus sui partem in Romandiolam immisit, alteram, cui Fridericus ejus frater imperabat, ad Genuensium oram deduxit, spe fretus, opera

opera Pauli Fregosii Cardinalis, Objetti de Fliſchis, aliorumque plurium ex illuſtri Adorniorum familia, quibuscum Alphonſus ſecreta fovebat conſilia, facile hujus urbis cives ad ſeditionem concitandos fore; Mediolanenſes quoque in Ludovicum conſpiraturos ſperabat, dummodo adoleſcentem Mediolani Ducem in fidem ſuam reciperet, hocque pacto fore, ut Galliarum Rex longius a Neapolis regno arceretur. Aſt brevi Ludovicus rem edoctus eſt per Cardinalem S. Petri ad vincula, qui arcana Alphonſi conſilia tempeſtive detexerat. Quare omni ſtudio Genuenſium ſecuritati proviſum eſt, atque ipſe Rex quantoclus eo deſtinavit Divionenſem Præfectum duobus Helvetiorum millibus ſtipatum. Fridericus comperta hac rerum vicissitudine, cum de proſpero armorum ſucceſſu contra Genuenſes deſperaret, copias ſuas Pontificiis adjunxit, Oſtiam inopina vi aggreſſurus, cujus arcis præſidium Cardinalis S. Petri Nicolao Ruvereo fratri ſuo committebat, unacum ceteris urbibus, quas intra Eccleſiæ ditiones occupaverat. Verum Oſtia ad primos hoſtium occurſus deditione accepta eſt, ea tamen lege, ne Papa deinceps Cardinalem cenſuris perſequeretur. Haud multo poſt tempore Columnenſes denuo eam Pontifici eripuere, civibus portas urbis ultro

Sæcul. XV. A. C. 1494.

Sæcul. XV. A.C.1494. ultro aperientibus, qua re comperta, Alexander omni cunctatione remota copias suas in Romandiolam revocavit.

§. XCVI.

Alphonsus, & Petrus Medicæus dis. cordias inter Galliarum Regem & Ludovicum seminare conati.

Neapolitanus Rex æque ac Petrus de Medicis cum angustias, quibus implicabantur, eluctari percuperent, Galliarum Regis cum Ludovico societatem dirimere satagebant; Neutri opportuna defuit occasio; cum enim Ludovicum Mediolani Ducatum, cujus investituram ab Imperatore jamjam acceperat, sibi asserere, unice intentum esse haud ignorarent, ambo opem operamque eidem spoponderunt, ut quietam Ducatus possessionem tueri posset; Neapolitanus vero, quem haud latebat, Franciæ Regem pecuniarum inopia premi, quæ eidem olim Pater ejus promiserat, denuo confirmavit, pollicitus, se deinceps Gallicæ coronæ vectigalem fore, quo facto Caroli VIII. honori, ejusque famæ cautum esset. Ad ejusmodi vero consilia eo tempore suscipienda potissimum ex eo permovebantur Alphonsus & Petrus de Medi-

Medicis, quod Ludovicus a priſtina animi ſui ſententia plurimum diſceſſiſſet, cumque paulo ante Petrum ad deſerendam Alphonſi amicitiam ſollicitaſſet, nuperrime eundem, miſſo ad eum Stephano Taverna arcanorum ſuorum arbitro, ad conſtantem cum illo ſocietatem hortatus eſſet: Petrus igitur Medicæus, cum ſubdolam Ludovici mentem ſatis ſibi compertam haberet, nec ultra ejusdem fidei ſeſe committere vellet, collato cum Neapolis Rege conſilio ſtatuit, junctim omnem impendere operam, ut ambo Carolum de perfidia ſui fœderati plene perſuaſum redderent, proin inducerent, ut ſatius haberet a ſuſcepto conſilio deſiſtere, quam ejusmodi Viri aſtutiæ ſeſe concredere. Sæcul. XV. A.C. 1494.

Negotium hoc exequi in ſe recepit Petrus; igitur Joannem Mattaronum, qui Florentiæ Caroli Regis nomine reſidebat, habito colloquio de tota rei ſerie edocet, ſpondetque, ſe luculento demonſtraturum argumento, Ludovicum in Gallorum perniciem fraudes machinari, id ut perſuaſiſſimum Matturono faceret, palatium, ut adiret, illum rogat, atque adventantem in cubili ſuo clam ſub aulæis abſcondit, moxque Tavernam ingredi juſſum altiori, ut cuncta Mattaronus perciperet, voce alloquitur, eique ſignificat, totam Italiam cum luctu & gemitu merito

Sæcul. XV. A. C. 1494

rito de Ludovico conqueri, quod eam Gallis subjicere pertinaci consilio decrevisset. Ad hæc Taverna haud minus elata voce respondit, Ludovicus Dominus meus culpam suam non inficiatur, eam tamen reparare paratissimus est, ac vehementer exoptat, ut Italiæ Principes cum eo in pristinam redirent amicitiam, qua impetrata fidem suam obstringit, quod Gallos ultra Alpes repulsurus esset, nullo eis relicto spacio, intra quod Neapolis regnum vel oculis suis emetiri, minus vero illud armis occupare possent. Plura alia magis notatu digna Taverna subjunxit, quibus Ludovici perfidia, ac perversa ejusdem consilia satis manifeste prodebantur; his perceptis Mattaronus, plura in Franciæ Regis damnum audire impatiens, dato signo Petrum Medicæum monuit, ut Tavernam abire juberet, moxque Carolum de colloquii successu edoceri, summa sollicitudine curavit: Unde plurimorum sententia fuit, quod Rex Christianissimus quantocius Mediolani Ducatum tota belli mole oppressurus esset.

§. XCVII.

Ludovicus objectam sibi perfidiam apud Carolum purgare conatus.

Aft longe aliter evenit, ac putabant illi, palam-

palamque factum est omnibus, quod Deus quandoque illos Principes, quos punire decernit, prudentia ac viribus destituat, nonnunquam etiam vindicandi animum illis aufferat, quibus reos castigandi auctoritatem concessit: Ludovicus enim sua opinione civilis prudentiæ fama nemini secundus, re tamen ipsa nefariis fraudibus, atque abominandis artibus longe notissimus Carolo, qui suam ei perfidiam exprobrabat, nihil hæsitans respondit: Cum illi, quibuscum res mihi est, manifesti proditores sint, eorum perfidiam pari proditione plectere convenit. His perceptis, junctisque novis, quibus Ludovicus immotam fidem, sinceritatemque suam profitebatur, amicitiæ simulationibus, Carolus non solum siniſtram de Ludovico opinionem exuit, sed etiam recentis injuriæ immemor nihil deliberatius habuit, quam eundem sibi arctius devincire, ac implacabile odium inter illum, & Neapolis Regem, necnon Petrum de Medicis succendere; unde Petrum de dolo, qui in ejus perniciem denuo pararetur, accurate edocere decernit. Equidem hoc consilium periculis plenum erat, nec tamen optato caruit successu: Ludovicus enim Tavernam Legatum suum a Petro Medicæo tam fallaciter delusum fuisse comperiens, eum Florentia abire jussit, nec

Sæcul. XV. A.C. 1494.

Sæcul. XV. A.C. 1494.

amplius cum Italiæ Principibus rem habere ſtatuit.

§. XCVIII.

Rex Papiæ juvenem Mediolani Ducem inviſit.

Guicciard. hiſt. Ital. lib. 1

Daniel. hiſt. Franc. in 4. tom. 5. p. 94

Carolus Rex Aſta recedens, Caſalim, indeque Papiam pervenit, ibique in arce diverſatus eſt, nequidquam adhibitis Ludovici precibus, qui Regem impenſe rogabat, ne in hac arce commorari vellet; cum enim ibi incluſum teneret Joannem Galeatium Mediolani Ducem tum gravi oppreſſum morbo, omni ope & opera Regem a Nepotis ſui colloquio arcere conabatur. Nihilominus Carolus humaniſſime Galeatium invitavit, nullatenus tamen de præſenti rerum ſtatu ſermonem inſtituit: juvenis quoque Princeps proximæ mortis ſuæ conſcius duntaxat filium ac filiam, quos ſuperſtites reliquerat, Regis benevolentiæ juges inter lacrymas commendabat. Referunt nonnulli, Duciſſam Iſabellam ejus conjugem ſe ſe ad Regis pedes abjeciſſe, ac nullis aliis precibus interpoſitis unice eum obſecraſſe, ut Alphonſi conſiliis acquieſceret; unde juvenis Ducis jamjam morituri ploratu, atque ardentiſſimis conjugis ſuæ precibus commoti, quam plurimi Galliæ Proceres, quos inter

ter & Briſſonnetus erat, Regi ſuadebant, imo importunius inſtabant, ut Ludovico in vincula conjecto, Mediolanenſem Ducatum legitimo Principi vindicaret; hoc enim facinore, addebant illi, Regem immortalem nomini ſuo gloriam conciliaturum, Venetosque ei, quamprimum hunc Ducatum armis ſubjeciſſet, haud cunctanter adhæſuros. Horum rationibus Carolus pene expugnatus credebatur, unde ſolido biduo militares excubias ante Papienſis urbis portas augeri juſſit, non ſine maximo Ludovici terrore; aſt Rex vel propria imbecillitate, vel potentiorum, qui forte Ludovici auro corrupti fuerant, conſiliis victus, abjecto hoc propoſito nihil adverſus Ludovicum Ducem molitus eſt. Saecul. XV. A.C. 1494.

§. XCIX.

Joannis Galeatii juvenis Mediolani Ducis obitus.

Poſt hæc Carolus die decima octava Octobris Placentiam venit, comitante eum Ludovico, ubi paucis poſt adventum diebus nuncium accepit, juvenem Mediolani Ducem, quem cum morte luctantem reliquerat, e vivis exceſſiſſe; haud temere Ludovicus in propinati veneni ſuſpicionem adducebatur, quo ejus Nepos lenta tabe omnibus viribus exhauſtus *Comm. l. 7. c. 6. p. 31. Guicciard. hiſt. Ital. lib. 1.*

Sæcul. XV. A.C. 1494

hauſtus abſumeretur, nec leve huic opinioni argumentum adjecit Theodorus de Papia Regis Medicus, qui, Carolo juvenem hunc Ducem inviſente, præſens teſtatus eſt, in hoc morbo manifeſta hauſti veneni indicia deprehendi.

§. C.

Ducatus Mediolanenſis a Ludovico uſurpatus.

Guicc. ibid.

Ludovicus comperta Nepotis ſui morte, nulla mora Mediolanum contendit, atque Senatum convocavit; cumque Senatorum præcipuos ad ſuas partes traxiſſet, hi in Ludovici gratiam exponunt, Mediolanenſem ditionem ab hoſtium copiis undique premi, jamque intra ipſa Ducatus viſcera unum exercitum graſſari, duos alios in finibus conſiſtere; imparem ergo eſſe tuendo imperio juvenem Ducem, natu quidem maximum, ſed non niſi puerum quinquennem, hinc Virum requiri prudentia atque auctoritate magnum, qui vacillantem Ducatum ſuſtentaret. Jam vero neminem Ludovico potentius a patria avertere poſſe imminems periculum, proin ſolum illum velut Ducem ſalutandum, atque ad acceptandam, quam recuſaſſet, dignitatem compellendum eſſe. Hæc ratio vix propoſita, jam ab aliis, quorum ſuffragia auro emebantur, ſuo

suo quoque calculo comprobata fuit, reliquis Senatoribus ne hiscere quidem audentibus; sicque Ludovicus ambitionem suam ad optatum finem perduxit, qui tamen fidelitatis Sacramentum a suis recipere nonnihil per simulationem reluctabatur. Cum vero eo temporis momento, quo promiserat, ad Regem reversus non esset, hæc cunctatio haud modice conceptam de ejusdem integritate suspicionem auxit, animisque cunctorum ea insedit opinio, Ludovicum aliena ope haud ultra indigum, abs dubio Gallorum studia communi Italiæ utilitati omnino posthabiturum, imo etiam, ut haud temere credebatur, ad extremum Gallici exercitus exitium eidem transitum, viasque intercluſurum: Unde, num ulterius progredi ac majora tentare consultum foret, convocato Regis Senatu deliberatum est, plurimorum suffragiis reditum suadentibus. Sæcul. XV. A.C. 1494.

§. CI.

De itinere versus Neapolin consultatum.

Attamen cum Ludovicus reverteretur, Rex ejus adventu permotus, cum exercitu suo Neapolin versus progredi statuit, quod tamen iter an arripiendum esset, non una omnium erat sententia. Equi-

Sæcul. XV. A.C. 1494.

dem ceteris expeditior via videbatur, quæ per Romandiolam, & Marchiam Anconitanam ducebat in Aprutii Provinciam, certaque spes affulgebat, Ferdinandi Calabriæ Ducis exercitum facili negotio inde repellendum, eoquod Gallorum copiis longe inferior nullatenus transitum eis prohibiturus esset. Nihilominus superandi terrebant montes Alpenini, nivibus dense cadentibus vix non impervii; igitur in aliam, eamque longe magis difficilem viam sese committere sancitum est, potissimum eo consilio, quod classis Gallica in Hetruriæ portubus hæreret, ac Florentiam petere decretum fuisset, ut Petrus de Medicis, ac Pontifex præpediri possent, ne Alphonso suppetias ferrent, aut copias in regni Neapolitani Metropolim immitterent. Captato igitur hoc consilio, Rex die vigesima tertia Octobris Placentia profectus, biduo post ad Forum-novum, inde vero die vigesima octava ejusdem Mensis ad Pontem-tremulum pervenit, nec ulla urbs armorum suorum rapiditati obsistebat, sola excepta Fivisana civitate, quæ tamen brevi capta, victoribus in prædam cessit. Posthæc primum agmen, cui Gilbertus Mompenserius Princeps regio sanguine ortus imperabat, plurimum augebatur Helvetiis, qui Genuæ hærebant, cum

cum belli tormentorum apparatu acce- Sæcul. XV.
dentibus. A C. 1494.

§. CII.

Florentini ob Sereſanellum a Rege obſeſſum perterriti.

Capta Fiviſana urbe Gallorum progreſſibus obſtabat Sereſanellum, quæ arx eſt inde haud longe diſſita, eaque munitiſſima, ac petræ impoſita. Hanc a tergo inimicam relinquere, ſatis periculoſum erat: Ergo eam obſidione premunt Galli, quam etiam Paulo Urſino, qui auxilia urbi ferebat, devicto, præter omnium expectationem armis ſuis ſubjiciunt. Arcis expugnatio tanto terrore Florentinorum animos perſtrinxit, ut Nobiles æque, ac Cives, eoquod Commercium cum Lugdunenſibus interceptum vererentur, ac Genuenſes eodem fato oppreſſos iri haud ignari eſſent, una omnes in Petrum Medicæum inſurgerent, cauſſati, ſe ab eo ut fœdus cum Carolo VIII. diſſolverent, inductos fuiſſe, nunc vero aut vitæ vel ſaltem libertatis perdendæ periculo, ſi Rex Florentiam invaderet, expoſitos. Petrus in hoc rerum articulo nullam ſibi opem a Neapolitano exercitu polliceri poterat, cum ille ad propria adverſus Albigni vim tuenda operoſius intentus eſſet; ergo inter

Comm. l. 7. l. 7. p. 34.

Sæcul. XV. A.C. 1494.

tot arcta prehensus Dux nil reliquum habebat, quam vel Florentinorum furori sese exponere, vel Gallorum arbitrio cedere: hoc etiam consilium, cum longe securius esset, suscepit, ac Florentia ad urbem, cui Petra sancta nomen, profugit, ibique misso ad Regem oratore publicæ fidei literas efflagitavit, quas etiam protinus obtinuit, Episcopo Maclovienſi illas deferente.

§. CIII.

Fœdus Petri cum Rege Seresanelli initum.

Petrus Medicæus his literis munitus, Regem tum Seresanellanæ arcis obsidioni intentum adiit, a quo perbenigne exceptus, ad Deputatos mittitur, ea, quæ Rex ab eo postularet, percepturus. Inter hos ergo conventum est, ut tota Florentinorum Respublica ac speciatim Petri Medicæi familia integra fide fœdus, atque Gallorum amicitiam denuo profiterentur, armorum societati cum Rege Neapolitano sancitæ nuncium mitterent, atque in fidei argumentum, arces Seresanam, Seresanellum, & Petramsanctam, quibus Florentinorum Respublica hac ex parte velut claustris muniebatur, necnon Pisanam arcem cum liburnensi portu nulla mora Regi traderent, polli-

pollicitatione tamen scripto data, has urbes, expugnata Neapoli, Petro a Gallis integra fide reddendas. Præterea promissum, Florentinos Regi ducenta aureorum millia, capto regno iterum restituenda mutuo daturos, interea vero a Rege census usque ad ultimum restitutionis diem esse solvendos. Hisce articulis utrinque firmatis, ante omnia juxta fœderis pacta priores urbes traditæ, demum Rege Florentiam ingresso reliquæ duæ Gallorum præsidiis consignatæ fuerunt. Tantam Petri Medicæi facilitatem mirabantur omnes; illi tamen, quibus ejusdem indoles magis perspecta erat, bene noverant, Petrum non minus ad remota pericula audacem, atque intrepidum, quam ad imminentia ignavum, timidumque existere. Sæcul. XV. A.C. 1494.

§. CIV.

Commoda in Gallos ex hoc fœdere redundantia.

Petri submissione restitutæ fuerunt Gallorum res, quæ, si Medicæus horum exercitum Florentiis quiete expectasset, omnino desperatæ fuissent; Carolus enim vix Seresanellum pervenerat, cum jamjam annona copiis ejus ægre ad tertiam diem sufficeret, eoquod illius terræ, quam occupabant, sterilitas omne

Sæcul. XV. A.C. 1494.

genus alimenti eis negaret; cum econtra obsessi ad semestre, & amplius commeatus copia abundarent, atque ad repellendos hostium impetus tanto præsidiariorum numero muniti essent, ut facile cunctos Gallorum conatus eludere potuissent. Ea etiam tum erat rerum facies, ut Galli, si obsidionem solvissent, ad sua reverti compulsi fuissent, eisque Ludovicus recuperato Mediolanensi Ducatu, nullam omnino opem præstitisset, utpote quos penitus attritos, flocci habuisset. Ast Petri Medicæi error illis saluti fuit, ejusque ignavia planam illis ad Hetruriæ & Romandiolæ ditiones viam stravit, illosque Principes, qui Regis exercitum aditu arcere potuissent, pene inermes reddidit. Equidem Catharinam Sfortiam, quæ tutorio nomine pro Hieronymo Riario ejus filio urbibus Foro Cornelii ac Forolivio imperabat, Ferdinandus junior Calabriæ Dux vehementer concitabat, ut sese Gallorum progressibus opponeret. Ast ipsa neutri parti addictum constanter servavit animum, urbiumque suarum portas Gallis ultro aperiri jussit.

§. CV.

Sæcul. XV.
A.C. 1494.

§. CV.

Galliarum Rex a Lucenſibus & Piſanis receptus.

Cum Calabriæ Dux unicus Alphonſi Filius Faventiæ, ad cujus urbis mœnia ſeſe receperat, haud ultra tutus eſſet, Albinio camporum planitiem cedebat, ſuasque copias verſus Ceſenam toto pedum ſtudio Neapolim reducebat. Præterea Fridericus Arragonius, qui Regis Neapolitani fratris ſui claſſi imperabat, Liburni portu excedere, atque in altum profugere compulſus eſt, ne quidem ad ullum Eccleſiaſticæ ditionis portum adpellere auſus. Tunc demum cæptis Caroli conſiliis, armorumque progreſſibus fortuna undique adſpirare videbatur, qui die octava Novembris Lucam delatus, velut urbis hujus Princeps, ac Rector, ſummis honoribus excipitur, inde Piſas contendens, feſtivis civium acclamationibus ſalutatur; ſibi enim Piſani gratulabantur oblatam occaſionem, qua tandem Florentinorum, ſub quorum dominatu per octoginta ſex annos gemebant, jugum excutere poſſent; eorum enim urbs olim ad Reipublicæ normam regebatur, omni felicitatum genere cumulatiſſima, poſtea vero inteſtinis Appianorum, & Vice-Comitum diſſidiis in varias factio-

Surita c. 36. Burchard. lib. 2. num. 104. Comm. l. 7. c. 7. p. 37.

Sæcul. XV. A. C 1494.

factiones sciſſa atque Appianorum imperio ſubjecta fuit, donec Vice-Comites his potentia ſuperiores Rempublicam ſubjugaſſent, eandemque Mediolanenſi Ducatui adjunxiſſent, quam tamen denuo abſtraxit Joannes Galeatius, illam cedens Gabrieli Galeatio Notho ejus filio, qui cum hoſtibus ſuis reſiſtendo impar eſſet, urbem hanc Florentinorum arbitrio reliquit, ſub quorum jugo Piſani longo annorum intervallo lugere compulſi ſunt. Poſt hæc vero Ludovicus urbem recuperandi cupiditate ſtimulatus, unicum in ſeditione remedium quærebat, unde opportunitate temporis uſus, Galeatium Sanſaverinatem, qui notham Ludovici filiam conjugem habebat, ad Piſanos ablegat, eo conſilio, ut civibus exponeret, jam ſatis diuturna ſervitute oppreſſos fuiſſe, nunc tandem facillimam illis offerri occaſionem, qua ſervilis jugi vincula, ſi vellent, diſrumpere poſſent, nam Carolum VIII. eorum libertatem ſummis votis exoptare, non equidem eum apertis id teſtari argumentis, præpediente fœdere nuperrime cum Florentinis inito, re tamen ipſa illum maxime gaviſurum, ſi Piſanorum Respublica hoc ſervitutis jugum a ſe depelleret, quin tamen palam fieret, quod ipſe ſuam hac in re operam contuliſſet.

§. CVI.

Sæcul. XV.
A. C. 1494.

§. CVI.

Seditio Pisanorum contra Florentinos.

Percepto Sanseverinatis consilio Pisani hac super re consultationem habebant, cumque nonnisi recuperata libertate, ea, quæ secreto agitabantur, aperienda essent, omnium sententiæ eo decurrebant, prendendam esse occasionem haud ullo amplius tempore magis propitiam; Ergo Rege urbem intrante, ac pro re divina templum accedente, populus una voce clamabat: *Libertas! Libertas!* statimque Rabotus, qui in Delphinatensi Senatu Consiliarius erat, ac tunc ante Regem incedebat, pro Pisanis perorabat, atque libertatem a Pisanis efflagitari, Regi exposuit, eoquod nulla hucusque natio præter Pisanam magis dura servitute a Florentinis fuisset oppressa. Rex civium lacrimis commotus, petentium votis plene concessit, immemor, inquit Comminæus, nullum sibi in hanc urbem jus competere, ac nonnisi amicitiæ, ac obsequii nomine ad illam admissum fuisse, eo fine, ut magis expeditam transeundi copiam nanciscereturr. Nihilominus Pisani comperta Regis indulgentia, vociferari: *Natalis! Natalis!* turmatim ad pontem currere, & leonis simulacrum deji-

Sæcul. XV. A. C. 1494.

dejicere, quod sublimi columnæ marmoreæ innixum Florentini Dominatus indicium erat. Hanc ergo sublatam in flumen projiciunt, illique equestrem substituunt statuam, quæ Galliarum Regis gladium manu gestantis, ac sub equi sui pedibus leonem prementis effigiem exhibebat. Ast Regem nimiæ facilitatis suæ pœnitentiam subiisse videtur, eoquod Portum-firmum munitissimam Pisanorum arcem præsidiis suis munitam tenuisset, & Magistratus, quos Florentini ibidem instituerant, confirmasset, dato illis etiam negotio, ut regiminis forma nihil immutata, pro more jurisdictionem suam exercerent.

§. CVII.

Contentio Ludovici de Seresanello, & Petrasancta arcibus.

Sub idem tempus Ludovicus a Carolo Rege in jure status Genuensis confirmabatur, iisdem omnino conditionibus, sub quibus Galeatius ejus frater olim inauguratus erat. His Ludovicus minime contentus, porrecto prolixiore libello Seresanellum, & Petramsanctam sibi reddi, Regem exorat, eoquod ambæ arces avito jure Genuensium dominio subditæ, a Florentinis, ut exponebat ipse, usurpatæ fuissent. Ast Carolus eas restitui negabat,

gabat, cauſſatus, ſe nuperrime fœdus in- Sæcul. XV. A.C. 1494.
iiſſe, eoque fidem ſuam obſtrinxiſſe, quod mox Neapoli expugnata, utramque arcem nulli alteri, quam hodierno ejus poſſeſſori redditurus foret. Ad hæc reſpondit Ludovicus, eodem fœdere Piſanos quoque comprehendi, quibus tamen Rex libertatem mox conceſſiſſet: Aſt Carolus Duci in reſponſis dabat, quod adeo non hac agendi ratione Florentinæ Reipublicæ jura violaſſet, ut etiam velut obſidem tenuiſſet Piſanorum arcem, eandem cum ceteris Urbibus quantocius Florentinis redditurus, quamprimum Gallici exercitus ſecuritas haud ultra illarum poſſeſſionem expoſcere videretur. Diſplicuit Ludovico Regis reſponſum; ſperabat enim, ſe occupatis ambabus hiſce arcibus facili negotio Piſas quoque in ditionem ſuam redacturum, ac demum, quantum viribus valeret, Neapolitani Regni expugnationem præpediturum.

§. CVIII.

Petrus de Medicis Florentia profugus.

Verum rei exequendæ difficultas plu- *Comm. l. 7. c. 8.*
rimum augebatur fœdere, quod Carolus Rex cum Petro Medicæo pepigerat; vi hujus enim ferme Princeps erat ditionis Florentinæ, eaque occupata utpote

Sæcul. XV. A. C. 1494.

pote potentissima facile adversos Principum Italorum conatus eludere poterat. Ipsos quoque Florentinos haud diu latebat hæc rerum conditio summe periculosa, in quam eos Petrus Medicæus præcipiti consilio conjiciebat; quare non modo ob fœdus iis inconsultis cum Francia initum, sed etiam ob ereptam sibi Pisanam urbem impotenti ira commoti, nil nisi vindictam spirabant, ac beneficiorum, quibus Medicæorum familia eorum Rempublicam cumulaverat, immemores, confestim in Petrum seditionem movebant, moxque turmatim ejus Palatium invadunt, portas effringunt, haud dubie ipsum quoque Petrum aggressuri, nisi eum, ut rebellium furorem declinaret, unacum tribus fratribus suis auffugisse comperiissent. Petrus a suis depulsus, Bononiam se recepit, brevi tamen Venetias se contulit, eoquod minus honorifice a Jacobo Bentivolio exceptus fuisset; credebat enim, quod Petrus Medicæus propria morum perversitate sibi hanc calamitatem accersiviſſet. Ceterum Petrus Venetias appulsus primo exscendere prohibitus est; haud quippe Venetos latebant clandestina, quæ cum Papa & Neapolis Rege fovebat, consilia; Postquam vero a Caroli Regis Legato edocti essent, Florentinorum ausus non nisi ex populari seditione natos, illisque Gallos minime

minime ſuffragatos eſſe, tandem Petro urbis ſuæ aſylum, victumque præbebant, haud ultra malorum memores, quibus olim Coſmas Medicæus ejusdem Proavus Venetos vexaſſet. Sæcul. XV. A.C. 1494.

§. CIX.

Petrus Florentiam reverti ab amicis rogatus.

Ad honeſtandam ſeditionem Florentinis jam ſatis grave videbatur crimen, quod Medicæi Florentia auffugiſſent; unde illos velut publicos hoſtes inſectantur, eorum vitam propoſito occiſoribus præmio addicunt, bona ipſorum proſcribunt, palatium totius Europæ longe magnificentiſſimum diripiunt, ſtatuas pene innumeras, picturas, libros, numiſmata, quibus abundabat, diſpergunt, ac diſſipant, eorumque ſcrinia in fruſta concidunt: Nec tamen cunctis hiſce furentis populi inſolentiis Petri fautores, quorum plurimos Florentiæ numerabat, animo franguntur, ſed omni ope, & opera eundem priſtino honori reſtituere adlaborant, ut vero conſiliis magis expeditus adſpiraret ſucceſſus, ſuis ſtudiis devovent Philippum Breſciæ Comitem Sabaudiæ Ducis patruum, qui apud Carolum Regem plurimum gratia, atque auctoritate valebat: Hic ergo Regi exponit, quod

Sæcul. XV. A. C. 1494.

Petrus Medicæus, quamvis adversæ fortunæ invidia premeretur, haud parum tamen existimatione floreret, atque in cunctis urbibus, ubi commercia vigent, potentes haberet amicos, necnon is solus, si dignitati suæ redderetur, nullo negotio tantam pecuniæ summam comparaturus foret, quantam vel unquam Galli a Florentinis expetere valerent, a quibus aliunde sine seditionis periculo nonnisi ægerrime centum aureorum millia extorqueri possent.

§. CX.

Petrus ad Regem venire sollicitatus.

Comm. ut supra p. 42.

Res ad Senatum delata matura deliberatione discutitur; interim vero Carolus Petro, ut eum adiret, datis literis significat, pollicitus, se eum imperio suo restituturum. Hæc Epistola Regis Bononiam, ubi Petrus adhucdum hærere credebatur, ad Cardinalem de Medicis tum ibi agentem mittitur, a quo eam Petrus Venetiis accepit, illiusque perlegendæ copiam Venetis fecit. Hi probe intelligentes, Gallos a subigendo Neapolis regno sola pecuniarum penuria præpediri, nec alium Petro potentiorem esse, qui Regis egestati subveniret, propriæ suæ utilitatis haud obliti, Medicæo exponunt, omnem ipsi securitatis spem præ-

cisam

cisam esse, ac insuper ei aut sicariæ necis, aut veneni periculum imminere; non enim Gallos, utpote quibus haud amplius utilis esse posset, indignationem ultra dissimulaturos, sed potius eum publice castigaturos, ut sui supplicii exemplo saltem Ludovicum, ceterosque Italiæ Principes in officio continere valerent. Horum rationibus expugnatus Petrus de Medicis, constanter Venetiis hærere decrevit, Carolo Regi supplicans, ut is in bonam partem acciperet, si sese Florentinorum furori exponere cunctaretur.

Sæcul. XV. A.C. 1494

§. CXI.

Regis ingressus Florentiam.

Interea vero Carolus ad pontem Signum pervenit, sexto lapide a Florentina urbe dissitum, ibique quintum aut ferme sextum diem substitit, donec Albinius suas copias regiis junxisset; Florentini enim Regem ab urbis aditu arcebant. Hoc interim spacio deliberatum est, num urbem toto armorum apparatu obsidere expediret, id unice exoptantibus Caroli copiis, ut præda ditescerent? verum alii satius ducebant, amica compositione rem decidere; unde nonnullis consultationibus ultro citroque habitis conventum est: Rex urbem pro suo arbitrio intraret. Igitur Carolus, ac si

La Vigne jour. du Voiage de Char. VIII. Comm. l. 7. c. 9. Guicciard. hist. Ital. l. 1. Spond. ad an. 1494. n. 7.

Sæcul. XV. A.C. 1494.

victor esset, lanceam femori innixam gestans, primus ante equitum selectissimorum agmen Florentiam die decima septima Novembris ingressus est, civibus eidem, traditis clavibus, fidei Sacramentum exsolventibus. His peractis Florentini qua vi qua sponte cum Rege fœdus paciscuntur, quod in cunctis Italiæ urbibus promulgatum fuit unacum declaratione publica, qua exponebatur, quod Rex nonnisi ad propellendos tyrannos Italiam intraverit, inde vero arma sua ad debellandos Turcas juratos Christianæ fidei hostes circumferre meditaretur. Nihilominus cum coacta potissimum esset Florentinorum submissio, haud multo post tempore hos inter, & Gallos fervida exarsere jurgia, occasione nata ex pecuniis, quas Galli Regi suo mutuo dandas contendebant.

§. CXII.

Discordiæ Gallos inter & Florentinos.

Guicc. l. 1.

Enimvero Galli a Florentinis ducenta aureorum millia Regi solvenda petebant, æstimationis nomine, qua urbis deprædationem redimerent; ast Florentinis nonnisi mediam summæ partem numerare paratis, tanta utrinque exorta est contentio, ut teste Guicciardino, Regis Com-

Commissarii, eoquod Carolus se urbem tanquam jure belli partam retenturum, ac Ministros se absente jus dicturos ibidem instituturum minitaretur, jamjam in eo fuissent, ut pulsatis tympanis, inflatisque tubis ad communem direptionem signa dari juberent: quinimo Petrus Capponius ditissimus Florentiæ Civis, necnon olim in Francia Legatus, ac Florentinorum Deputatorum princeps, cum Petro Medicæo infensus esset, libellum, in quo Regis postulata scripta erant, e scribæ regii manu abripuerat, illoque dilacerato voce concitata dixerat: quandoquidem tam iniqua ac Patriæ meæ injuriosa postulant Galli, hinc æris campani sonitu ad arma Florentinos convocabo, spe fretus populares meos se suaque cum propriæ vitæ dispendio defensuros. Intrepida Capponii libertate permotus Rex, ad mitiores descendit conditiones, nec abs re; extrema enim quæque merito sibi timere poterant Galli a populo furente, ira accenso, ac jurium suorum tenaciffimo. Sæcul. XV. A.C 1494.

§. CXIII.

Concordia Florentinorum cum Rege Carolo.

Ergo Florentinis æquiores conditiones proponuntur, fuitque conclusum. I.

Sæcul. XV. A. C. 1494.

Regi numerarent centum viginti aureorum millia, quorum quinquaginta mox, elapso autem trimestri alia quadraginta millia, reliqua demum sexto post mense solvere pollicerentur; II. Respublica cum Rege fœdus iniret, ejusque sub auspiciis avita sua frueretur libertate, & pro lilio rubro, quod Florentinorum insigne erat, Gallica lilia sumeret: III. Regi non modo præfatas urbes, Pisas, & Liburnum cederet, sed & ceteras, quas Petrus Carolo jamjam tradiderat; IV. Rex præstito ad aram S. Joannis jurejurando, ut inquit Comminæus, polliceretur, se omnes hasce urbes redditurum quarto mense a capta Neapolitana urbe, aut si in Gallias reverteretur, proximo, quo poterit, tempore. Præterea sancitum V. Irritetur sententia proscriptionis in Petrum Medicæum lata, adjecta tamen hac conditione, vi cujus nec ipse, nec ejus Fratres plusquam centum milliaribus Italicis Florentia abessent. VI. Concederentur Carolo duo Procuratores, quibus Senatum adire integrum esset.

§. CXIV.

Rex Florentia Senas profectus.

Hoc pacto utrinque sancito, ac juramenti religione firmato, Rex Florentia Senas contendit, ubi die vigesima octa-

octava Novembris adveniens, haud vulgaribus honorum significationibus excep-tus est, eumque populus inter ingentes applausus, ac certantia vulgi vota ubique deprædicabat, *missum a Deo, Romanæ Ecclesiæ Liberatorem, ac fidei Propagatorem.* Tandem Senensi urbe præsidiis munita, Carolus inde Palliatam die sexta Decembris profectus est, demum vero advectis sarcinis ac necessariis belli tormentis Viterbium versus iter instituit. Sæcul. XV. A.C. 1494. *Vigne loc. cit.*

§. CXV.

Calabriæ Dux castra Viterbii ponere prohibitus.

Viterbium, cum urbs esset munitissima, Calabriæ Dux ab Ecclesiæ ditionibus redux, ad preces Pontificis tueri suscepit, nec vano prorsus consilio; abs dubio enim ibidem controversia de Neapolis regno dirempta fuisset, nisi Columnenses, postquam Calabriæ Ducem Roma Viterbium auffugisse compererant, Gallorum copiis aucti, omnem commeatum Ostia ad Ducem devehendum intercepissent, demumque penuria laborantem usque ad Romanæ urbis mænia, quæ defenderet, recedere compulissent. Hoc pacto non exigua ditionis Ecclesiasticæ pars, quam Patrimonium S. Petri vocant, hostium arbitrio exponebatur,

Sæcul. XV. A.C. 1494.

quæ, ut deprædationis injuriam redimeret, cum Gallis pacisceabatur; eadem quoque ratione Ursini Gallorum furorem declinabant, quamvis Virginius horum Princeps arctioribus longe vinculis Neapolitano Regi addictus esset, quam ut ad primos hostium occursus ejusdem studia desereret; ipse enim regius erat Conestabilis, & Jordanus ab Ursinis ejus filius natu major primogenitæ hujus Regis nothæ filiæ connubiali societate jungebatur: Verum Galliarum Regem fortuna ubique prospera presso pede sequi videbatur; quippe Virginius Ursinus Regis arbitrio suas urbes, atque in fidei pignus suos quoque Filios obtulit, quos Rex Christianissimus læto, lubentique animo recepit.

§. CXVI.

Papa turbatus Legatos ad Regem mittit.

Surita tom. 5. l. 1. c. 34. & 36.

Hæc Virginii Ursini defectio, ac proximus Gallici exercitus adventus Alexandrum Papam ingenti timore percellebant, dubiumque, quid factu opus esset, reddebant. Equidem Calabriæ Ducem ad Urbis defensionem advocare meditabatur: ast obstabat amicorum frequentia, quos Columnenses, atque Ursini in Urbe numerabant; terrebat etiam metus de penuria annonæ, cum agro-

rum

rum ſterilitas fruges denegaret, ac Oſtiæ præſidiarii commeatum mari advehi prohiberent. Jam ipſus Gallis occurrere decernebat, pacem rogaturus: aſt integritatis ſuæ fiducia haud tanta erat, ut ſibi polliceri poſſet, quod ejus præſentia Gallis reverentiam inſpiratura eſſet: in his fluctuantis animi anguſtiis prehenſus, tandem Oratores ad Regem decernendi conſilium cepit, ad quod negotium Concordienſem & Tranenſem Epiſcopos ſelegit unacum Gratiano, qui Pontifici a confeſſionibus erat; hi ergo unacum Rege de concordiæ legibus paciſcerentur, eidemque promitterent, quod deinceps Neapolis regnum beneficiario jure obſtrictum foret Regi, æque ac Sedi Apoſtolicæ, hancque in rem Papa quoque novam eidem inveſtituram conceſſurus eſſet. Ad hæc Carolus Papæ Legatis reſpondit: ſi Sanctitas ſua pro ſe ſola concordiam petit, votis ejus plene ſatisfaciam huncque in finem meos Oratores ablegabo. Nec verbis ſua deerat fides; quippe Trimollium, Gannatenſem Præſidem, & Bidaltum, ut eum Comminæus appellabat, belli Præfectum ad Papam decrevit. Verum illis Romam vix ingreſſis, Pontifex noctis beneficio uſus, Calabriæ Ducem in urbem recepit, & Galliæ Oratores juxta Guicciardinum, vel juxta Comminæum, quosdam

Sæcul. XV. A.C. 1494.

Guicc. hiſt. Ital. l. 1. Comm. l 7. c. 10. p. 47. Gannay.

Sæcul. XV. A.C. 1494.

dam eorum famulos comprehendi, ac in arcem S. Angeli includi jussit, unacum Prospero Columna, & Ascanio Sfortia Cardinale, qui tum fidei sibi ab Alexandro datæ confisi, Romæ morabantur: hi tamen haud diu in captivitate detenti erant; Pontifex enim sedato primo iræ impetu, quo ad violandam datæ securitatis fidem impellebatur, æquiora, magisque a proprio commodo aliena cepit consilia, omnesque captivos paucis post diebus pristinæ libertati restituit, detentionis caussam allegans, quod nuncium accepisset, hos nuper inclusos Romam eo consilio petiisse, ut populum ad seditionem concitarent.

Burchard. lib. 3. p. 246.

§. CXVII.

Minæ Regis de convocanda Synodo adversus Papam.

Nihilominus Carolus Rex tertiam exercitus sui partem Romanæ Urbi admovit; cum vero Papa hoc Gallorum molimine haud quaquam terreretur, Carolus Cardinalem S. Petri ad vincula, Sfortiam, Columnam, & Sabellium, ad Alexandrum decernit, dato negotio, ut Pontifici significarent, quod Carolus utpote Regis Christianissimi prærogativa suffultus, mox Synodum convocaturus esset, ut in ea discuteretur, quibus

bus artibus Alexander Pontificatum adeptus fuiſſet. Papa his minis territus, Regi conceſſit, ut Romam eadem pompa, qua nuper Florentiam, ingrederetur, ut vero Papa ſimul ſuæ dignitati conſuleret, invitus licet Calabriæ Ducem ex urbe dimiſit, ne quidem copias, quæ abeuntem comitarentur, adjungere auſus. Rebus ita compoſitis, Carolus Gienſem Mareſcallum, Belloquadrenſem Præfectum, & ſupremum Pariſienſis Senatus Præſidem ad Papam deſignabat, eo fine, ut illi minarum, quas Rex nuper feciſſet, metum tollerent, atque Alexandro ſignificarent, quod Rex quidem juſtiſſimam querendi cauſſam haberet, eoquod Papa datam fidem violaſſet, eumque, ne ultra Alpes progrederetur, armis ſuaque auctoritate præpediiſſet, quamvis ipſe omnium primus ad Neapolis expugnationem Regi auctor fuiſſet, nihilominus regia ſua Majeſtas libenti animo vindictam Deo relinquere, ac nullatenus ſeſe negotiis Eccleſiaſticis ingerere meditatur, nec aliud magis optat, quam Romanam Urbem conſpicere, ad quam quidem armorum vi aditum ſibi parare potuiſſet, ſatius tamen ducit, eandem annuente ſupremo Eccleſiæ capite ingredi, cum nequaquam pietate inferior eſſet Regibus ſuis majoribus, nec remiſſius quam illi obſequiis Vicario Chri-

Sæcul. XV. A.C. 1494.

ſti

Sæcul. XV. A. C. 1494

sti debitis Alexandrum complecteretur. Hac Regis submissione Papa paulisper metu liberabatur.

§. CXVIII.

Rex Viterbio Nepitam profectus.

La Vigne loc. cit.

Ergo Carolus quiete iter suum prosequebatur, ac Viterbium delatus, arcem præsidiario milite firmabat; inde post aliquot dierum moram Nepitam profectus, copiis suis quatriduanam ab itinere quietem indulgebat, nimirum a decima quinta Decembris die usque ad decimam nonam ejusdem mensis, quorum dies primus in feriam secundam, alter vero in sextam incidebat. Post hæc vero Arcennum Brygianum, præcipuum Ursinorum familiæ oppidum delatus, emissis Legionibus castrum - novum, civitatem - veterem, aliasque Romanæ ditionis urbes occupat: alias vero copias ductoribus Ligniacensi Comite, & Ivone de Alegrio destinabat, ut Cardinalem S. Petri ad vincula Ostiam reducerent, ac demum sese Columnensibus trans Tiberim jungerent. Nova hæc Caroli molimina Papam anxiis curis obruebant; insuper pristinum timorem improvisus revocabat eventus; sponte enim quædam Romanæ urbis murorum pars, necnon munitiones arcis S. Angeli corruerunt,

per

per quarum ruinas ipse Deus Gallis portam sat amplam aperuisse credebatur; praeterea promiscuae populi querelae audiebantur, eoquod commeatum urbi advehere, praesidiarii Ostiae milites prohiberent; verbo, ad communem seditionem spectare res videbatur, jamque populi faex turmatim ad Plateas concurrebat, ac factiosis clamoribus petulantius vociferabatur: *Pax! Pax!* Saecul. XV. A.C. 1494.

§. CXIX.

Papa ad arcem S. Angeli profugus

Inter tot arcta prehensus Pontifex, nil reliquum habebat, quam ut ad verticem arcis S. Angeli celeri fuga sese reciperet, praeprimis tamen Regi significari jussit, urbem, quandocunque libuerit ingrederetur. Porro fugientem Papam Joannes Baptista Ursinus atque Olivarius Caraffa Cardinales comitabantur, ceteris quoque potissimam partem quaqua versum fuga dilabentibus; nonnulli tamen Cardinales, qui sua in Regem studia luculentius declarare ambiebant, Caroli Romam ingredientis latera stipabant. *Burch. l. 2. Volater. l. 3.*

§. CXX.

Galliarum Rex Romam ingressus.

Igitur Rex die trigesima prima Decembris inclinato sole, accensisque facibus *Spond. hoc ann. n. 9.*

Sæcul. XV. A.C. 1494

bus Romam ingreditur; ea autem urbe Calabriæ Dux jam summo mane excesserat, Neapoli Alphonsum Patrem suum conventurus. Dicta ergo die Carolus, per portam Flumentanam, quæ postea S. Mariæ de populo nuncupari consueverat, ea pompa, qua nuper Florentiam, nunc quoque Romam intrabat, obviam procedentibus cunctis urbis Magistratibus, qui Pontificis, populique Romani nomine portarum claves Regi offerebant, ac demum triumpho magnificentiam auctari, sese Gallorum ordinibus adjungebant. Hic comitatus speciem exhibebat exercitus ad prælium instructi; Lanceariі enim lanceas suas retinaculis insertas, ac femori innixas tenebant, Sagittariorum vero dexteræ intensis arcubus armatæ apparebant, gestabantque Helvetii suas hastas, ac secures ad feriendum paratas. His itaque copiis vias & compita obsidentibus, Rex per urbem ad ædes S. Marci regio apparatu adornatas deducebatur, ubi militares circumcirca stationes, atque excubiæ summa vigilantia disponebantur, perinde ac si Neapolitani Regis exercitus jam proxime immineret. Tandem Romanæ urbis possessio ita a Gallorum exercitu capiebatur, ut si captivorum frequentiam, & deprædationis ferociam excipias, haud discrepare videretur ab ingressu urbis cujusdam, quam

Naucler. tom. 3. generat. 50. pag. 307.

Albinus de bello Gallic. l. 6. p. 130.

quam Victores armorum vi expugnaverant. Sæcul. XV. A. C. 1494.

§. CXXI.

Mentitus Dux Eboracenſis a vidua Burgundiæ Duciſſa in Henricum VII. concitatus.

Haud levioribus, quam Italia, tumultibus agitabatur Anglia; ingentem enim rerum viciſſitudinem inducebat implacabile odium, quo adverſus Henricum VII. exarſerat Vidua Burgundiæ Duciſſa Philippi Audacis conjux, Eduardi IV. ſoror. Hanc vulgus iratam Henrici Junonem nuncupabant, eoquod non minus pertinaci ira Angliæ Regem, quam olim Juno Jovis conjux Trojanos inſectata eſſet; cum autem anno milleſimo quadringenteſimo octogeſimo ſexto Lambertum Simnel ſuppoſititium regni Hæredem adverſus Henricum irrito prorſus conatu ſuſcitaſſet, hoc itidem anno Domini ſupra milleſimum quadringenteſimo nonageſimo quarto fictum quemdam Eduardi IV. filium novo commento produxit, liberiori mendacio ſpargens, hunc non modo ſeſe Richardi III. immanitati ſubduxiſſe, ſed etiam lictoribus auro corruptis, e Londinenſi turri eorum opera effugiſſe, tandemque in ſecuritatis locum opportune delatum, Uſurpatoris ſævitiam eluſiſſe: ſerio igitur Duciſſa animum ad-

Larrey hiſt. Angl. tom. I.

Polyd. Virg. hiſt. Anglic. lib. 26.

Sæcul. XV. A.C. 1494.

adjecit, ut simulatum ejusmodi Ducem, Eboracensem priori longe simillimum effingeret, cumque diu talem quæreret, tandem reperit adolescentem, cujus indoles commenti feliciter experiundi, nec spem nec desiderium reliquum fecerat. Is erat Juvenis vulgo cognominatus Perkins, seu Petrekinus, vel etiam Warbekus, cujus Pater erat Joannes Orbek Tornacensis Civis, genere Judæus, sed ad fidem conversus, ejus vero Mater Catharina de Fare; cum vero parentes ejus negotii caussa in Angliam iter instituerent, ibidem Perkinus natale solum obtinuit, adhuc puer Tornacum ab iisdem reportatus, sed post aliquod temporis intervallum Anversæ cuidam propinquo suo educandus tradebatur, ubi de urbe in urbem peregrinandi consuetudo in eo longiorum itinerum accendit desiderium, atque assidua cum Mercatoribus Anglis negotiandi occasio illum Anglici sermonis peritum effecit.

§. CXXII.

Perkinus Dux personatus in Flandria apud Ducissam.

Buchan. rer. Scot. l. 13. Bacon. hist. regni Henrici VII.

Perkinus ætate sua Eboracensem Ducem, si is vita superstes fuisset, ferme æquabat, insigni præterea venustate, & corporis pulchritudine dotatus erat, simul-

Sæcul. XV. A.C. 1494.

simulque dignitati, quam mentiebatur, congruam habebat staturam, vultusque lineamenta in eo generis nobilitatem præseferebant; studiose etiam in vulgus rumor spargebatur, illum eodem, quo Eduardus IV. Matrem ejus deperibat, tempore in lucem editum fuisse; nec modica huic famæ accessit auctoritas, eoquod certum esset, hunc ab ipso Eduardo e Baptismatis fonte fuisse susceptum: hunc igitur Burgundiæ Ducissa clam in Lusitaniam misit, ubi integro anno moratus, in Hiberniam navigavit, demum vero jam Eboraci Ducem mentitus, in Franciam appulsus est sub idem tempus, quo Carolus Galliarum Rex Henricum VII. bello petebat. Ast post exiguam in Galliis moram, in Flandriam reversus est ad Ducissam, quæ hunc sibi incognitum esse simulans, præsentibus quibusdam Proceribus, ex industria ab eo de fortunæ suæ casibus edoceri postulabat, postea de relationis veritate omnino persuasam se fingens eum velut Nepotem suum venerabatur, quam etiam nullis plane parcens sumptibus, omnibus disciplinis tanto Principi congruis imbui curabat, eumque plurimum proficientem cuncta Eboracensis familiæ arcana edocebat, ac proprio calamo prætensæ illius in Londinensi turri captivitatis historiam elucubrabat, demum vero sua

Sæcul. XV A C. 1494.

sagacitate quæstiones, quæ ipsi forte objectarentur, prævertens, illum concinnis responsionibus scite instruxit: verbo, nil reliquum fecit, ut tanquam verus Eboracensis Dux crederetur.

§. CXXIII.

Perkinus in Hibernia velut genuinus Eboracensis Dux exceptus.

His præceptis secretissime instructus, Perkinus in Provincia Cantiensi exscensionem facere aggreditur, comitantibus eum quam plurimis Angliæ Proceribus; verum minus benigne ibidem exceptus, in Scotiam vela protendit, ubi a Jacobo Rege hujus nominis quarto omni obsequiorum genere cumulatus, atque exercitu munitus, secundo in Angliam trajecit, minus adhuc consiliis ejus adspirante fortuna; a nemine enim Eboracensis Dux habebatur, unde in Hiberniam reversus est, ibique accepto nuntio de Corisopotanensium seditione, ab illis non solum Eboracensis Dux creditus, atque honoratus, sed etiam Regiis obsequiis affectus est.

§. CXXIV.

Conspiratio in Anglia in favorem Perkini.

Præterea quidam factiosi, quorum consilia, pace Henricum VII. inter & Gallos

Gallos ſancita, penitus everſa erant, ac trans mare fuga ſibi conſuluerant, jam audito Eboracenſis Ducis nomine animum erigunt, magisque immota, quam unquam alias fide Perkinum genuinum Eduardi filium eſſe ſibi perſuadent, cum in Hibernia pro illo, ut inquiebant, recognitus, atque in Flandria honoribus regiæ ſuæ dignitati congruis exceptus eſſet. Primo igitur ab eis ſecretæ ac innumeræ contra Regem, ejusque regimen indignationes audiebantur, dein certantia plurimorum vota anxie ſuſpirabant, ut dignus ille Plantagenetanæ ſtirpis ſurculus, qui a viro recens nato, ac dubiis natalibus ignobili ſuppreſſus erat, demum ad Angliæ ſolium erigeretur. Hisce quoque conjuratis Guilielmus Stanlyeus nomen dedit, cui Clifordiæ Eques, necnon Barleyenſis Dominus non ſolum ſeſe adjunxerunt, ſed etiam ceterorum conjuratorum nomine Legationem in ſe ſuſceperunt, atque in Flandriam profecti ſunt, ut ſua quoque conſilia cum Burgundiæ vidua conferrent, ſi famæ de Eboracenſi Duce fides veritasque conſtaret. Sæcul. XV. A.C. 1494.

§. CXXV.

Henrici inveſtigatio in Eboracenſis Ducis obitum, & Perkini originem.

Henricus tumultuum in Flandria &

Saecul. XV. A.C. 1494

Anglia fuscitatorum ignarus, tandem rem edocetur, ejusque Amici mox Regi auctores sunt, ut exercitum conduceret: ast ille præ armorum apparatu potiorem habuit secretam solertiam, qua impostoris fallacia detegi, atque argumentis, testibusque omni exceptione majoribus convinci posset. Ergo in illos quatuor, qui de veri Eboracensis Ducis obitu proprio oculorum testimonio certi erant, inquiritur, ex his vero Londinensis turris Sacellanus, qui occisum terræ mandaverat, & Foresterus Tireli pedissequus jam fatis cesserant, hinc solum vita superstites erant Joannes Digtonus itidem Tireli famulus, necnon ipsemet Jacobus Tirelus, cui Richardus III. necis jussa dedit. Hos itaque Henricus comprehendi jubet, ut ex præscripto juris separatim ad quæstionem adducerentur: cum vero eorum responsa omnino consona essent, atque ambo Eboracensis Ducis mortem, adjuncta loci, temporisque ratione, testarentur, horum testimonia ubique divulgabantur: sublato igitur præcipui momenti dubio Henricus totus in eo erat, ut pari certitudine detegeret Perkini originem, natalia, ejusdem Parentes, ac cetera quæque, quibus fraudum artifex, ac adscititius, personatusque Dux comprobaretur. Ergo in Flandriam, omnesque urbes, quas Per-

Perkinus frequentaſſe credebatur, integræ fidei viros ablegat; cumque illi demandata ſibi provincia egregie fungerentur, Henricus eorum relationem ſollicite per omnes regiones publicam reddidit. Sæcul. XV. A.C. 1494.

Nec hic ſtetit Henrici ſolertia; quippe Poyningum etiam, atque Warhamum Equites ad Philippum Belgii Archiducem ablegabat, qui eum de percepta fraudis notitia edocerent, rogarentque, ne ullo pacto mendaci huic juveni auxilium præberet; annuit equidem Philippus Archidux; ejus tamen Senatus Perkinum Henrici manibus concedere recuſabat, obluctante Burgundiæ vidua, utpote quæ illum publica voce Nepotem ſuum jactitabat. Ergo Henricus, ut Flandros nimiæ ſuæ erga Duciſſam indulgentiæ pœnitentia ſubiret, edictum promulgat, quo omnes Archiducis ſubditi unacum bonis ſuis ſine cunctatione ex Anglia diſcedere, Regis vero vaſalli in Belgio hærentes nulla mora in Angliam redire jubebantur: Flandri hac legis ſeveritate, atque intercluſi cum Anglis commercii damno preſſi, a Perkini partibus deſciſcere compellebantur.

Sæcul. XV. A.C.1494.

§. CXXVI.

Conjuratorum præcipui capti ac puniti.

Bacon hist. regni Henr. VII.

Eodem quoque tempore Henricus conjuratorum Anteſignanos per varia regni ſui loca diſperſos comprehendi jubet, quos inter præcipui erant Thuvaitus, Joannes Ratecliffus, Simon Montfortius & Fitzwarterus Equites: Ex Nobilibus vero, qui conjurationi aſſenſerant, Guilielmus Albeneyus, Robertus Ratecliffus, Thomas Creſſenorus, & Thomas Aſtwodus, necnon Guilielmus Worsleyus S. Pauli Londini Decanus numerabantur præter plures alios viros Eccleſiaſticos, Monachos, ac Laicos. Horum quidam capite truncati, alii longo carceris ſqualore abſumpti, minus vero ſeditionis participes vitæ venia donati. Cliffordius Eques Duciſſæ arcanorum arbiter, ad Henrici ſtudia pellectus, in Angliam reverſus eſt, ac ſupplex ad Regis pedes provolutus, delicti gratiam impetrabat: Potiſſimum vero Burgundiæ Duciſſæ conſilia evertit ſupplicium ſupremi Cubiculariorum Præfecti, qui ſe quoque conjurationis complicem fuiſſe confeſſus eſt; Illa tamen haud ſua ſpe dejecta, in novis artibus opem quærit, quare Perkino claſſem, & copias ſuppeditat, illum-

illumque in Angliam denuo vela facere jubet, qui Sandovici appulsus, in terram expoſuit milites quingentos, aut ferme ſexcentos, cum autem potiſſima eorum pars ab Henrici exercitu trucidata, ceteri vero capti eſſent, Perkinus omnibus remis, & velis auffugere, ac in Flandriam reverti compellebatur. Sæcul. XV. A.C.1494.

§. CXXVII.

Huſſitarum motus in Bohemia.

Cum Wladislaus, quamvis Bohemiæ Rex ſalutatus eſſet, a multis annis in Hungaria hæreret, Huſſitæ ejus abſentiam in rem ſuam vertentes, importunius, ac pertinacius ſectatoribus ſuis Epiſcopum præfici poſtulabant; aſt repulſam paſſi, tandem ſolitis motibus, ac clamoribus civitatem commoventes, rem eo perduxerunt, ut de ſecta ſua Antiſtitem obtinerent quemdam Auguſtinum nomine, ex numero eorum, qui *titulares* vocantur, eoquod titulum ſine diœceſi præſeferret. Verum haud diuturna fuere hujus felicitatis auſpicia; Huſſitarum enim cauſſam, agendique rationem, cum Wladislaus Rex Alexandro Papæ ſignificaſſet, illi in obſequium Eccleſiæ redibant; ſaltem res omnibus comperta fuit, eos coram Rege profeſſos eſſe, ſe ad officium, ritusque Romanæ Eccle-

Dubrav. lib. 31. verſus finem Spond. hoc ann. n. 11.

Bonfin. dec. 5. l. 4.

Eccleſiæ libenter redituros, ſi cum iisdem conditionibus, quas olim ſub Sigismundo Imperatore obtinuiſſent, in gratiam Pontificis redire poſſent. Quid vero hac in re tum a Papa actum, non reperimus.

Secul. XV. A.C. 1494.

§. CXXVIII.

Judæorum crudelitas erga adoleſcentem Chriſtianum.

Bonfin. rer. Hung. lib. 4. dec. 5.

Hoc anno Bonfinius finem impoſuit ſuæ de rebus Hungaricis Hiſtoriæ, quam hortante Matthia concinnavit, in quatuor decades cum dimidia, quæ quadraginta quinque libros complectuntur, diviſam. Ad calcem ultimi libri dirum Judæorum ſcelus ennarrat; nam duodecim hujus gentis viri unacum duabus fœminis adoleſcentem chriſtianum occulte captum, obſtructis repente faucibus, crudeliter ſtrangularunt, apertisque venis ſanguinem ejus, dum animam ſenſim ac ſingultim efflaret, partim abſorbuerunt, partim aſſervaverunt: tandem vero corpus ejus in partes diſſectum membratim in terra defoderunt. Aſt ſuſpicione in Judæos mota, omnes hujus ſceleris complices comprehendebantur, demumque ex juris formula quæſtioni ſubjiciebantur; ubi mulieres, utpote quæ viris magis timidæ erant, crimen faſſæ, ſuos quo-

quoque ſocios manifeſtabant, hinc illi, qui ceteris magis rei probabantur, rogi ſupplicio affecti perierunt, alii vero ingentem pecuniæ ſummam pendere cogebantur: cum autem per cruciatus exquirebantur cauſſæ, ob quas ſanguinem Chriſtianorum funderent, tamque avide biberent, quatuor aſſignabant rationes, quarum tres primæ erant, quod Chriſtiani hominis cruor, ſi præputiis in circumciſione apponeretur, ſiſtendo ſanguini opportunum eſſet remedium, & II. idem ſanguis in cibo porrectus ad conciliandam inter ſe pacem, atque amorem plurimum valeret, necnon III. eundem, cum viri æque ac mulieres apud Judæos paſſim fluxu ſanguinis laborarent, idoneam contra id genus morbi medicinam experti eſſent: ultimam tandem rationem hanc allegabant, vi cujus veterem apud ſe, ſed reconditam legem obſervarent, qua ſacrificiis quotidianis in aliqua regione Chriſtianum Deo ſanguinem libare coguntur, quo factum eſſe dictitabant, ut eo anno milleſimo quadringenteſimo nonageſimo quarto ea ſors Judæis Tirnaviæ in Hungaria ſuperiori exiſtentibus obtigiſſet. Ceterum qui hujus ſceleris magis rei probabantur, in civitate Dyonenſi in foro publico extremum ſubierunt ſupplicium. Secul. XV. A.C. 1494.

Sæcul. XV. A. C. 1494.

§. CXXIX.

Ordo mulierum pœnitentium.

Spond. l. cit. n. 13

Genebrard. in Chronic.

Hoc eodem anno Ordo *Pœnitentium* mulierum in honorem Beatæ Mariæ Magdalenæ inſtitutus, initium cepit Pariſiis, opera Joannis Tiſſerandi ordinis Minorum S. Franciſci. Is vir erat verbi divini prædicatione, ac morum probitate inſignis, cumque mira in dicendo vi plurimorum, qui inveterata peccandi conſuetudine obduruerunt, corda moviſſet, pluresque proſtitutas, tam nuptas, quam inuptas ad ſeriam pœnitentiam reduxiſſet, hunc ordinem inſtituit, ad quem omnes opitulante Dei gratia a peccatorum ſordibus emerſæ reciperentur. Sub primis inſtituti auſpiciis plusquam ducentæ confluxerant, brevique temporis ſpatio ad frugem redeuntium numerus adeo excreverat, ut illæ, quæ ceteris prudentia eminebant, Eleemoſynam per urbem colligere permitterentur, donec tota hæc familia ſtabili proventu ſuſtentari poſſet: Id ipſum tamen nonniſi anno ſalutis milleſimo quingenteſimo effectui datum. Interea Dux Aureilianenſis poſtea ſub nomine Ludovici XII. Rex Franciæ, illis pro Monaſterio ceſſit Palatium ſuum prope Eccleſiam S. Euſtachii ſitum, Simon vero Pariſienſis Epiſcopus

scopus eisdem sub regula S. Augustini militantibus Constitutiones præscripsit; demum illæ Anno Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo voto intra claustra monasterii se continendi obstringebantur, atque Anno millesimo quingentesimo septuagesimo secundo ad veterem S. Maglorii Ecclesiam translatæ, ibidem vitam sancte, pieque hodiedum exigunt. Sub idem ferme tempus Religiosæ Virgines, quas a Beatrice Sylva Virgine Lusitana sub invocatione Conceptionis B. V. Mariæ Toleti institutas, atque ab Innocentio VIII. Anno Incarnationis millesimo quadringentesimo octogesimo nono ad preces Isabellæ Castellanæ Reginæ approbatas memoravimus, mortua eorum Fundatrice Regulam Ordinis Cistercienſis, quam primo profitebantur, reliquerunt, ac S. Claræ amplexæ sunt, sub qua hucusque Deo constanter serviunt. Secul. XV. A.C. 1494.

§. CXXX.

Res Lusitaniæ.

Diversis factionibus Lusitaniæ Regnum agitantibus, Joannes Rex impendentia exinde mala veritus, vitæ suæ securitati opportune consulere statuit; unde

Sæcul. XV. A. C. 1494.

de duodecim Nobiles cuſtodiæ ſuæ cauſſa ſelegit, eisque Maynadum de Paco præfecit. His in mandatis datum, haſtis armati palatii portam munirent, nemini arma aut etiam gladium geſtanti aditum concederent. Præterea hujus Regis ſolertiæ in acceptis referimus, ab eo inventam eſſe artem navium curſum juxta ſolis altitudinem inſtituendi. Novi hujus inventi rudimentum ut magis magisque perficerent ac demum effectui darent, curam commiſit Roderico, & Joſepho Judæo ſuis Medicis, necnon cuidam Bohemo, nomine Martino, quondam Joannis de Monte regio celebris Aſtronomi diſcipulo; nec ingenio ſucceſſus defuit; ars enim continuo uſu comprobata invaluit.

Sub idem tempus, cum Maurorum agmen a Ferdinando Rege Catholico e regni ſui finibus depulſum, Luſitaniam intraret, Joannes Rex illis tranſitum conceſſit, ea tamen lege, ut nonniſi octavum menſem ibidem hærerent, tributumque in ſingula capita impoſitum penderent: unde ingentem pecuniarum vim Joannes colligens, eandem ad id inſumere decrevit, ut in Aſiam trajiceret, & ditiones ſuas, quas ibidem poſſideret, contra hoſtium inſultus tueretur; aſt præmatura Regis mors

mors cuncta hæc consilia penitus evertit. Sæcul. XV. A C. 1494.

§. CXXXI.

Jus Africam occupandi Regibus Catholicis a Papa concessum.

Alexander Pontificiæ auctoritatis jura firmare semper intentus, ad Ferdinandum, atque Isabellam Breve Apostolicum direxit; cum enim ea illius ævi credulitas esset, quod temporalium regnorum dominia Pontifici subesse censerentur, hinc etiam Papa iisdem Hispaniarum Regibus Africæ invadendæ, ac expugnandæ jus contulit, adeo, ut ea occupata ceteris regnorum suorum titulis Africanum adjicerent, addita tamen lege, ut Christianæ fidei cultum in Africa restituendum curarent. Datum est hoc diploma die tertia decima Februarii: Ut vero Reges Catholici in suscipienda expeditione facultatibus, atque viribus potenter adjuvarentur, Papa alterum promulgavit decretum hoc anno die duodecima Novembris editum, quo omnibus, qui ad promovendum hoc bellum vel arma sumerent, vel opes suas conferrent, ampla indulgentiarum præmia proposuit: Cum autem Alexander Papa nihil derogatum vellet juri, quod Lusitaniæ

Raynald ad hunc ann. num. 36. Lib. 3. Bullar. secret. p. 249.

Sæcul. XV. A.C. 1494.

niæ Rex ad Africam armis debellandam a Pio II. sibi assertum contendebat, concessionem Ferdinando atque Isabellæ factam eo restrinxit, ut nonnisi Algerii, & Tuneti regna armis sibi subjicere possent, relicta Lusitanis regnum Phutense, quod Fez vulgo vocant, finitimasque regiones expugnandi libertate. Altera exstat ejusdem Pontificis Bulla, qua tertias ex decimis partes Ferdinando attribuit, ut Granatensis regni arces adversus Maurorum impetus communiret, si forte hi regnum infestis armis recuperare tentarent: Itaque Reges Catholici primo diplomate firmati adversus Afros validam classem instruxerunt.

§. CXXXII.

Ordo militaris Equitum S. Georgii a Papa confirmatus.

Jam Anno Domini millesimo qnadringentesimo sexagesimo octavo Fridericus III. Imperator militiam Equitum S. Georgii instituit, quam etiam Paulus II. auctoritate sua firmavit. Horum illud fuit institutum. I. Ordo a supremo militiæ Magistro regeretur, quem Equites accedente primi Austriacæ Familiæ Principis consensu eligerent. II. Adlegerentur non solum Equites, sed etiam Pres-

Presbyteri, qui Præpoſito, hic vero ipſe- Sæcul. XV.
met ſupremo ſubjaceret Magiſtro. III. A.C. 1494.
Obſtringerent ſe voto obedientiæ, ac caſtitatis, non item Paupertatis, eorum tamen bona tam mobilia, quam immobilia iis fato functis in ſpolium Ordinis ærario addicerentur. Præterea Joannes Sibenhirter, qui anno priore ad ſupremum Magiſterium evectus erat, ut Ordini ſuo majorem adjiceret ſplendorem, ſodalitatem inſtituit, cui cujuscunque conditionis Viri inſcriberentur, quorum nonnulli in Turcas pugnarent, alii ad arcem adverſus Turcarum eruptiones conſtruendam ſtipem ſubſidiariam conferrent. Hanc confraternitatem, ut vocant, Maximilianus I. approbavit, eandemque Alexander VI. edita Conſtitutione die decima tertia Aprilis hujus anni non ſolum confirmavit, ſed ipſus etiam eidem nomen ſuum dedit: Verum inſtitutum hoc, quamvis nobiliſſimum, haud diu viguit.

§. CXXXIII.

Joannis Pici Mirandulani obitus.

Hoc item anno celeberrimus Joannes Picus Mirandulæ Princeps die decima ſeptima Novembris extremum clauſit diem non niſi triginta duos, aut tres annos natus. Lucius Bellaucius Senenſis

Trithem. & Bellarm. de ſcript. Eccl. Dupin. Bibl. tom. 12. in 4. ſæcul. XV.

Sæcul. XV. A. C. 1494.

sis Joanni brevem hunc ætatis terminum prædixisse fertur. Ceterum cum Picus tractatum contra Astrologiam judiciariam, felicissimum ingenii sui partum elucubrasset, invida mors calamum excusit. Defuncti vitam Joannes Franciscus Picus de Mirandula ejus Nepos descripsit, atque opera, quibus literariam Rempublicam illustravit, ordine suo recensuit; Præter nongentas conclusiones Philosophicas, etiam ad posteros transmisit septem libros commentariorum in primum caput Geneseos, & de opere sex dierum; tractatum de ente & uno, alium de hominis dignitate; duodecim regulas, seu præcepta ad Christianæ vitæ institutionem; Commentarium in psalmum XV.; tractatum de regno Christi; & vanitate mundi; expositionem Orationis Dominicæ; librum epistolarum; tres libros de convivio Platonis, præter alios duodecim libros de Astrologia. Cuncta hæc opera variis literis impressa prostant, alios adhuc tractatus recenset illius Nepos; nimirum, librum de integritate Bibliæ a S. Hieronymo latine redditæ contra Judæorum calumnias; apologiam versionis septuaginta Interpretum in Psalmos; tractatum de vera supputatione temporum, commentarium in novum Testamentum, tractatum contra septem Eccle-

Varillos annecd. Flor. Paul. Jov in elog. cap 39. Angel. Polit. Marc. Ficin. Leander Alberti.

Vid. supra Lib. CXVI. §. 691. & CXII. §. 99.

Ecclesiæ hostes, nempe Atheos, Paganos, Judæos, Mahometanos, Christianos hæreticos; Christianos impios; & simulatos Catholicos, ac denique Christianos perversos, atque hæreticos; item alia opera adversus Sectarios, tractatus varios de Philosophia, & Grammatica. Joannes brevi intempestivum illum deposuit disputandi æstum, quo in primo juventutis suæ ardore fervebat; etenim anno supra millesimum quadringentesimo nonagesimo primo sese Mirandulano Principatu abdicavit, ut in Ferrariensi territorio procul a cœtu hominum ruri agens, totum se pietatis operibus dicaret. Princeps erat non modo benignitate, ac charitate in pauperes summe commendandus, sed etiam scientiarum laude, atque ingenii acie longe celeberrimus. Exiguo ante obitum suum tempore consilium cepit, cuncta sua bona in pauperes erogandi, ac sola Christi cruci affixi imagine munitus in omnibus urbibus ac villis fidem Christianam prædicandi. Petiit etiam, ut sacro Dominicani Ordinis, quem plurimum fovebat, habitu indutus, mortis adventum præstolaretur. Sæcul. XV. A. C. 1494.

§. CXXXIV.

Sæcul. XV. A. C. 1494.

§. CXXXIV.

Angeli Politiani extrema.

Volat. l. 21. Voſſius de hiſt lat. l. 3. c. 8. Paul. Jov. in elog.

Angelus Politianus Joannis Pici, cujus individuus ſtudiorum ſocius erat, obitum unico bimeſtri præceſſit, fatis functus anno ætatis ſuæ quadrageſimo. Nomen illi erat Angelus Baſſi, a Monte Politiano, exiguo Hetruriæ oppido, quod Anno milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo quarto natale ſolum acceperat, *Politianus* cognominatus. Vir erat inter doctiſſimos, quos Italia ſæculo decimo quinto ad finem vergente produxerat, facile princeps, Græci atque latini idiomatis longe peritiſſimus, quas literas Florentiæ undecim omnino annis publice tradebat; ipſe vero olim Magiſtrum habebat Andronicum Theſſalonicenſem ſcientiarum laude nominatiſſimum. Laurentius Medicæus, cum undique Viros ætate ſua doctiſſimos Florentiam accerſeret, Angelum quoque Baſſi jam tum Sacerdotem ſuo conſortio dignabatur, ejusque beneficio Angelus Canonicatum adeptus, demum etiam Laurentii liberorum inſtitutor fuit, inter quos præcipue eminuit Joannes, qui poſtea ad ſummos Pontificatus apices evectus, nomen Leonis X. aſſumpſit. Politianus hoc mune-

re

re functus, optata tranquilitate, ac sine tædio dies suos transigebat, & Virorum literatorum commercio liberaliter indulgens, latinas epistolas, ac carmina ingenti felicitate conscribebat, quæ hodiedum ab eruditis magno encomio celebrantur: Præterea Herodianum latine reddidit: Aſt Petri Medicæi indignatio, quam haud obscure præsenserat, tam anxiis curis animum ejus excruciabat, ut tædio confectus, duobus ferme ante Picum Mirandulanum mensibus obierit: Nec tamen Politianus mordaces Florentinorum calamos penitus effugere poterat; cum enim hi depulsis Medicæis in omnes huic Ducali familiæ addictos irrisoria vulgarent carmina, nec Politianum intactum relinquebant, Sæcul. XV. A.C. 1494.

§. CXXXV.

Bernardini Tomitani fata.

Bernardinus Tomitanus cognomento *Parvus* Feltriæ in ditione Veneta natus, Ordinis S. Francisci alumnus, hoc anno die vigesima octava Septembris Papiæ (*) vivis ereptus est. Scripsit quosdam *Jacob. Phil. Tomasini* 1. *part. elog. doct. Vir.*

(*) Apud alios Scriptores legitur *Patavii.*

Sæcul. XV. A C. 1494.

dam libros, atque inter ceteros succinctum tractatum *de modo confitendi* Brefciæ Anno milleſimo quingenteſimo quadrageſimo ſecundo typis editum, necnon quosdam ſermones Italo idiomate concinnatos unacum opuſculo de perfectione vitæ Chriſtianæ, quæ omnes Bernardini elucubrationes typis excuſæ proſtant.

§. CXXXVI.

Opera Trithemii, ejusque controverſia de Conceptione B. V. MARIÆ.

Moguntinis etiam literis hoc anno impreſſus prodiit liber de Scriptoribus Eccleſiaſticis, quem ſeptem annorum laborem Joannes Trithemius ad hunc usque annum protraxit, Auctores, quos annunciat, ſuccincto elogio commendat, eorumque opera, ac in toto Catalogo nongentos circiter ſeptuaginta Scriptores recenſet. Hoc opus diverſis poſtmodum temporibus Pariſiis, Coloniæ ac Baſileæ denuo impreſſum fuit.

Hiſt. Univ. Pariſ. to. 5. p. 811.

Hoc eodem anno Joannes Trithemius publici juris fecit tractatum *de laudibus D. Annæ*, ubi in capite ſeptimo de imma-

immaculata Beatæ Virginis conceptione sermonem ingerit; hanc ejus sententiam quidam ex familia S. Dominici, nomine Wigandus Francofordiæ impugnavit, pluresque epistolas adversus Trithemium vulgavit, atque occultato suo nomine sese *Pesantem-manum* appellitans, ignoto bajulo illas ad Trithemium transmisit. In hisce literis Trithemium, quasi de Conceptione B. V. perperam sentiret, insimulat, ac nimia verborum vehementia objurgat, cui Trithemius respondens Dominicanum asperis omnino verbis confutat, perinde acsi de fidei articulo res esset, eidem Dei iram ac vindictam, nec non æternam ferme damnationem comminatur. Cum hoc responso Trithemius misit virum quemdam satis eruditum, qui solerti dexteritate sua, quis sub nomine *Pesantis-manus* lateret, explorabat. Trithemius, quocum sibi controversia esset, intelligens, acrius adhuc adversarium suum impugnabat, nec feriabatur Dominicani calamus, ac solido ferme biennio grande literarium inter eos bellum tenuit ambobus ingenti concitatione ultro citroque decertantibus. Prævaluit tamen Trithemius, pluresque Viros longe doctissimos suæ sententiæ suffragantes habuit, qui adversus Wigandum soluto æque ac ligato sermone calamum

Secul. XV. A. C. 1494.

Argentre coll. judic. p. 331.

Sæcul. XV. A.C. 1494.

ſtrinxerunt; denique vero per Univerſitatis Colonienſis Rectorem, quem ambo contendentes ſumme venerabantur, concordia reſtituta eſt, ita, ut Wigandus opinionem ſuam puriſſimæ Conceptioni B. V. M. contrariam revocaret, veniamque temeritatis ſuæ a Trithemio peteret. Nihilominus FF. Prædicatores in Curia Romana ſub Alexandro VI. Papa contra Trithemium agere cæperunt, quamvis vani eſſent eorum conatus.

FINIS TOMI XXX.

INDEX

INDEX
TOMI XXX.
CONTINUATÆ
HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ.

A.

Abuſus circa Aſylorum privilegia ſublati. Pag. 384. 386. Abuſus ſcholarium per Pariſienſem Univerſitatem emendati 385.
Adornius a Sfortia conſtitutus Genuenſium Rector 372.
Ægypti Sultanus Zizimum ſibi tradi petit 424.
Albertus Joannes poſt Caſimiri Patris ſui obitum electus Hungariæ Rex 205.
Alexander VI. in Papam electus 490. ejus fata 491. Romanorum jubilus ob ejus electionem 494. Nepotem ſuum Cardinalem creat 495. auſpicia ſui Pontificatus 495. Ferdinando Regi Catholico inſulas a Columbo detectas concedit 507. Italiæ Principum Legatos excipit 525. a

Ludovico Sfortia in Neapolis Regem concitatur 527. fœdus init cum Venetis & Mediolanenſium Duce 530. ambiguo reſponſo fœdus Gallorum eludit 546. Hungaros ad pacem & Huſſitas ad abjurandos errores reducere nititur 550. Hiſpaniæ Regem ſuprema Ordinum militarium adminiſtratione honorat 552. Novum Orbem recens detectum eidem dono dat 555. Cardinales creat 560. Ordinem FF. Minorum confirmat 562. Joannis Pici Mirandulani innocentiam vindicat 564. Franciæ Legatos minus benigne excipit 575. contra Gallos Bajazethem ſollicitat 582. auxilia Hiſpanorum implorat 584. Galliarum Regem incaſſum admonet, ut ab expeditione Neapolitana deſiſtat 585. Legatos ad Galliarum Regem decernit 616. ad adventum Gallici exercitus in arcem S. Angeli ſe recipit 671. Regi Catholico Africam occupandi jus concedit 637.

Alexander de Imola: ejus obitus & opera 360.

Albuſſonius ſupremus Equitum Magiſter Inſulam Rhodum propugnat 50, *& ſeq.* Mahometes ejus vitæ inſidiatur 54. Inſulam ſtrenue defendit 56. 57. 58. Eccleſiam ob ſolutam obſidionem in honorem B. V. M. exſtruit 61. a Bajazethe dexteram S. Joannis Baptiſtæ dono accipit 184. Zizimum recipit 124. *& ſeq.* Chienſes a Turca-

Turcarum vexationibus liberat 240, Legatum ad Papam decernit 241. ejus integritas in repellendis Turcarum promissis 379. Cardinalis creatur 399.

Alhama urbs a Rege Catholico Mauris erepta 118.

Alphonsus Carillus Toletanus Archiepiscopus damnat propositiones Petri Oxomensis 4.

Alphonsus Ferdinando Patri succedit, ac Neapolis Rex salutatur 571. bellum adversus Gallos prosequitur, ejus classis dissipata 579. Genuam capere molitur 588. inter Galliarum Regem & Ludovicum Sfortiam discordias suscitare vult 590.

Alphonsus V. Lusitaniæ Rex: ejus obitus, & elogia 85.

Alverniæ Duciſſæ obitus 105.

Angeli propositiones Tornaci prædicatæ, ac postea damnatæ. 131.

Angli pacem cum Gallis ineunt 26. 91. Asylorum abusus in Anglia tolluntur 384. Gallos bello premunt 408. pacem cum Gallis conciliant, 474.

Anna vide *Britanniæ Duciſſa.*

Anna Ludovici XI. Regis filia Bellojovienſis Comitiſſa, Regni administratrix 163. Aureliæ Ducem divexat 212. administratio ei adjudicatur 214. Britanniæ Proceres suis dignitatibus restituit 230.

Annulus nuptialis Beatiſſimæ Virginis: contentio de illo inter Peruſinos & Cluſinos cives 67.
Antonius Fradinus Ord. S. Franciſci Rhodios contra Turcas animat. 53.
Appellatio a decimis 394.
Arbueſius Inquiſitor martyrio decoratus 256.
Arcimboldus Cardinalis ejus obitus 460.
Ardicinus de la Porta Cardinalis in monaſterium ſecedit 503.
Aria civitas a Cordæo ex inſidiis capta 98.
Aſtrologia judiciaria damnatur 565.
Aſylorum abuſus in Anglia ſublati 384. 386.
Atrebatum a Maximiliano Archiduce Gallis ereptum 477. Atrebatenſe fœdus 101. ejus pacta 102.
S. Auguſtinus, an fuerit Religioſus, ac Religioſos inſtituerit? 178.
Auguſtinus Epiſcopus Huſſitis favet 253.
FF. Auguſtiniani: eorum controverſia cum Canonicis Lateranenſibus circa D. Auguſtini inſtitutum 178.
Aureliæ Dux in Britanniam profugus 212. 274. a Bellojovienſi Duciſſa divexatus 212. comprehendi juſſus auffugit 222. Proceres ſibi conciliat 223. ab Aurelianenſibus ingreſſu in urbem prohibetur 226. a Regis exercitu invaditur 227. concordiam init cum Rege 228. a Rege comparere jubetur 365. in prælio capitur 366. a nuptiis cum Britanniæ Duciſſa

Duciſſa abſterretur 441. a Carolo VIII. Galliarum Rege libertati reſtituitur 460.

B.

Bajazethes Achmetis II. filius cum fratre ſuo de imperio contendit 72. eum devincit 73. ejus regnum turbatur per illius filium 76. & per alium Amuratis filium 76. ejus diſſidia cum Zizimo 122. eum ad ſingulare certamen provocat 123. Galliarum Regi S. Reliquias 148. & Albuſſonio Rhodiorum Magiſtro dexteram S. Joannis Baptiſtæ tranſmittit 184. Siciliam incaſſum invadit 378. Zizimum a Papa ſibi tradi poſtulat 420. Papam & Zizimum veneno occidere parat 426. ferrum Lanceæ D. N. J. Chriſti Pontifici dono dat 482. eidem ab Alexandro VI. fœdus contra Gallos proponitur 582. ejus reſponſum ad Papam 583.

Balves Cardinalis apoplexia tactus ſuam libertatem a Ludovico XI exorat & obtinet 44. Legatus in Franciam decernitur 244. legationis ſuæ munia obire prohibetur 245. Romam revertitur. *ibid.* Epiſcopus Albanenſis & Legatus in Marchia Anconitana nominatur 246. ejus obitus 458.

Banquevilla Ord. FF. Minorum: ejus propoſitiones damnatæ 567.

Barbus Marcus Cardinalis: ejus obitus 457.

Baſili-

Basilides, vide *Joannes*.
Batorius Turcas cedit 11.
Beatrix Hungariæ Regina Ladislao nubere prohibita 432.
Beatrix de Sylva Ordinem Conceptionis B.V. instituit 256. 635.
Bellojovienſis Comitiſſa, vide *Anna*.
Boabdiles natu major Regis Granatenſis filius cives in Patrem ſuum concitat 170. Caſtellæ tributarium ſe reddit 173. pacem init cum Ferdinando Arragoniæ Rege 208.
Bohemorum tumultus 163. 252. bellum in Hungaros movent 215.
S. Bonaventura: ejus Canoniſatio 414.
Borgia Cardinalis, vide *Alexander VI.*
Borgia Joannes Alexandri Nepos, Cardinalis creatur 495.
Bourdelius Cardinalis: ejus obitus, & elogia 201. in Galliarum Regem anathema pronunciat, nec illud revocare vult 203.
Britanniæ Duciſſa unacum ſorore ſua Patris hæres 403. bello a Gallis invaditur 403. 408. Maximiliano deſponſatur 409. Galli has nuptias præpedire conantur 438. Carolus Galliarum Rex hanc Sponſam Maximiliano Romanorum Regi eripit 438. 439. Gallorum Regi nubere compellitur undique calamitatibus preſſa 463. nuptiarum pacta 464. Carolo Regi nubit 465. coronatur, ac Pariſios ſolemni pompa ingreditur 466.

Britan-

Britanniæ Dux in Nannetensi urbe a Gallis obsessus Venetum auffugit 351. Rivenarum Maresçallo conciliatur 354. Rex Franciæ eum comparere jubet 365. pacem cum Gallis init 368. moritur 370. Britones a Gallis cæsi 327. 366.

Burcherius Cardinalis: ejus obitus 411.

Burgundiæ Ducissa contra Gallos opem ab Anglis petit 25. inducias cum Gallis initas fuisse queritur 37. mentitum Comitem Varvicensem fovet 307. eidem copias suppeditat 308.

Buzolimus Auximum occupat, & adversus Papam cum Turcis fœdus pangit 333.

C.

Calabriæ Dux Viterbii castra metari prohibitus 615.

Calatravensis Ordinis administratio Regi Hispaniæ a Papa concessa 376.

Camerensis Comes tumultus in Sabaudiæ Ducatu excitat 93. capitur 94.

Canariæ Insulæ a Castellanis detectæ 21.

Canonici Lateranenses: eorum controversia cum FF. Eremitis S. Augustini 178.

Cardinales a Sixto IV. creati 83. 140. seditiosos Romanos promissis placant 192. conclave ingrediuntur 194. ad ferenda suffragia promissis sollicitati falso dicuntur 196. ab Innocentio VIII. creati 401. ab Alexandro VI. nominati 560.

FF. Car-

FF. Carmelitæ præcipui propagatores cultus S. P. Joſephi 81.

Carolina Cypri Regina ejus obitus 357. regnum ſuum Sabaudiæ Duci relinquit 358.

Carolus VIII. Galliarum Rex Ludovici XI. ſucceſſor 102. ſacro oleo ungitur 221. Aurelianenſem comprehendi jubet 222. pacem cum eo init 228. acriter adverſus eum Maximilianus Romanorum Rex queritur 322. cum Britonibus pacem ſancit 327. Nannetem obſidet 351. obſidionem ſolvere cogitur 352. cum Matthia Hungariæ Rege fœdus percutit 356. pacem cum Britonibus init 368. 369. ejus jura in Britanniam 369. Britanniæ Ducatui inhiat 371. Britones bello aggredi ſtatuit 408. Ducis filiam irrito conatu ſibi in conjugem dari petit 406. Anglorum Regem ad fœdus ſollicitat 404. Maximiliano Romanorum Regi ſuam Sponſam eripit 438. 439. Aureliæ Ducem libertati reſtituit 460. Britanniæ Ducisſam ducit 465. Ceretanum & Ruſcinonenſem Comitatum Hiſpaniæ Regi reſtituit 471. pacem cum Maximiliano Rege init 512. Neapolis Regnum invadere molitur 514. 573. contra Senatus ſui ſententiam fœdus cum Sfortia paciſcitur 535. 536. Principum auxilia adverſus Neapolis Regem ſollicitat 543. Legatos in Italiam decernit 574. eos Papa minus

nus benigne excipit 573. in Italiam proficiscitur 577. Lugduno Gratianopolin contendit 578. Variolis affectus decumbit 580. frustra a Papa monetur, ne Neapolitanam expeditionem susciperet 586. cum exercitu suo Italiam ingreditur 587. de itinere aggrediendo deliberatur 597. Seresanellum occupat 599. cum Petro Medicæo fœdus Gallis proficuum sancit 600. 601. a Lucensibus & Pisanis excipitur 603. Florentiam ingreditur 611. discordiæ inter Gallos & Florentinos 612. Rex eos placat 613. Senas proficiscitur 614. Synodum contra Papam indicere molitur 618. Viterbio Neapolin petit 620. Romam tanquam victor armatus ingreditur 671. 672.

Casimirus Hungariæ Rex, ejus pietas 204. & sancta illius mors 205.

Casimirus Poloniæ Rex moritur. 499. Joannes Albertus eidem in regno succedit 499.

Castellani pacem cum Lusitanis ineunt 18. 19. Insulas Canarias detegunt 21.

S. Catharina Senensis: controversia inter FF. Prædicatores & Franciscanos de ejusdem Virginis stigmatibus 138.

Censuræ vide *Propositiones.*

Chienses auxilia a Papa petunt contra Turcas 240. Albusonius eos a Turcarum vexationibus liberat. *ibid.* munera eidem ab eis oblata. *ibid.*

Christier-

Chriſtiernus Daniæ Rex moritur 86.
Cibò Joannes Baptiſta, vid. *Innocentius VIII.*
Clemens VI. Papa Inſulas recens detectas Ludovico de la Cerda dono dat 22.
Cleri Gallicani querelæ 216.
Cochemius de proditione poſtulatur 99.
Coctierus Medicus Galliarum Regem ſuo nutui obſequentem habet 149. mulcta pecuniaria punitur 165.
Columbus Chriſtophorus: ejus navigatio 260. a Luſitanis negligitur 261. Americam detegit 263. Inſulæ ab eo detectæ Regi Catholico a Papa donatæ 507. in Hiſpaniam revertitur 553. laudis obtentæ æmulis facete illudit 554.
Colocenſis Archiepiſcopus ab Hungariæ Rege carceri mancipatus 311.
Columnenſium ſeditio 189. quasdam urbes occupant 190.
Comminæus Philippus in Sabaudiam ad ſedandos tumultus ablegatur 93. captus cum aliis caveæ ferreæ includitur 328. Lochiam, & poſtea Pariſios ad carceres transfertur 329. liber dimittitur. *ibid.*
Comitatus Ruſcinonenſis & Ceredanus a Gallis Hiſpaniæ Regi reſtituitur 471. Confirmatur hæc reſtitutio 511.
Comitia Turonenſia in cauſſa adminiſtrationis Regni Gallici 214. Cleri, Nobilium, & civium querelæ ibidem excipiuntur 216. 217. 218.

Conceptio

Conceptio B. V. Sixtus IV. Beatam Virginem in peccato originali conceptam affirmare prohibet 136. Ordo Monialium de Conceptione B. V. 206. Hoc Myſterium impugnatur ac vindicatur. 567. Diſputatio circa illud inter Trithemium & Wigandum Ord. S. Dominici. 644.

Concilium Florentinum, ejus decretum de unione a Patriarchis Conſtantinopolitanis acceptatum. 121.

Concilium Senonenſe 275. aliud in Anglia. 303.

Conclave pro electione Innocentii VIII. 194. agitur de electionis modo 195. aliud pro electione Alexandri VI. 489.

Congum, Luſitaniæ Rex in hoc regnum viros Apoſtolicos mittit. 435.

Conſtantinopolitanorum tumultus poſt Mahometis II. obitum. 75.

Crutzinachus Nicolaus, ejus ſcripta & obitus 502.

Crux Chriſti, ejus titulus Romæ inventus 478. de veritate hujus reliquiæ. 480.

D.

Decimæ, eas imponi Parisiensis Senatus non permittit 394. ab Innocentio VIII. Regi Catholico concessæ 258.

Dlugossus Joannes, Historicus Polonus, ejus obitus & opera 66.

FF. Dominicani eorum controversia cum Franciscanis de stigmatibus S. Catharinæ Senensis 138.

Doyacus in urbis compitis a duobus lictoribus virgis cæsus 164.

Dunensis Comes Gallos ad solvendam Nannetis obsidionem compellit 352. a Britanniæ Duce ad Galliarum Regem ablegatur 369. Aurelianensi persuadet, ut a nuptiis cum Anna Britanna desistat 441. nuptias ejusdem Ducissæ cum Carolo Galliarum Rege conciliat 461. moritur 467.

E.

Eduardus IV. Angliæ Rex, ejus obitus 142. ejusdem filii tanquam spurii a Gloucestriæ Duce infamati 145. ab eodem occisi 146. vid. *Gloucestriæ Dux.*

Eleonora de Fuxo Navarræ Regina salutatur 20.

Episcopatus novi in Granatensi Regno erecti. 552.

Estoutevilla Cardinalis, illius obitus, & Historia 176.

F.

Facultas theologica Parisiensis, vide *Propositiones.*

Ferdinandus Castellæ Rex Insulas Canarias detegit 21. cum Mauris bellum inchoat 117. eis quasdam urbes eripit 118. Mauros profligat 171. Regem Maurorum sibi tributarium facit 173. Bellum Mauris denuo infert 207. cum eorum Rege juvene fœdus init 208. decimas a Clero pro bello Mauris inferendo colligendi facultatem a Papa obtinet 258. in Regno Granatæ victor 313. 314. 316. Mauros cædit 336. ei Papa victoriam gratulatur 329. Malacam capit 337. a Papa Calatravensis Magisterii reditibus honoratur 376. bellum adversus Mauros prosequitur 377. quædam privilegia a Papa obtinet 290. exercitum contra Mauros contrahit 391. Granatam adoritur, & occupat 436. 448. 449. ejus castra in urbem conversa 450.

Granatense Regnum sibi subjicit 452. deditionis pacta 452. Maurorum Rex urbem ei tradit 454. descriptio hujus urbis 455. Nomine *Regis Catholici* a Papa honoratur 456. Ceretanus & Ruscinonensis Comitatus eidem a Gallis restituuntur 471. hæc restitutio confirmatur 511. Papa eidem investituram pro Insulis a Columbo detectis concedit 507. Mauros ad Baptisma cogit 509. redditorum Comitatuum possessionem accipit 509. vitæ periculum a quodam amente incurrit 511. suprema Ordinum militarium administratio eidem a Papa attribuitur 552. ejus dissidium cum Lusitanis circa novi Orbis Imperium 559. Africam occupandi facultatem a Pontifice impetrat 637.

Ferdinandus Neapolis Rex a Papa bello invaditur 247. Romæ seditionem conflat sese vindicandi studio 249. Papam dire vexat 249. pacem cum Pontifice init 250. ob violatam fidem anathemate percellitur 252. initam pacem violat 309. nova dissidia molitur 334. ejus crudelitas erga quosdam Nobiles 335. excommunicatur 388. in Pontificis gratiam redit 484. fœdus cum Florentinis adversus Sfortiam percutit 514. Papa in eum a Ludovico Sfortia concitatur 527. bellum adversus Gallos parat 537. Gallorum apparatu terretur 539. Legatos ad Galliarum Regem decer-

decernit 541. ad alios Principes pro auxilio recurrit 542. Ejus obitus 568. Ejus vitia 568. Alphonſus illius filius ei ſuccedit 568.

Ferrum Lanceæ Chriſti Domini a Bajazethe ad Papam mittitur 482. de ejus veritate diſceptatur 483.

Flandri bellum Gallis nuntiant 324.

Florentini veniam a Papa obtinent 62. fœdus cum Neapolis Rege adverſus Ludovicum Sfortiam ineunt 524. ægre Gallis adhærent 545. Gallorum adventu terrentur 599. inter eos & Piſanos ſeditio ſuſcitatur 605. diſcordias habent cum Gallis 612. eisdem reconciliantur 613.

Franciſcus II. Vid. *Britanniæ Dux.*

FF. Franciſcani cum FF. Prædicatoribus de ſtigmatibus S. Catharinæ Senenſis contendunt 138.

S. Franciſcus de Paula a Galliarum Rege in Franciam vocatus 150. ibidem advenit 152. Regem alloquitur 153. ab Aulicis deridetur 153. Regem de inſtanti morte admonet 154. Ejus Ordo ab Alexandro VI. confirmatur 561.

Franciſcus Phæbus Navarræ Rex moritur. 86. 175.

Fregoſus Cardinalis Archiepiſcopus, & Genuenſium Rector in arcem fugere compellitur 373.

Fridericus III. Imperator ab Hungaris bello preſſus 84. ejus moderatio in adverſis 244. ejus obitus 547. illius encomia 548. Maximilianus ejusdem Filius eidem in Imperio ſuccedit 549.

Fuxi Comitum familia 20. Comitiſſa in Navarræ Reginam eligitur. Ibid.

G.

Galeatius, vide *Joannes*.

Galli ab Auſtriacis cæſi 30. 31. de Legatis Pontificiis perperam queruntur 218. a Dunenſi Comite profligantur 353. pacem initam violant 413. a Neapolis Rege bello premuntur 537.

Genuenſes Mediolanenſis Ducis Imperium excutiunt 25. in Fulgoſium conſpirant 167. rurſus ſe Mediolanenſium Duci ſubjiciunt 372. a Papa & Galliarum Rege rejiciuntur 373.

Georgius Bavariæ Dux a Papa literis honoratur, ac laudibus celebratur 243.

S. Georgii Equites, vide *Ordo*.

Gloceſtriæ Dux Angliæ Regnum invadit 143. Eduardi filios tanquam ſpurios diffamat. 143. eos etiam occidit 146. Angliæ Rex ſalutatur 147. Factio adverſus eum conflata 164. a Richemundio invaſus 265. ab eodem occiditur 270.

Granatenſium bellum contra Mauros 117. tumultus in Regno 313. ambo Reges inter ſe colliduntur 316. Ferdinandus plures urbes occupat 313. Urbem obſidere aggreditur 448. ejus caſtra in urbem converſa 449. 450. Granata a Rege Catholico expugnata 452. deditionis pacta. ibi. hujus urbis deſcriptio 455. Novi Epiſcopatus ibidem erecti 552. Vide *Mauri.*

Gregorius Trapezuntinus, ejus obitus & opera 358.

Guignegata, Galli ibidem ab Auſtriacis ingenti clade proſtrati 30. 31.

Guilielmus Huppallandus Scriptor, ejus obitus 502.

H.

Helvetii Gallorum ſtipendia merentur 46.

Henricus VII. Angliæ Rex, vide *Richemundius.*

Hieronymus Riarius a conjuratis occisus 382.

Hieronymus de Savonarola ejus initia, ac virtutes 505.

Hispani, vide *Ferdinandus Castellæ Rex.*

Hungari Turcas cædunt 10. a Bohemis belli pressi 415. Eos ad concordiam reducere nititur Alexander VI. Papa 550.

Hussitæ, ad eos reprimendos Papa ad Episcopum Passavienſem & Austriæ Archiducem literas dat 252. Papa eos ad sinum Ecclesiæ revocare conatur 550. novos tumultus in Bohemia suscitant. 641.

Hydruntina Provincia a Turcis expugnata 64' rursus Turcis erepta 78.

I.

Jacobus Papiensis Cardinalis, ejus obitus 8. illiusque scripta 9.

Jacobus Perez Scriptor, ejus obitus 502.

Jacobus III. Scotiæ Rex, seditio in eum mota 373. in prælio occiditur 47E.

Innocentius VIII. Papa electus 198. 200. Leopoldum Austriæ Marchionem Sanctorum Catalogo inserit 235. Principes Christianos ad bellum Turcicum concitat 236. 239. Legationes Principum excipit 241. 242. ob violatam immunitatem de Galliarum Rege queritur 246. Ferdinandum Nea-

Neapolis Regem bello ad saniora reducere nititur 247. ab eo divexatur 249. pacem cum illo init 250. ob violatam fidem eum excommunicat 252. Hussitis sese opponit, & purgationem Canonicam fieri prohibet 252. 253. Hispaniæ Regi decimas a Clero colligendi facultatem concedit 258. electionem Henrici VII. confirmat 302. a Neapolis & Hungariæ Regibus vexatur 310. victorias a Mauris obtentas Regi Catholico gratulatur 329. auxilia contra Turcas Polonis promittit 331. fœdus init cum Venetis. Ibid. Turcarum invasiones timet 333. Neapolis Rex nova diffidia molitur adversus eum 334. Papa Hispaniæ Regi Calatravensis Ordinis administrationem attribuit 376. ad Turcicum bellum Principes excitat 310. 420. 427. abusus asylorum tollit 386. Neapolis Regem diris devovet 388, ob victorias reportatas Ferdinandum Regem privilegiis auget 390. Cardinales creat 401. pacem inter Gallos & Maximilianum Romanorum Regem conciliare nititur 410. Societatem misericordiæ erigit 433. apoplexia tangitur 434. sanitatem recuperat 435. Principes denuo ad bellum Turcis inferendum hortatur 443. Ecclesiæ libertatem vindicat 445. Ferrum Lanceæ Christi Domini a Bajazethe recipit 482. de veritate hujus reliquiæ agitur 483. pacem init cum Galliarum Rege 484. ejus

obitus 485. illius mores & elogium 486. tumultus poſt ejus mortem Romæ ſuſcitatur 488.

Indiæ Occidentales detectæ 260.

Indulgentiæ, vide *Propoſitiones*.

Inquiſitionis tribunal vindicatur 254. tumultus in Hiſpania inde exortus 254.

Joannes Albertus Hungariæ Rex. 499.

Joannes Aragoniæ Rex ejus obitus 18.

Joannes Baſilides Tartarorum juguin excutit 13. primus Moſcovitarum Zaar, ſeu Imperator 16. ejus laudes 17.

S. Joannis Baptiſtæ dextera a Bajazethe miſſa 184. de veritate hujus reliquiæ diſceptatur 185.

Joannes Borgia Nepos Alexandri VI. creatur Cardinalis 495.

Joanna Caſtellana monaſterium ingreditur 19.

Joannes Dlugoſſus Polonus Scriptor ejus obitus 66.

Joannes Cannemares Regem Catholicum vulnerat 810. ſupplicio afficitur 811.

Joannes Galeatius Mediolani Dux 372. Iſabel-

bellam Arragoniam Alphonsi Calabriæ Ducis filiam sibi matrimonio jungit 521. Carolus VIII. Rex eum infirmum invisit 594. ejus mors 595. Veneno sublatus creditur. *Ibid.*

Joannes de Gandavo, illius Canonisationem sollicitat Galliarum Rex 113.

Joannes Lallierus, ejus propositiones damnatæ 277. illas explicat 283, revocat 285. ab Episcopo Parisiensi absolvitur. 292.

Joanna Lusitana Ordinem S. Dominici ingreditur 433.

Joannes II. Lusitaniæ Rex Christophorum Columbum non admittit 260. quosdam in Æthiopiam mittit, qui in Presbyterum Joannem inquirerent 317. Viros Apostolicos in Regnum Congi mittit 435. Regem ad fidem Christi perducit. Ibid. artem nauticam perficit 636.

Joannes Mansieres Ruscinonensem & Ceretanum comitatum restitui, Galliarum Regi suadet 472.

Joannis Mercatoris propositiones damnatæ 295.

Joannes Piccus Mirandulanus: ejusdem propositiones censuris perstrictæ 340. ab ipso-

ſomet explanatæ 343. ejus innocentia vindicatur 564. Illius obitus 639. Ejusdem encomia & opera 640.

Joannes Varadinenſis Epiſcopus injuſte de hæreſi accuſatur 381. abdicato Epiſcopatu vitæ religioſæ ſe mancipat 382. S. Franciſci habitum induit 432.

Joannes Weſelius Cardinalis, ejus obitus 419.

Joannes de Weſalia, ejus propoſitiones damnatæ 5. eas revocare compellitur 7.

S. Joſeph, Carmelitæ præcipue illius cultum propagarunt 81. ejus feſtum a Sixto IV. publice inſtitutum 80.

Italiæ ſtatus tempore Alexandri VI. 519. Italiæ Principes Legationem decernunt ad Alexandrum Papam 525.

Judæorum crudelitas erga quemdam Chriſtianum puerum 632. cur adeo inhient Chriſtianorum ſanguini? 633.

Julianus Ruvereus Cardinalis pro conciliandā pace in Gallias ablegatus 34. Balvem Cardinalem liberum dimitti rogat, obtinetque 44.

L.

Ladislaus, vide *Wladislaus*.

Lallierus, vide *Joannes*.

Lancea Christi Domini a Bajazethe dono data 482. de veritate hujus Reliquiæ disceptatur 483.

Landasius Britanniæ Ducis cliens 211. sese opponit Bellojovienſi Comitissæ, ac Richemundii Comitem in Angliæ Sceptrum reponere molitur 230. & seq. Richemundium Angliæ Regi tradere statuit 267. suspendio mulctatus perit 271. 272.

Lambertus, vide *Simnel*.

Laurentii Medicæi obitus 496. ejusdem elogia 497.

Leodienses suum Episcopum occidunt 106.

Leopoldus Austriæ Marchio Sanctorum fastis adscriptus 235.

Lincolnienſis Comes ex Anglia in Flandriam profugus 307. in Angliam redit unacum copiis, ac sese Lamberto Simnel conjungit 308. prælio occisus perit 309.

Lucaiæ Insulæ a Christophoro Columbo detectæ 264.

Ludo-

Ludovicus XI. Galliarum Rex, fœdus cum Anglis init 26. Genuenſium Imperium acceptare recuſat 23. Angliæ Regem in Maximilianum Romanorum Regem concitat 24. quosdam innocentes ex vindictæ libidine laqueo ſuſpendi jubet 33. inducias cum Auſtriacis inire feſtinat 35. 36. apoplexia tactus 42. 92. ſtudioſe ſe ſanum eſſe ſimulat 43. 113. Renati Andegavenſis hæres ſcribitur 48. de ſua ſalute mire ſollicitus 107. monita dat filio ſuo 109. Joannem de Gandavo Sanctorum albo adſcribi petit 113. libros Nominalium in ſcholis prælegi permittit 128. cum uſurpatore Anglo amicitiam inire recuſat 146. ſummo mortis terrore afficitur 147. ſemetipſum Pleſſiaci includit. 149. S. Reliquias a Bajazethe accipit. 148. S. Franciſcum de Paula ex Italia in Franciam advocat 150. ab eo de inſtanti mortis periculo edocetur 151. 152. 153. 154. ſemper ſibi præſens eſt 150. moritur 157. ejusdem virtutes & vitia 158. & ſeq. Illius conjuges ac liberi 161. Carolus VIII. ejusdem filius Regni ſucceſſor 152. contentio de adminiſtratione Regni 163. 210. 214.

Ludovicus Borbonius Leodienſis Epiſcopus occiſus 106.

Ludovicus Sfortia, vide *Sfortia.*

Luſi-

Luſitani pacem cum Caſtellanis ineunt 18. 19. eorum diſſidia cum Caſtellanis circa novi Orbis Imperium. 559. vide *Joannes*.

Lutheri Martini Hæreſiarchæ ortus 178.

M.

Mahometes II. Turcarum Imperator Rhodum oppugnat 50. ejus claſſis ab Equitibus diſſipatur 53. obſidionem ſolvere compellitur 57. moritur 70. diſſidia inter ejus filios 72.

Mahometes Bobadiles Granatam occupat 336. ſe Regi Catholico urbem traditurum pollicetur 337. eidem Granatam cedit 454.

Malaca a Ferdinando capta 337.

Malateſta Galeottus a Faventinis occiſus 383.

Maphæi Gerardi Patriarchæ Venetorum obitus 500.

Marchianus Guilielmus Leodienſem Epiſcopum occidit 106.

Marcus Balbus Cardinalis, ejus obitus. 457.

Margarita, vide *Burgundiæ Duciſſa*.

Margarita Maximiliani Romanorum Regis filia Delphino desponsata 100. in Gallias delata 141. ac post nuptias a Galliarum Rege marito suo injuriose remissa 468.

Margarita Scotiæ Regina, ejus Canonisatio sollicitatur 339.

Maria Burgundiæ Ducissa Maximiliani conjux vivis erepta 96.

Martini Lutheri Hæresiarchæ nativitas. 176.

Mauri ab Hispanis bello invasi 117. 118. dissidia inter Maurorum Reges 170. ab Hispanis cæsi 171. Juvenis Rex Hispanorum tributarius 173. bello pressi ab Hispanis 207. Juvenis Maurorum Rex cum Ferdinando Rege fœdus init 208. urbem Granatensem tradit 454.

Mattaronus Galliarum Regis Legatus Florentiæ 591. perfidiam Ludovici Sfortiæ edocetur 592.

Matthias Hungariæ Rex Cæsarem bello premit 84. Viennam obsidet 243. Papam vexat, & iniqua ab eo postulat 310. 311. Cæsari bellum infert 312. cum Gallis fœdus percutit 356. Zizimum sibi tradi a Rhodiis frustra postulat 380. a Bohemis bello premitur 415. moritur 428.

Maxi-

Maximilianus Auſtriæ Archidux, ac Romanorum Rex a Galliarum Rege invaſus 24. Flandri eidem opem ferunt 28. Teruanam urbem cingit, ſed obſidionem ſolvit 29. Guinegatæ Gallorum exercitum ingenti clade profligat 30. 31. nimium ſe in cujusdam arcis obſidione detinet. 32. Gallis inducias concedit 36. Papæ Legatum audire detrectat 38. eum tamen a Papa rogatus admittit 39. 40. Cum Gallis pacem inire reſpuit 95. moritur ejus conjux 96. ejus filia Delphino in Sponſam oblata 100. de pace cum Gallis agit 101. pactis Atrebatenſis fœderis obluctatur 104. a Gallis ſibi erepta recuperare molitur. 165. Romanorum Rex ſalutatur 319. inauguratur 320. Legem de pace Germaniæ condit 321. acriter in Galliarum Regem calamo invehitur 322. bellum eidem nuntiat 323. 324. Gallis bellum infert 326. fœdus adverſus Gallos paciſcitur 349. ejus contentio cum Flandris. 360. a Brugenſibus capitur 361. ſed illico libertati redditur 362. Galliarum Rex ei Sponſam ſuam eripit 438. 439. pacem cum Wladislao firmat 447. ob duplicem injuriam ſibi a Galliarum Rege iniquiſſime illatam queritur. 468. Angliæ Regem contra Gallos in auxilium vocat 468. bellum Gallis infert 469. eisdem Atrebatum eripit 477. pacem cum Rege Gal-

lo init 512. Patri ſuo in Imperio ſuccedit. 549.

Maximus Patriarcha Conſtantinopolitanus, ejus obitus 120. Niphon illius ſucceſſor ſede pulſus 120. Decretum unionis in Synodo Florentina editum acceptat. 121.

Medicæus Laurentius, ejus obitus 496. illius dotes 497. Petrus Medicæus cum Neapolis Rege fœdus init, vide *Petrus*.

Meſites Vezirius Rhodum Inſulam obſidet 50. & ſeq. Albuſſonii ſupremi Magiſtri vitæ inſidiatur 54. obſidionem ſolvere cogitur 57.

Moſcovitici Imperii initia 12. Tartarorum jugum excutiunt 13. Moſcovitarum ſervitus 15. eorum Duces *Czar* appellantur 16.

N.

Nannetenſis urbs incaſſum a Gallis obſeſſa. 351. 352.

Nanterres Joannes Procurator generalis ſeſe opponit Legationi Balvis Cardinalis 243.

Neapolitani Rhodiis ſuccurrunt 60. Turcarum claſſem fugant 61. Carolus Galliarum

rum Rex hoc regnum invadere ſtatuit 514. plures hoc ei conſilium diſſuadent 573. iter ad hoc regnum aggreditur 587.

Nicaſius de Voerdem Scriptor, ejus mors ac elogium 503.

Nicolaus Crutzinach Scriptor moritur 501.

Niphon Patriarcha Conſtantinopolitanus Sede pulſus 120. Decretum Florentinæ Synodi acceptat 121.

Nominalium libri in Scholis prælegi a Rege permittuntur 128.

O.

Officia Curiæ Romanæ vænum expoſita. 79.

Olivarius Maillardus Ceretanum & Ruſcinonenſem Comitatum reſtitui ſuadet 472.

Ordo mulierum Pœnitentum inſtitutus 634.

Ordo Monialium de Conceptione B. V. M. 206.

Ordo Militaris Equitum S. Georgii a Papa confirmatus 638.

Ordinum militarium adminiſtratio Regi Catholico a Papa conceſſa 376.

Alexander VI. Papa hanc conceſſionem confirmat 552.

Ordo S. Franciſci de Paula a Papa confirmatus 562.

Oſma Petrus, vide *Propoſitiones.*

P.

Papienſis, vide *Jacobus.*

Pariſienſe Parlamentum ob decimas impoſitas a Papa appellat 394.

Pariſienſis Facultas Theologica, vide *Propoſitiones.*

Pax Anglorum cum Gallis 26. 91. inter Gallos & Auſtriacos conciliata 34. Papa Eccleſiam S. Mariæ de Pace erigi curat 135. Pax inter Romanorum Regem & Gallos 411. 412. Pax Stapulenſis Anglos inter & Gallos 476. Pax Atrebatenſis 104. Concordia inter ſummum Pontificem, & Neapolis Regem 484. inter Gallos & Maximilianum 512. ejus articuli 513.

Pœnitentum Ordo inſtitutus 634.

Peacokus & Milvertonus in quodam Angliæ Concilio damnati 303.

Perez, vide *Jacobus*.

Perkinus ementitus Eboracenſis Dux Angliam turbat 623. in Flandriam ad Burgundiæ Duciſſam proficiſcitur 624. in Hibernia velut verus Dux recipitur 626. conſpirationem in Anglia excitat. *Ibid.* Ejus origo & falſitas detegitur 627.

Peruſini de annulo nuptiali B. V. cum Cluſinis contendunt 67.

Petrus Medicæus Mediolanenſium Duci adhærere renuit 529. cum Gallis fœdus init 600. Florentia auffugit 607. redire rogatur 609. ad Galliarum Regem venire ſollicitatur 610. renuit eo ire. 611.

Petri Oxomenſis propoſitiones damnatæ 3.

Petrus Schottus Scriptor moritur 501.

Phœbus, vide *Fuxus*.

Piccolominæi Cardinalis obitus 410.

Picus Mirandulanus, vide *Joannes*.

Piſani contra Florentinos ſeditionem movent. 605.

Platina ejus obitus & fata 86. illius opera 89.

Politianus Angelus, ejus obitus, & opera. 642.

Poloni opem a Papa contra Turcas petunt. 331. Tartaros cædunt 414.

Presbyter Joannes, fabula de illius divitiis, ac regno 317.

FF. Prædicatores, eorum controversia de stigmatibus S. Catharinæ Senensis 138.

Propositiones a Facultate Parisina damnatæ circa confessionem peccatorum 3. aliæ circa gratiam, & Ecclesiæ præcepta 5. de futuris contingentibus 130. de Parochis, & Sacramenti Pœnitentiæ administratione 131. de Indulgentiis 134. de potestate summi Pontificis & Hierarchia Ecclesiastica 277. de præceptis Ecclesiæ, & cultu Sanctorum, cælibatu Sacerdotum, & de jejunio 279. de S. Ordine 283. de meritis S. Francisci 205. de Sacerdotibus impudicis 303. de astrologia judiciaria 565. de divinitate Christi 567.

R.

Reges Hispaniæ ab Innocentio VIII. titulo Regum Catholicorum honorantur 456.

Remonetius captus, ac Maximiliani jussu laqueo suspensus 33.

Renatus Andegavensis dictus Siciliæ Rex moritur 47. Carolum Cenomani Comitem hæredem scribit 48.

Rhodus Insula oppugnatur a Mahomete 50. hujus Insulæ descriptio 51. Rhodii Equites Mahometis classem dissipant 53. 55. Insulam obsidione liberant 57. prodigium ibidem a Deo factum 59. auxilia a Neapolitanis urbi submissa 60. Turcarum classis fugata 61. Ecclesia in gratiarum actionem ab Ordinis Magistro ædificata 61. Zizimum Bajazethis fratrem excipiunt, ac beneficio Ordinis augent 125. 127. literas suæ fidei testes Zizimus Magistro tradit 126 Matthias Hungariæ Rex Rhodios sollicitat, ut ei Zizimum tradant 380.

Riarius Hieronymus Sixti IV. Nepos a Romanis vexatur 189. arcem S. Angeli restituit 192. occiditur 382.

Richardus III. vide *Gloceſtriæ Dux.*

Richemundius Comes postea Henricus VII. Angliæ Rex in Angliam revocatur 232. Richardum Regni usurpatorem armis invadit 265. adversa tempestate jactatur 266. in Franciam profugit 267. in Angliam

cum exercitu revertitur 268. Richardum cædit, & in prælio trucidat 270. Rex Angliæ proclamatur. *Ibid.* Henrici VII. nomen assumit 271. Elisabetham sibi matrimonio jungit. 302. Turbæ in ejus Regno ab impostore Lamberto Simnel suscitatæ 305. illius copias profligat 308. ad Gallorum fœdus sollicitatur 404. illud respuit 406. contra Gallos bellum movet 408. 409. a Perkino ementito Eboracensi Duce turbatur 623. 624. 625. conspiratio in Anglia adversus Regem conflatur 626. Rex diligenter in Eboracensis Ducis obitum, & Perkini originem investigat. 627. Conjuratorum præcipuos plectit. 630.

Romanorum tumultus post mortem Sixti IV. 189. promissis Cardinalium sedatus 192. a Neapolitano Rege Romani ad seditionem concitantur 249. tumultus excitant propter obitum Innocentii VIII. Papæ 488. eorum lætitia ob electionem Alexandri VI. 494.

Ruscinonensis Comitatus Regi Catholico a Gallis restitutus 471. confirmatur hæc restitutio 511.

Russia, vide *Moscovitæ.*

Ruvereus, vide *Julianus.*

Sant-

S.

Sant-*Albanenſe* prælium, ibidem Aureliæ Dux captus 366.

Scoti adverſus ſuum Regem ſeditionem movent 373. Illorum Rex in prælio occiſus 375.

Sfortia Ludovicus Genuenſes ſibi ſubjicit 372. Joanni Galeatio ſuo Nepoti Mediolanenſem Ducatum eripere meditatur. 521. Hanc in rem copias conſcribit 522. Neapolis Rex Papam & Petrum Medicæum inducere conatur, ut adverſus Sfortiam fœdus inirent 524. Florentinorum fœdus adverſus illum. *Ibid.* Sfortia concitat Papam contra Neapolis Regem 527. amicitiam cum Gallis inire conatur 533. Carolus VIII. eidem benevolas aures præbet 535. unacum conjuge ſua Regem Franciæ inviſit 585. ab ejus fœdere Regem Galliæ avertere nonnulli machinantur 590. Petrus Medicæus Sfortiæ fraudes Regis Legato detegit 591. Sfortia objectam perfidiam excuſat 192. mortuo Joanne Galeatio Mediolanenſem Ducatum ſibi vindicat 596. arces a Gallo ereptas ſibi reſtitui poſtulat. 606.

Sicilia: Turcæ fruſtra hoc Regnum occupare moliuntur 378.

Simnel Lambertus, ſe comitem Varvicenſem mentitur 305. a Burgundiæ Duciſſa adjuvatur 307. 308. ejus copiæ cæduntur 308. capitur, ac culinæ ſervitiis adjicitur 309. accipitrum cura eidem demandatur. *Ibid.*

Simondus Richardus Simnelum ad haſce fraudes inducit 305. capitur, ac carceri ad dies vitæ mancipatur 309.

Sixtus IV. Pontifex Florentinis ob Archiepiſcopi necem veniam dare cunctatur 1. eis tandem culpam remittit 62. maxima illius ſollicitudo in propulſandis Turcis 65. 69. controverſiam de annulo nuptiali B. V. componit 67. Feſtum S. P. Joſephi publice celebrari præcipit 80. Cardinales creat 83. 140. S. Bonaventuram Divorum catalogo accenſet 114. Eccleſiam S. Mariæ de pace erigit 135. Myſterium Conceptionis immaculatæ B. V. defendit 136. controverſiam inter Canonicos Lateranenſes & FF. Eremitas S. Auguſtini tollere nititur 178. 181. moritur 182. ejus elogium 183. Seditiones Romæ poſt illius obitum ſuſcitatæ 189.

Societas Miſericordiæ a Pontifice erecta 433.

Stenon Sueciæ Gubernator 393.

Stigmata, vide *S. Catharina Senenſis.*

Sueciæ Regina Stenoni Gubernatori reconciliata 393.

Sultanus Ægypti per ſuos Legatos Zizimum ſibi tradi a Papa poſtulat 424 ampliſſima ejusdem promiſſa 425.

T.

Tartari a Polonis cæſi 414. Moſcovitæ ſe ab eorum jugo eximunt 13.

Tiſſeranus Ord. FF. Minorum Societatem Pœnitentum inſtituit 634.

Titulus S. Crucis Romæ inventus 478. de hujus relationis veritate 480.

Tomitanus Bernardinus, ejus obitus & opera. 643.

Trapezuntinus, ejus mors & Scripta 358.

Trithemius ejus diſputatio ob Feſtum Conceptionis B. V. M. 644.

Turonenſis Conventus circa regimen Regni Gallici 214. examinantur ibidem querelæ

læ Cleri, Nobilium, & Civium 216. 217. 219.

Turcæ ab Hungaris cæsi 10. *Rhodum* obsident, vide *Rhodus*. Italiam invadunt 63. Hydruntum expugnant 64. Papæ Sollicitudo in reprimendis eorum progressibus 65. 69. 236. Principes Christiani a Papa ad id concitati 236. auxilia promittunt 238. Turcæ incassum Siciliam invadunt 378.

U.

Varadinensis Episcopus, vide *Joannes.*

Venandi jus a Galliarum Rege Nobilibus ademptum 217.

Veneti fœdus ineunt cum Papa 331. Neapolitanis favent 542. se Gallis jungere recusant 544. cum Sigismundo Austriaco bellum gerunt 332.

Verden, vide *Nicolaus.*

Vesalia Joannes, ejus Propositiones damnatæ ab Inquisitione 5. palinodiam canere compulsus. 7.

Universitas Parisiensis quosdam Scholarium abusus tollit 387.

W.

W.

Weſalia Joannes, ejus propoſitiones damnatæ 5.

Wigand Ord. FF. Prædicatorum, eius diſputatio cum Trithemio de Conceptione B. V. M. 644.

Wladislaus mortuo Matthia Rex Hungariæ ſalutatus 230. viduam Reginam ducere ab Hungaris prohibetur 432. cum Alberto fratre ſuo Poloniæ Rege pacem conciliat. 446. Maximilianum Romanorum Regem bello premit. 447. Pacem cum eo init. *Ibid.*

Z.

Zizimus Bajazethis frater de Turcarum imperio contendit 72. ab eo debellatur 73. infauſtum cum fratre ſuo prælium committit 74. ejus diſſidia cum Bajazethe 122. ab eo ad certamen ſingulare provocatur 123. a Rhodiis Equitibus excipitur 123. 124. quasdam literas Magiſtro Equitum tradit 126. in Franciam tranſit 127. ab Hungarorum Rege 380. necnon pluribus aliis Principibus expetitur 393. in ejus cauſſa Bajazethes Legatum

tum ad Galliarum Regem mittit. 396. Zizimus Pontifici traditur 307. quo ritu Papam sit veneratus. 398. Bajazethes & Sultanus Ægypti eum sibi consignari postulant 422. Bajazethes illum veneno occidere parat. 426.

ERRA-

ERRATA
sic corrige:

Pag.	104.	qua - - -	quas
	119.	duobus - -	duabus
	214.	Borbonium -	Aurelianenſem
	265.	iſte - - -	iſta
	318.	ullam - -	ullum
	324.	*proprios* - -	*proprio*
	512.	*Reges* - -	*Regem*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

FLEURII
HISTORIA
ECCLESIASTICA
TOM. XXX.

Th
5178